SAN GREGORIO MAGNO

Comentarios al primer libro de Reyes

Commentarii in Librum I Regum

TOMO II · III

SABBATISMUS

San Gregorio Magno (540–604)
Commentarii in Librum I Regum · Comentarios al primer libro de Reyes

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

CAPÍTULO V. 5
Libro C 41
CAPÍTULO II. 57
CAPÍTULO III. 73
CAPÍTULO IV. 77
LIBRO QUINTO. 243
CAPÍTULO II. 273
CAPÍTULO III. 295

CAPUT V.

(I Reg. VII, 1.) Venerunt ergo viri Cariathiarim, et reduxerunt arcam Domini, et intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa. Eleazarum autem filium ejus sanctificaverunt, ut custodiret arcam Domini.

1. Aminadab interpretatur, populus meus spontaneus; Gabaa, sublimis. Et nimirum talibus arca Dei committenda est. Populus namque spontaneus est, quem ad exercenda virtutum opera, sola bona voluntas trahit, quem ad implenda mandata Dei necessitas non compellit. Quos nimirum sub unius descriptione beatus Paulus praedicat, dicens: Hilarem datorem diligit Deus (II Cor. IX, 7). Quae est domus spontanei populi, nisi munimentum sanctae dilectionis? Nam in virtutum ministerio spontaneus esse non posset, si mansionem sibi dilectionis non conderet. Quae profecto domus in Gabaa, id est in sublimi sita cognoscitur: quia charitatis altitudine ad coelestia sublevamur. Vel certe in sublimi est domus, quia charitas omnibus virtutibus antefertur. Nam sublimitatis hujus altitudinem insinuans Paulus, ait: Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens (I Cor. XII, 31; XIII, 1). Quid est autem, quod Eleazarum sanctificant ad custodiendum arcam Dei? Sed hoc nimirum ex usu sanctae Ecclesiae novimus, quia electus minister prius benedictionem consecrationis a summis viris accipit quam ministerium impendat oblationis. Quia vero Eleazarus Dei adjutor dicitur, profecto ostenditur quia non solum sanctificari Dei ministri debeant, sed etiam inspici quales sint ad ejusdem consecrationis ordinem promovendi. Qui enim sunt Dei adjutorium, nisi qui cum divina gratia ministrando conveniunt, et quos omnipotentis Dei dignatio intus visitat, quam ipsi per exterius ministerium bene vivendo et docendo confirmant? Unde et cum Paulo non inaniter gloriantes dicunt: Dei etenim sumus adjutores (I Cor. III, 9). Qui nimirum conversatione fortissimi, scientia eruditi, amore fervidi, constantia robusti, non solum alieno non egent auxilio, sed quocunque se conferunt, subvenire aliis possunt. Bene itaque dicitur: Eleazarum sanctificaverunt, ut custodiret arcam. Quia hi, quibus adhuc aliena auxilia necessaria sunt, ad subveniendum aliis promovendi non sunt. Bene item idem Eleazarus filius Aminadab esse dicitur: quia certe, qui ad ministerium praedicationis eligitur, in imitatione sanctorum positus, auxilium omne quod exhibet esse debet ex dilectione.

CAPÍTULO V.

(1 Sam 7, 1.) Vinieron, pues, los varones de Cariatiarim, y llevaron el arca del Señor, y la introdujeron en casa de Aminadab en Gabaa: y santificaron a Eleazar su hijo, para que custodiase el arca del Señor.

1. Aminadab se interpreta como "pueblo mío espontáneo"; Gabaa como "sublime". Y ciertamente a tales ha de encomendarse el arca de Dios. Pues es "pueblo espontáneo" aquel al que solo la buena voluntad atrae a ejercitar las obras de las virtudes, al que la necesidad no impele a cumplir los mandatos de Dios. A los cuales ciertamente el bienaventurado Pablo predica bajo la descripción de uno solo diciendo: *Dios ama al dador alegre* (2 Cor 9, 7). ¿Qué es la casa del pueblo espontáneo sino el baluarte de la santa dilección? Pues no podría ser espontáneo en el ministerio de las virtudes si no construyera para sí una mansión de dilección. La cual casa ciertamente se reconoce situada en Gabaa, esto es, en lo sublime: porque por la altura de la caridad somos elevados a las cosas celestiales. O ciertamente la casa está en lo sublime porque la caridad se antepone a todas las virtudes. Pues insinuando la altura de esta sublimidad, Pablo dice: *Todavía les muestro un camino más excelente.* *Si hablara las lenguas de los hombres y de los ángeles, pero no tuviera caridad, he venido a ser como metal que suena o címbalo que retiñe* (1 Cor 12, 31; 13, 1). ¿Pero qué es lo que santifican a Eleazar para custodiar el arca de Dios? Pero esto ciertamente lo sabemos por el uso de la santa Iglesia, que el ministro elegido recibe primero la bendición de la consagración de los varones sumos antes de desempeñar el ministerio de la oblación. Porque Eleazar se dice "ayuda de Dios", ciertamente se muestra que los ministros de Dios no solo deben ser sanctificados, sino también inspeccionados qué tales son los que han de ser promovidos al orden de la misma consagración. ¿Pues quiénes son el "auxilio de Dios" sino los que concurren con la gracia divina ministrando, y a quienes la dignación de Dios omnipotente visita por dentro, la cual ellos mismos confirman por el ministerio exterior viviendo bien y enseñando? Por lo cual también dicen con Pablo, no gloriándose vanamente: *Pues somos ayudadores de Dios* (1 Cor 3, 9). Los cuales ciertamente, fortísimos en la conversación, eruditos en la ciencia, fervientes en el amor, robustos en la constancia, no solo no necesitan del auxilio ajeno, sino que a donde quiera que se dirigen pueden socorrer a otros. Bien, pues, se dice: *Santificaron a Eleazar para que custodiase el arca*. Porque estos para quienes todavía son necesarios los auxilios ajenos, no han de ser promovidos para socorrer a otros. Bien asimismo se dice que el mismo Eleazar es hijo de Aminadab: porque ciertamente quien es elegido para el ministerio de la predicación, puesto en la imitación de los santos, todo el auxilio que presta debe ser por dilección.

2. Quia vero nos superius plaustrum Scripturam sacram, arcam vero scientiam ejus spiritalem esse diximus, vaccas quoque electas animas, timor Bethsamitarum, quem inesse electis ostendimus in oblatione sacramenti, potest referri etiam ad onus praelationis. Non enim minor sanctitas idonea est animabus instruendis, quam offerendis sacris mysteriis. Et idcirco Bethsamitae perhibentur percussi: quia plerique vivunt subditi, qui moriuntur praelati. Habet enim arca Dei etiam extrinsecus pulchritudinem, quam si minister infirmus non ad spiritalem venerationem, sed ad concupiscentiam saecularem inspexerit, nequaquam vivit. Bene itaque causa percussionis eorum declaratur, cum dicitur: Quia viderunt arcam Dei. Quid est enim, viderunt, nisi quia ejus gloriam videndo concupierunt? Nunc autem, auctore Deo, per orbem universum sanctae Ecclesiae gloria est copiosa. Quae profecto gloria, quia a reprobis sacerdotibus saeculariter appetitur, Bethsamitae viri arcam Dei exterius videndo moriuntur. Non enim spiritalem ejus honorem pro interna virtutum gloria appetunt, sed ut arcae Dei splendorem rapiant, et ecclesiasticae praelationis fulgorem, in flore saeculi suis cultibus ferant. Arca quoque Dei male foris ad percussionem respicitur, quando flagitiosi praepositi subditarum personarum exteriori specie devicti, ad carnalem concupiscentiam pertrahuntur. Viri timore ingentem multitudinem concupiscentiae telo prostratam intuentes, dicunt: Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti hujus? Stat quippe, in conspectu Dei, qui fortis est in ordine divini ministerii. Stare etenim fortitudinis est, ministrare obsequii. Stare ergo in conspectu Dei dicitur, qui ordinem superni officii in altitudine disponit dignae conversationis; qui in ministerio quo fungitur nullo appetitu ecclesiastici honoris decipitur, nulla carnali concupiscentia superatur. Quia vero tam idonei ministri raro inveniuntur, merito dicunt: Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti hujus? Et quia tantum onus parvuli Christi viris fortioribus deserunt, subdunt: Et ad quem ascendet a nobis? Quomodo autem ad habitatores Cariathiarim miserint, quomodo arcam Dei in domum Aminadab intulerint, quomodo Eleazarum sanctificaverint, sicut supra expositum est, non mutamus.

(Vers. 2.) Et factum est ex quo arca Dei mansit in Cariathiarim, multiplicati sunt dies. Si ad historiam respicimus, dies mansionis arcae multiplicati sunt, quia illic multo tempore fuit. Unde et subditur: (Vers. 2.) Erat enim annus vicesimus. Et ad quid istam dierum multiplicationem introduxerit, subdens, ait: (Vers. 2.) Et requievit omnis Israel post Dominum. Quae nimirum requies in illo veteri populo non bonorum operum, sed bonae devotionis intelligenda est. Nam sequitur:

2. Porque arriba hemos dicho que el carro es la sagrada Escritura, el arca en cambio su ciencia espiritual, las vacas también las almas elegidas, el temor de los de Betsames, que mostramos que estaba en los elegidos en la oblación del sacramento, puede referirse también a la carga de la prelacía. Pues no es necesaria menor santidad para instruir a las almas que para ofrecer los sagrados misterios. Y por ello se afirma que los de Betsames fueron heridos: porque muchos viven como súbditos que mueren como prelados. Pues el arca de Dios tiene también hermosura exterior, la cual si un ministro débil mira no para la veneración espiritual, sino para la concupiscencia secular, de ningún modo vive. Bien, pues, se declara la causa de la herida de ellos cuando se dice: *Porque vieron el arca de Dios*. ¿Pues qué es "vieron", sino que al verla codiciaron su gloria? Pero ahora, por autoría de Dios, la gloria de la santa Iglesia es copiosa por todo el orbe. La cual gloria ciertamente, porque es apetecida secularmente por los sacerdotes réprobos, los varones de Betsames mueren viendo el arca de Dios por fuera. Pues no apetecen su honor espiritual en vez de la gloria interna de las virtudes, sino para arrebatar el esplendor del arca de Dios, y llevar el fulgor de la prelacía eclesiástica en sus propios cultos en la flor del siglo. También el arca de Dios se mira mal por fuera para la herida cuando los superiores facinerosos, vencidos por la especie exterior de las personas súbditas, son arrastrados a la concupiscencia carnal. Los varones, contemplando con temor la ingente multitud postrada por el dardo de la concupiscencia, dicen: *¿Quién podrá estar en presencia del Señor Dios santo este?* Está, pues, en presencia de Dios quien es fuerte en el orden del divino ministerio. Pues estar es de la fortaleza, ministrar de la obediencia. Por tanto, se dice que está en presencia de Dios quien dispone el orden del oficio soberano en la altura de una digna conversación; quien en el ministerio que desempeña no es engañado por ningún apetito de honor eclesiástico, ni vencido por ninguna concupiscencia carnal. Porque ciertamente tales ministros idóneos raras veces se hallan, con razón dicen: *¿Quién podrá estar en presencia del Señor Dios santo este?* Y porque los pequeñuelos de Cristo dejan tan gran carga a los varones más fuertes, añaden: *¿Y a quién subirá de nosotros?* Pero cómo enviaron a los habitadores de Cariatiarim, cómo introdujeron el arca de Dios en casa de Aminadab, cómo santificaron a Eleazar, tal como se expuso arriba, no lo cambiamos.

(Vers. 2.) Y sucedió que desde que el arca de Dios permaneció en Cariatiarim, se multiplicaron los días. Si miramos a la historia, los días de la estancia del arca se multiplicaron porque estuvo allí mucho tiempo. Por lo cual también se añade: (Vers. 2.) Pues era el año vigésimo. Y para qué introdujo aquella multiplicación de los días, añadiendo dice: (Vers. 2.) Y descansó todo Israel tras el Señor. Cual descanso ciertamente en aquel antiguo pueblo ha de entenderse no de las buenas obras, sino de la buena devoción. Pues sigue:

(Vers. 3.) Ait autem Samuel ad universam domum Israel, dicens: Si in toto corde vestro revertimini ad Deum, auferte deos alienos de medio vestrum, Baalim et Astaroth; et praeparate corda vestra Domino, et servite ei soli, et liberabit vos de manu Philisthiim. 3. Qui deos alienos de medio sui non abstulerant, nisi bona voluntate, post Dominum quomodo requiescebant? Quae nimirum omnia si spiritaliter inquirantur, dies mansionis arcae multiplicantur. Sed cum manet in Gabaa; cum manet in custodia Eleazari; quia cum animarum fidelium cura apud religiosos praedicatores reconditur, perfectio religionis, quae sublimi doctrina impenditur, bonorum operum studio adimpletur. Unde et annus vicesimus tunc instare relatus est. Si enim denarius numerus perfectionem antiquae Legis designat, quid vicenarius, nisi splendidiorem novae vitae religionem significat? Vicenarius quippe numerus, denarius est duplicatus. Qui certe numerus in electorum conversatione perficitur, cum per amorem vitant Legis prohibita, et sublimia Evangelii mandata complent.

4. Quia vero nos arcae profectionem ad contemplativae vitae perfectionem retulimus, in Cariathiarim manet arca Dei, cum eruditae mentes contemplantium, ejusdem eruditionis suae donum, in oblectamento perficiunt revelatae sibi supernae claritatis. Viginti quippe annis manet ibi nunc arca Dei, quia electae animae, ad exaltationis intimae culmen evectae, habent denarium numerum in perfectione scientiae, vicenarium vero in superna delectatione. Potest etiam dierum multiplicatio ad virtutum spiritalium incrementa referri. Cum igitur causa, qua dies multiplicentur, expressius dicitur, annus vicesimus esse perhibetur: quia videlicet electae mentes contemplantium, quo uberius superna contemplatione pascuntur, eo plenius virtutum spiritalium fulgoribus illustrantur.

5. Quid vero est, quod anno vicesimo requiescere omnis Israel post Dominum dicitur, nisi quia sublimitas perfectionis electorum non consistit in fortitudine boni operis, sed in virtute contemplationis? Quiescere namque post Dominum, Redemptoris nostri imitationem invincibili charitate retinere est. Et quisquis illa supernae civitatis ineffabilia gaudia contemplando fortiter amare non didicit, quia saepius ad mundi amorem potest dejici, post Dominum nequaquam requiescit. Cum ergo manet arca in Cariathiarim, et dies multiplicantur, universus Israel post Dominum requiescit: quia profecto dum electae mentis scientia in experientiam supernae delectationis erigitur, dum lace refusae gloriae, virtutum spiritalium sibi claritates glomerantur, imitationem Dominicam tenere eo perseverantius potest quo, immensis illustrata claritatibus, eas tenebras quibus a vero dividatur lumine sentire non potest.

(Vers. 3.) Pero Samuel habló a toda la casa de Israel, diciendo: Si de todo su corazón se vuelven a Dios, quiten los dioses ajenos de en medio de ustedes, a Baalim y Astaroth; y preparen sus corazones para el Señor, y sírvanle a Él solo, y los librará de la mano de los filisteos. 3. ¿Los que no habían quitado los dioses ajenos de en medio de sí, sino por buena voluntad, cómo descansaban tras el Señor? Cosas todas las cuales ciertamente, si se inquieren espiritualmente, los días de la estancia del arca se multiplican. Pero cuando permanece en Gabaa; cuando permanece bajo la custodia de Eleazar; porque cuando el cuidado de las almas fieles se esconde en los predicadores religiosos, la perfección de la religión, que se presta por la doctrina sublime, se cumple por el estudio de las buenas obras. Por lo cual también se relató que entonces instaba el año vigésimo. Pues si el número diez designa la perfección de la antigua Ley, ¿qué significa el veinte sino la más espléndida religión de la nueva vida? Pues el número veinte es el diez duplicado. El cual número ciertamente se perfecciona en la conversación de los elegidos, cuando por el amor evitan lo prohibido por la Ley y cumplen los sublimes mandatos del Evangelio.

4. Porque hemos referido la partida del arca a la perfección de la vida contemplativa, el arca de Dios permanece en Cariatiarim cuando las mentes instruidas de los contemplativos perfeccionan el don de su propia instrucción en el deleite de la claridad soberana revelada a ellos. Ciertamente por veinte años permanece allí ahora el arca de Dios, porque las almas elegidas, elevadas a la cumbre de la íntima exaltación, tienen el número diez en la perfección de la ciencia, pero el veinte en el deleite soberano. Puede también la multiplicación de los días referirse a los incrementos de las virtudes espirituales. Cuando, pues, se dice más expresamente la causa por la que los días se multiplican, se afirma que es el año vigésimo: porque evidentemente las mentes elegidas de los contemplativos, cuanto más abundantemente se alimentan de la contemplación soberana, tanto más plenamente son ilustradas por los fulgores de las virtudes espirituales.

5. ¿Pero qué es que en el año vigésimo se diga que todo Israel descansa tras el Señor, sino porque la sublimidad de la perfección de los elegidos no consiste en la fortaleza de la buena obra, sino en la virtud de la contemplación? Pues descansar tras el Señor es retener la imitación de nuestro Redentor con una caridad invencible. Y quienquiera que no aprendió a amar fuertemente contemplando aquellos inefables gozos de la ciudad soberana, porque más frecuentemente puede ser derribado al amor del mundo, de ningún modo descansa tras el Señor. Por tanto, cuando el arca permanece en Cariatiarim y los días se multiplican, todo Israel descansa tras el Señor: porque ciertamente mientras la ciencia de la mente elegida se eleva a la experiencia del deleite soberano, mientras por la luz de la gloria reflejada se le agrupan las claridades de las virtudes espirituales, puede mantener la imitación dominicana tanto más perseverantemente cuanto que, ilustrada por inmensas claridades, no puede sentir aquellas tinieblas por las que sea dividida de la verdadera luz.

Unde et bene qui post Dominum requiescere dicitur, Israel esse perhibetur, videlicet videns Deum: quia quo altius contemplator in divina rapitur, eo ab humanis quae potenter cohibet nequaquam superatur.

6. Verum quia, auctore Deo, arcam ejus proficiscentem usque ad sublimitatis ejus situm deduximus, quo studio praedicator erga subditorum correctionem invigilet, videamus. Nam sequitur: Et ait Samuel ad universam domum Israel: Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestrum. Quos autem alienos deos Scriptura sacra appellare consuevit, nisi daemonia, quae in manufactis simulacris habitant? In Samuele novos sanctae Ecclesiae praedicatores designari diximus. Recte itaque de medio sui deos alienos in universam Israel domum auferre praecepit: quia in accedentibus ad fidem Gentilibus, non solum rectae profectionis veritatem praedicatorum ordo petiit, sed etiam damnationem antiquae superstitionis. Nil enim eis prodesset veritatem profitendo colere, vel obsequendo, nisi falsa prius detestanda reliquissent. Quisquis etiam nunc intra sanctam Ecclesiam positus est per fidem, sed Deo rebellis per iniquam operationem, admonendus est ut alienos deos de medio sui auferat. Nam, etsi manufacta simulacra detestatur, daemonum tamen imperiis prava actione submittitur. De medio autem sui alienos deos abjicit, qui sic ad Deum convertitur, ut per mala opera immundos spiritus nunquam veneretur.

7. Potest etiam cautioris vitae studium per haec exhortationis verba designari. Nam in medio nostri quid est, nisi cor nostrum? Sunt tamen nonnulli operatione mundi, sed infirmitate cordis, usu foedantur pravae cogitationis. Bona quidem incessanter faciunt, sed cogitare reproba nunquam praetermittunt. Quia vero tot in eorum cordibus daemonia requiescunt quot desideria immunda, auferre de medio sui alienos deos instanter admonentur: quatenus omnipotenti Deo non solum rectitudinem impendat operis, sed et gloriam internae puritatis. Unde et apte subditur: Et praeparate corda vestra Domino.

Por lo cual también bien se afirma que quien descansa tras el Señor es Israel, a saber, "viendo a Dios": porque cuanto más alto es arrebatado el contemplador a las cosas divinas, tanto menos es vencido por las humanas que refrena poderosamente.

6. Pero porque, por autoría de Dios, hemos conducido su arca viajera hasta el sitio de su sublimidad, veamos con qué afán el predicador vigila la corrección de los súbditos. Pues sigue: *Y dijo Samuel a toda la casa de Israel: Si de todo su corazón se vuelven al Señor, quiten los dioses ajenos de en medio de ustedes*. ¿Y a quiénes acostumbra la sagrada Escritura llamar "dioses ajenos", sino a los demonios que habitan en los simulacros hechos por manos? Dijimos que en Samuel se designan los nuevos predicadores de la santa Iglesia. Rectamente, pues, mandó quitar de en medio de sí los dioses ajenos en toda la casa de Israel: porque en los gentiles que acceden a la fe, el orden de los predicadores pidió no solo la verdad de la recta partida, sino también la condensación de la antigua superstición. Pues de nada les aprovecharía cultivar la verdad profesándola, o por la obediencia, si antes no hubieran dejado las cosas falsas que han de ser detestadas. Quienquiera que incluso ahora está puesto dentro de la santa Iglesia por la fe, pero es rebelde a Dios por la inicua operación, ha de ser amonestado para que quite los dioses ajenos de en medio de sí. Pues aunque deteste los simulacros hechos por manos, sin embargo se somete a los imperios de los demonios por la acción perversa. Quita, en cambio, de en medio de sí los dioses ajenos quien de tal modo se convierte a Dios, que por las malas obras nunca venera a los espíritus inmundos.

7. También se puede designar el estudio de una vida más cautelosa a través de estas palabras de exhortación. Pues, ¿qué hay en medio de nosotros, sino nuestro corazón? Hay, sin embargo, algunos que están limpios en la operación del mundo, pero por la debilidad del corazón, se manchan con el uso del pensamiento depravado. Ciertamente hacen cosas buenas incesantemente, pero nunca dejan de pensar cosas reprobables. Como, en verdad, en sus corazones descansan tantos demonios como deseos inmundos hay, son instados urgentemente a quitar los dioses ajenos de en medio de sí: para que rindan al Dios todopoderoso no solo la rectitud de la obra, sino también la gloria de la pureza interna. Por lo cual también se añade aptamente: Y preparad vuestros corazones para el Señor.

Cor quippe Domino praeparat, qui mentem non solum ab immunda cogitatione separat, sed etiam cogitationum sanctarum ac virtutum fulgoribus illustrat: ut velut abjectis et comminutis idolis, se Dei templum efficiat; dum illic divinae gratiae sedem erigit, ubi reprobos spiritus manere per subjecta eis prava desideria non permisit Bene itaque prius auferre alienos deos de medio su Israelitas admonet, deinde corda Deo praeparare quia rectus ordo inchoatae religionis est, ut prius unusquisque prava reprobet, deinde ad omnipotentem Deum studio bonae intentionis appropinquet. Ad extremum vero necesse est, ut qui jam Deo bonae voluntatis propositum, et puri cordis munditiam obtulit, id quod intus bene vivendo deliberat, in rectitudine boni operis exponat. Quare et subditur: Et servite soli Deo.

8. Soli quippe Domino servit qui bonis operibus prava non inserit. Nam qui sic bona agit, ut mala non deserat, Deo soli nequaquam servit: quia malo spiritui obsequium exhibet, cujus perficere non metuit voluntatem. Unde agitur, ut etiam bona agens Deo non serviat: quia qui totum hominem condidisse creditur, habere eum communem cum adversario non dignatur. Hinc namque est, quod ipsa Veritas per semetipsam denuntiat, dicens: Nemo potest duobus dominis servire (Matth. VI, 24). Hinc Paulus exquirens, ait: Quae participatio justitiae cum iniquitate, aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem conventio Christi ad Beliat? aut quae pars fideli cum infideli, aut quis consensus templo Dei cum idolis (II Cor. VI, 14, 15)? Soli ergo Domino servire praecipimur, ut qui jam aspirante Deo pro obtinenda peccatorum nostrorum remissione agere bona coepimus, eisdem bonis prava nulla misceamus. A peccatorum namque nostrorum obligatione tunc solvimur, cum bona quae pro eorum impendimus absolutione malis admixta non sunt. Devotis namque poenitentibus loquens praedicator, dicit: Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, et servite Deo soli. Quasi dicat: Tunc a peccatis solvi poteritis, cum cordis et operis bona, quae pro vestra absolutione impenditis Deo, supervenientibus criminibus aliis non foedatis. Quare et repromittens; dicit: Et liberabit vos de manu Philisthiim.

En efecto, prepara su corazón para el Señor quien no solo separa su mente del pensamiento inmundo, sino que también la ilustra con los resplandores de los pensamientos santos y de las virtudes: de modo que, como si los ídolos hubieran sido arrojados y destrozados, se haga templo de Dios; mientras erige allí el asiento de la gracia divina, donde no permitió que permanecieran los espíritus reprobables a través de los deseos perversos sujetos a ellos. Bien, por lo tanto, amonesta primero a los israelitas a quitar los dioses ajenos de en medio de sí, y luego a preparar sus corazones para Dios; porque el orden recto de la religión iniciada es que cada uno repruebe primero lo perverso, y luego se acerque al Dios todopoderoso con el estudio de la buena intención. Pero finalmente es necesario que quien ya ofreció a Dios el propósito de la buena voluntad y la limpieza del corazón puro, exponga en la rectitud de la buena obra aquello que delibera en su interior viviendo bien. Por lo cual también se añade: Y servid solo a Dios.

8. Pues sirve solo al Señor quien no inserta cosas perversas en las obras buenas. Porque quien así actúa bien que no abandona las cosas malas, de ninguna manera sirve solo a Dios: porque exhibe obediencia al espíritu malo, cuya voluntad no teme cumplir. De donde ocurre que incluso haciendo cosas buenas no sirve a Dios: porque Aquel que se cree que creó al hombre entero, no se digna tenerlo en común con el adversario. Pues de aquí es que la Verdad misma denuncia por sí misma, diciendo: Nadie puede servir a dos señores (Mt 6, 24). De aquí Pablo, inquiriendo, dice: ¿Qué participación tiene la justicia con la iniquidad, o qué sociedad tiene la luz con las tinieblas? ¿Qué acuerdo tiene Cristo con Belial? ¿O qué parte tiene el fiel con el infiel, o qué consenso tiene el templo de Dios con los ídolos? (2 Cor 6, 14-15). Por lo tanto, se nos manda servir solo al Señor, para que quienes ya empezamos a hacer cosas buenas por inspiración de Dios para obtener la remisión de nuestros pecados, no mezclemos nada perverso con esas mismas obras buenas. Porque entonces somos desatados de la obligación de nuestros pecados, cuando las cosas buenas que pagamos para su absolución no están mezcladas con males. Pues el predicador, hablando a los penitentes devotos, dice: Si de todo vuestro corazón os volvéis al Señor, quitad los dioses ajenos de en medio de vosotros, y servid solo a Dios. Como si dijera: Entonces podréis ser desatados de los pecados, cuando no manchéis con otros crímenes sobrevenidos las cosas buenas del corazón y de la obra, que pagáis a Dios para vuestra absolución. Por lo cual también prometiendo, dice: Y él os librará de la mano de los filisteos.

9. Qui hoc loco alii Philisthiim quam maligni spiritus designantur? Qui nimirum dum superbiae suae calice in momento debriati sunt, a statu gloriae tumescendo ceciderunt. Quae est igitur manus Philisthiim, nisi potestas illa daemonum, qua mortuas in peccato animas ad aeterna tormenta perducunt? Ab ista Philisthiim manu solus liber fuerat, qui dicebat: Venit princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam (Joan. XIV, 30). Hinc Paulus ait: Omnes peccaverunt, et egent gloria Dei (Rom. III, 23). Hinc iterum dicit: Eramus et nos filii irae, sicut et caeteri (Ephes. II, 3). O quam magni muneris est ista promissio, qua dicitur: Liberabit vos de manu Philisthiim. Nam ille solus liber hujus manus exstitit, qui peccatum non fecit. Ab ea utique omnes contra meritum liberamur. Unde et Paulus dicit: Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem justitiae suae, propter redemptionem praecedentium delictorum, in sustentatione Dei ad ostensionem justitiae ejus in hoc tempore, ut sit ipse justus, et justificans eum, qui est ex fide Domini nostri Jesu Christi (Rom. III, 24-26). Hinc item dicit: Gratia liberati estis (Ephes. II, 8). Tale est ac si dicat: Liberabit vos de potestate spirituum malignorum, ut velut fugatis de itinere crudelibus hostibus, dum mors carnis intervenit, ea quae cupitis aeterna gaudia securius adeatis. Magna itaque promisit, qui magna praecipiendo docuit, ut magnitudo muneris ad fortitudinem incitaret laboris. Magnum quippe est soli Domino servire, videlicet instanter bona agere, bonis actibus reproba non miscere. Sed o quam maximum in vitae hujus transitu, potestatem cruentorum spirituum non incurrere, nullas in via horribilitates cernere, contrarietates objectionum nullas invenire, aeternas poenas evadere, liberatoris nostri praesidia sentire, momentaneam saeculi lucem perdere, sed repente ineffabilem claritatem aeternitatis invenire. Audiant ergo, audiant, qui de manu Philisthiim liberari desiderant: Praeparate corda vestra Domino, et servite ei soli.

(Vers. 4.) Abstulerunt ergo filii Israel de medio sui Baalim, et Astaroth, et servierunt Domino soli.

10. Electorum quippe mos est, ut cum divinae praedicationis hortamenta suscipiunt, ad studium auditae bonae operationis accendantur. Nam reprobi e frequenter verba Dei audiunt, et eisdem tamen verbis nulla bona opera proponunt. Pigri, in suis actionibus remanent: quia a divina luce projecti, omnipotentis Dei gloriam, cujus verba audiunt, interna contemplatione non vident. Recte ergo, qui obediunt, Israel filii dicuntur: quia quo majestatem apertiori manifestatione conspiciunt, ejus praeceptis obedire devotius agnoscuntur. Sed quia conversis loquitur, quid eis adhuc deesse conspiciat, audiamus: Nam sequitur:

9. ¿Quiénes son designados en este lugar por los filisteos sino los espíritus malignos? Quienes, por cierto, mientras se embriagaron en un momento con el cáliz de su propia soberbia, cayeron hinchándose del estado de la gloria. ¿Qué es, pues, la mano de los filisteos, sino aquel poder de los demonios, con el que conducen a las almas muertas en el pecado a los tormentos eternos? De aquella mano de los filisteos solo estuvo libre quien decía: Viene el príncipe de este mundo, y en mí no tiene nada (Jn 14, 30). De aquí Pablo dice: Todos pecaron, y necesitan la gloria de Dios (Rm 3, 23). De aquí otra vez dice: Éramos también nosotros hijos de ira, como los demás (Ef 2, 3). ¡Oh, qué grande don es aquella promesa, por la cual se dice: Él os librará de la mano de los filisteos! Pues solo aquel se mantuvo libre de esta mano, el cual no cometió pecado. De ella ciertamente todos somos librados contra el mérito. Por lo cual también Pablo dice: Justificados gratuitamente por su gracia, por la redención de su justicia, a causa de la redención de los delitos precedentes, en la sustentación de Dios para la manifestación de su justicia en este tiempo, para que sea él mismo justo, y justificando a aquel que es de la fe de nuestro Señor Jesucristo (Rm 3, 24-26). De aquí asimismo dice: Por gracia habéis sido librados (Ef 2, 8). Es como si dijera: Él os librará de la potestad de los espíritus malignos, para que, como si los crueles enemigos fueran ahuyentados del camino, mientras interviene la muerte de la carne, alcancéis más seguramente aquellos gozos eternos que deseáis. Grandes cosas prometió, pues, quien enseñó mandando grandes cosas, para que la magnitud del don incitara a la fortaleza del trabajo. Pues es una cosa grande servir solo al Señor, a saber, hacer cosas buenas incesantemente, y no mezclar cosas reprobables con los actos buenos. Pero ¡oh, cuán máximo es, en el tránsito de esta vida, no incurrir en la potestad de los espíritus sanguinarios, no ver ningunas horribilidades en el camino, no encontrar ningunas contrariedades de objeciones, escapar de las penas eternas, sentir los auxilios de nuestro liberador, perder la luz momentánea del mundo, sino de repente encontrar la inefable claridad de la eternidad! Oigan, pues, oigan, quienes desean ser librados de la mano de los filisteos: Preparad vuestros corazones para el Señor, y servid solo a él.

(Vers. 4.) Quitaron, pues, los hijos de Israel de en medio de sí a Baalim y Astaroth, y sirvieron solo al Señor.

10. Pues es costumbre de los elegidos que, cuando reciben las exhortaciones de la predicación divina, se enciendan en el estudio de la buena operación oída. Porque los reprobados frecuentemente oyen las palabras de Dios, y sin embargo con esas mismas palabras no proponen ninguna obra buena. Perezosos, permanecen en sus acciones: porque proyectados fuera de la luz divina, no ven con contemplación interna la gloria del Dios todopoderoso, cuyas palabras oyen. Rectamente, por lo tanto, quienes obedecen son llamados hijos de Israel: porque en cuanto contemplan la majestad con una manifestación más abierta, se reconocen para obedecer sus preceptos más devotamente. Pero porque habla a los conversos, oigamos qué ve que todavía les falta: pues sigue:

(Vers. 5, 6.) Dixit autem Samuel: Congregate universum Israel in Masphath, ut orem pro vobis Dominum. Et congregaverunt in Masphath.

11. Masphath dicitur speculatio seu contemplatio. Quam profecto speculationem beatus Paulus exponit dicens: Videmus nunc per speculum in aenigmate (I Cor. XIII, 12). Speculari etenim nobis est, de altitudine Scripturarum aeterna bona contemplari. Quasi enim speculamur, quod jam fidei veritate cognoscimus, et adhuc revelata facie non videmus. Conversis vero peccatoribus in Masphath convenire, est per mentis intentionem de Dei omnipotentis miseratione confidere. Sed sic de Dei misericordia praesumant, ut tamen id, quod se nequiter egisse recolunt, per poenitentiam delere non negligant. Unde et illic repente subjungitur:

(Vers. 6.) Hauseruntque aquam, et effuderunt in conspectu Domini.

12. Quid enim est aquam haurire, nisi de profunda animi poenitentis confusione lacrymarum fluenta producere? Velut enim aquam haurimus, dum, quam profunda iniquitate cecidimus considerantes, plangimus. Quam profecto aquam in conspectu Domini effundimus, si cum poenitendo compungimur, de ejusdem compunctionis fletu non quaerimus favorem saeculi, sed solum fructum divinae placationis. Sed et dum mens flendo compungitur, necesse est ut etiam caro quae delectationibus subjacuit affligatur. Unde et subditur:

(Vers. 6.) Et jejunaverunt in die illa.

13. Dies peccatricis animae est spes consequendae indulgentiae in divini verbi repromissione. Unde et per prophetam Dominus repromittit, dicens: Nolo mortem peccatoris: magis autem, ut convertatur et vivat (Ezech. XVIII, 32, 33, 11). In die igitur illa jejunant, qui idcirco carnem poenitendo atterunt: quia in luce spei pervenire ad indulgentiam se indubitanter credunt. Quae tamen afflictio poenitentiae ad delenda peccata tunc demum idonea est, cum sacerdotis fuerit judicio imperata, cum ab eo confitentium actibus discussis, pro modo criminis, onus eis decernitur afflictionis Bene itaque sequitur:

(Vers. 6.) Dixeruntque: Tibi peccavimus, Domine. Judicavitque Samuel filios Israel in Masphath.

14. In Masphath quippe sacerdos judicat, cum non humanum arbitrium sequitur, sed divinum; cum in omni quod disponendum est se in alta contemplatione sublevat, et hoc in subditorum judicio disponit: quod aequum esse in superna visione cognoscit. Hinc namque est, quod in omni fere negotio Moyses in tabernaculo foederis Dominum consulit (Exod. XXXIII, 8): quia nimirum praedicator sanctae Ecclesiae in intima debet veritatis contemplatione conspicere, ut subditorum vitam foris irreprehensibiliter valeat ordinare.

(Vers. 5, 6.) Dijo además Samuel: Congregad a todo Israel en Masfath (Masphath), para que ore por vosotros al Señor. Y se congregaron en Masfath.

11. Masfath significa especulación o contemplación. Cuya especulación ciertamente expone el bienaventurado Pablo diciendo: Vemos ahora por un espejo, en enigma (1 Cor 13, 12). Especular, en efecto, para nosotros es contemplar los bienes eternos desde la altura de las Escrituras. Pues especulamos, por así decirlo, lo que ya conocemos por la verdad de la fe, y todavía no vemos con la cara revelada. Pero para los pecadores conversos, convenir en Masfath es confiar en la misericordia del Dios todopoderoso a través de la intención de la mente. Pero de tal modo presuman de la misericordia de Dios, que sin embargo no descuiden borrar por la penitencia aquello que recuerdan haber hecho inicuamente. Por lo cual también allí de repente se subraya:

(Vers. 6.) Y sacaron agua, y la derramaron en presencia del Señor.

12. Pues, ¿qué es sacar agua sino producir torrentes de lágrimas desde la profunda confusión del alma penitente? Pues sacamos agua, por así decirlo, cuando lloramos considerando en qué profunda iniquidad caímos. Cuya agua ciertamente derramamos en presencia del Señor, si cuando somos punzados por el arrepentimiento, no buscamos el favor del mundo por el llanto de esa misma compunción, sino solo el fruto de la aplacación divina. Pero mientras el alma es punzada por el llanto, es necesario que también la carne que estuvo sujeta a los deleites sea afligida. Por lo cual también se añade:

(Vers. 6.) Y ayunaron en aquel día.

13. El "día" del alma pecadora es la esperanza de conseguir la indulgencia en la promesa de la palabra divina. Por lo cual también el Señor promete a través del profeta, diciendo: No quiero la muerte del pecador: sino más bien que se convierta y viva (Ez 18, 32. 33. 11). En aquel día, por lo tanto, ayunan quienes por eso desgastan la carne arrepintiéndose: porque en la luz de la esperanza creen indudablemente que han de llegar a la indulgencia. Cuya aflicción de penitencia, sin embargo, es entonces finalmente idónea para borrar los pecados cuando ha sido mandada por el juicio del sacerdote, cuando por él, discutidos los actos de los que confiesan, según la medida del crimen, se les decreta el peso de la aflicción. Bien, por lo tanto, sigue:

(Vers. 6.) Y dijeron: Te pecamos, Señor. Y juzgó Samuel a los hijos de Israel en Masfath (Masphath).

En Masfath, por cierto, juzga el sacerdote cuando no sigue el arbitrio humano, sino el divino; cuando en todo lo que se ha de disponer se eleva en alta contemplación, y dispone esto en el juicio de los súbditos: lo que conoce que es equitativo en la visión superna. Pues de aquí es que en casi todo negocio Moisés consulta al Señor en el tabernáculo de la alianza (Éx 33, 8): porque, ciertamente, el predicador de la santa Iglesia debe mirar en la íntima contemplación de la verdad, para que pueda ordenar fuera irreprensiblemente la vida de los súbditos.

Tunc enim et tenere peccata, et dimittere verius potest, cum in arcano speculationis, Domino loquente, audit quod loquitur. Unde et resurgens à mortuis Dominus prius in discipulorum faciem insufflavit, et postea dimittendi retinendique peccata auctoritatem tribuit (Joan. XX, 21, 23): ut profecto monstraret, quia qui illam mentis speculationem non habet, judex animarum esse non debet. In electorum quippe praedicatorum faciem Dominum insufflare, est intimas secretasque vias spiritalis examinis eis per Spiritum sanctum revelare. Hinc Paulus ait: Spiritalis judicat omnia (I Cor. II, 15). Hinc item divinae gratiae largitatem commendans, ait: Nos spiritum hujus mundi non habemus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis (Ibid., 12). Qui autem hujus mundi spiritum habet, in Masphath, id est in speculatione subditos judicare non potest: quia dum per spiritum interiora non penetrat, in causis examinis quas exquirit, mundano spiritu foris errat. Bene igitur Samuel filios Israel in Masphath judicasse dicitur: quia nimirum praedicatores sancti, in subditorum judiciis aliud extra nequaquam definiunt, nisi quod intus eis divina inspiratione revelatur. Sed dum boni subditi majorum judicio semetipsos subjiciunt, spiritalium hostium iras contra se validius accendunt. Unde et subditur:

(Vers. 7.) Et ascenderunt satrapae Philisthinorum ad Israel.

15. Ablatis namque diis alienis, peracto jejunio, exhibita a praedicatore censura examinis, ad Israel Philisthinorum principes ascendunt: quia cum altiori vita proficimus, maligni spiritus, qui semper bene agentibus invident, nobis infestiores sunt. Et quia de innocentis vitae sublimitate nos deponere appetunt, ascendere dicuntur. Ascendere quippe malignis spiritibus, est se ad expugnanda alta per coeleste desiderium corda sublevare. Quia etiam contra perfectiores Christi milites non quorumlibet malorum spirituum, sed fortiorum daemonum praelia excitantur; non Philisthiim contra Israel ascendere, sed Philisthinorum satrapae perhibentur. Principes quoque pluribus praesunt. Per hoc ergo, quod contra Israel satrapae ascendere dicuntur, potest rationabiliter colligi quia ad probandam electorum patientiam, nec unus spiritus malus electorum singulis, sed innumeri deputantur; ut de consecuta eorum victoria, tanto sit copiosior fidelium gloria, quanto eis irrogata fuerint praelia graviora.

Pues entonces puede más verdaderamente tanto retener como perdonar los pecados, cuando en lo arcano de la especulación, hablando el Señor, oye lo que dice. Por lo cual también, resurgiendo de entre los muertos, el Señor primero insufló en la cara de los discípulos, y después dio la autoridad de perdonar y retener los pecados (Jn 20, 21. 23): para que ciertamente mostrara que quien no tiene aquella especulación de la mente, no debe ser juez de almas. Insuflar el Señor en la cara de los predicadores elegidos es revelarles a través del Espíritu Santo las íntimas y secretas vías del examen espiritual. De aquí Pablo dice: El espiritual juzga todas las cosas (1 Cor 2, 15). De aquí asimismo, recomendando la largueza de la gracia divina, dice: Nosotros no tenemos el espíritu de este mundo, sino el espíritu que es de Dios, para que sepamos las cosas que Dios nos ha dado (Ibíd., 12). Quien, en cambio, tiene el espíritu de este mundo, no puede juzgar a los súbditos en Masfath, esto es, en la especulación: porque mientras no penetra lo interior por el espíritu, en las causas de examen que busca, yerra fuera con espíritu mundano. Rectamente, por lo tanto, se dice que Samuel juzgó a los hijos de Israel en Masfath: porque, ciertamente, los santos predicadores no definen nada fuera en los juicios de los súbditos sino lo que dentro se les revela por inspiración divina. Pero mientras los buenos súbditos se someten al juicio de los mayores, encienden más fuertemente contra sí las iras de los enemigos espirituales. Por lo cual también se añade:

(Vers. 7.) Y subieron los sátrapas de los filisteos contra Israel.

15. Pues después de haber quitado los dioses ajenos, cumplido el ayuno, exhibida por el predicador la censura del examen del juicio, los príncipes de los filisteos suben contra Israel: porque cuando progresamos en una vida más alta, los espíritus malignos, que siempre envidian a los que actúan bien, nos son más hostiles. Y porque desean deponernos de la sublimidad de la vida inocente, se dice que suben. Pues subir, para los espíritus malignos, es elevarse para expugnar los corazones elevados por el deseo celestial. Porque también contra los más perfectos soldados de Cristo se excitan los combates no de cualquier espíritu malo, sino de demonios más fuertes; no se dice que suben contra Israel simplemente los filisteos, sino los "sátrapas de los filisteos". Los príncipes también presiden a más. Por esto, pues, que se dice que los sátrapas suben contra Israel, puede recogerse razonablemente que para probar la paciencia de los elegidos, no se diputó un solo espíritu malo a cada uno de los elegidos, sino innumerables; para que de la victoria conseguida por estos, sea tanto más copiosa la gloria de los fieles, cuanto más graves les hubieran sido infligidos los combates.

Tamen inter eadem praelia nuper conversi vehementer pavere solent: repente etenim inveniunt se in campo laboris, praeter experimentum consuetudinis. Armata hinc contra se aspiciunt desideria, quae sibi dudum pacata serviebant: illinc supernus amor invitat, ut coepta bona non deserant. Hinc spiritus mentem elevat, illinc caro gravat; ac dum finis sui modum scire non possunt, de electionis suae incertitudine vehementer expavescunt. Unde et hic apte subditur:

(Vers. 7.) Quod audientes filii Israel, timuerunt a facie Philisthinorum.

16. A facie enim Philisthinorum timent, ut eorum posteriora non timeant. Quae est enim malorum spirituum facies, nisi concupiscentia saecularis? In hac enim specie quicunque componitur eorum imagini conformatur. Quia vero non Philisthinorum faciem, sed ab eorum facie timuisse Israel dicitur; sic electorum mentes insinuat, ut etiam reproborum stultitiam latenti ratione reprehendat. Non enim faciem, sed a facie timuerunt: quia videlicet sancti viri, aliud est quod foris aspiciunt, aliud quod intus expavescunt. Nam etsi aliquando florentem mundum humana ratione considerant, repente mentis oculos ad ea mala quae mundi gaudia sequuntur retractantes levant, et velut a facie trepidant, qui poenis sequentibus contingere praesentes delectationes vitant. At contra reprobi, qui hanc Philisthinorum faciem nequaquam metuunt, sequentes ferocitatis eorum impetus non evadunt. Dum enim vana mundi gaudia tota virtute suscipiunt, afflictiones perpetuas, daemonum virtute, capiunt. Quibus nimirum Veritas comminatur, dicens: Vae vobis, divites, quia recepistis consolationem in vita vestra (Luc. VI, 24). Hinc item denuntians, ait: Vae vobis qui ridetis, quia flebitis (Ibid., 25). Quasi aliter dicat: Quia a Philisthinorum facie nequaquam pertimescitis, cum sequentes eorum vires irruunt, salutis invenire refugium non potestis. Tunc quidem timor adest, sed qui adjuvet non adest. Vindicta datur flagitii sine spe liberationis; et quam sint Philisthinorum horribilia posteriora sentiunt, qui faciei eorum blandimenta in mundi amore voluerunt. Bene igitur de Israelitis, in electorum typo dicitur: Timuerunt a facie Philisthinorum: quia nimirum dum conversandi modum sibi solerter ordinant, non disponunt metuere aeterna mala, cum veniunt; sed a temporali concupiscentia trepidant, cujus merito irrogantur. Et quia non tam suis meritis quam majorum hoc intercessione posse obtinere credunt, sequitur:

(Vers. 8.) Dixeruntque ad Samuelem: Ne cesses clamare pro nobis ad Dominum Deum Israel, ut salvet vos de manu Philisthiim.

17. Sed et tentatis subditis pastores boni non solum orationum praesidia conferunt, sed etiam sacrificiorum. Unde subditur:

Sin embargo, entre estos mismos combates, los recientemente conversos suelen temer vehementemente: pues de repente se encuentran en el campo del trabajo, más allá de la experiencia de la costumbre. Por un lado ven los deseos armados contra sí, que hace poco les servían en paz: por otro lado el amor superno les invita a no desertar de los bienes comenzados. Por aquí el espíritu eleva la mente, por allá la carne la deprime; y mientras no pueden saber la medida de su fin, temen vehementemente por la incertidumbre de su elección. Por lo cual también aquí se añade aptamente:

(Vers. 7.) Lo cual oyendo los hijos de Israel, temieron de la cara de los filisteos.

16. Pues temen de la cara de los filisteos, para que no teman sus partes posteriores (posteriora). ¿Qué es la cara de los espíritus malos, sino la concupiscencia secular? Pues en esta especie cualquiera que es compuesto se conforma a la imagen de ellos. Pero porque no de la cara de los filisteos, sino "de la cara" (a facie) se dice que temió Israel; así insinúa las mentes de los elegidos que también reprueba por razón latente la estulticia de los reprobados. Pues no temieron la cara, sino "de la cara": porque, a saber, para los varones santos, una cosa es lo que contemplan fuera, otra lo que temen dentro. Pues aunque a veces consideran el mundo floreciente por razón humana, de repente elevan los ojos de la mente retirándolos hacia aquellos males que siguen a los gozos del mundo, y tiemblan como de la cara, quienes por las penas siguientes evitan los deleites presentes. Pero al contrario los reprobados, que de ninguna manera temen esta cara de los filisteos, no escapan a los siguientes ímpetus de ferocidad de ellos. Pues mientras reciben con toda su fuerza los vanos gozos del mundo, capturan aflicciones perpetuas por la potencia de los demonios. A quienes ciertamente la Verdad amenaza, diciendo: Ay de vosotros, ricos, porque recibisteis vuestro consuelo en vuestra vida (Lc 6, 24). De aquí asimismo denunciando, dice: Ay de vosotros los que reís, porque lloraréis (Ibíd., 25). Como si dijera de otro modo: Porque de ninguna manera teméis de la cara de los filisteos, cuando las fuerzas siguientes irrumpen, no podéis encontrar refugio de salvación. Entonces ciertamente el temor está presente, pero el que ayude no está presente. La venganza se da por el flagelo sin esperanza de liberación; y sienten cuán horribles son las partes posteriores de los filisteos quienes quisieron los halagos de su cara en el amor del mundo. Bien, por lo tanto, de los israelitas, en tipo de los elegidos, se dice: Temieron de la cara de los filisteos: porque, ciertamente, mientras ordenan solícitamente su modo de vivir, no disponen temer los males eternos cuando vienen; sino que tiemblan de la concupiscencia temporal, por cuyo mérito son infligidos. Y porque creen que pueden obtener esto no tanto por sus propios méritos como por la intercesión de los mayores, sigue:

(Vers. 8.) Y dijeron a Samuel: No ceses de clamar por nosotros al Señor Dios nuestro de Israel, para que nos salve de la mano de los filisteos.

17. Pero a los súbditos tentados los pastores buenos no solo les confieren los auxilios de las oraciones, sino también de los sacrificios. De donde se añade:

(Vers. 9.) Tulit autem Samuel agnum lactentem unum, et obtulit illum holocaustum integrum Domino, et clamavit Samuel.

Quid est clamor Samuelis, nisi in supplicatione pontificis magna virtus desiderii? Unde ad tacentem labiis Moysen, licet populi subditi salutem ferventi devotione cupientem, a Domino dicitur: Quid clamas ad me (Exod. XIV, 15)? Quis vero est agnus lactens, nisi ille quem praecursor ejus ostendit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. I, 29)? Et lactens dicitur, quia in ejus innocentia vera humanitas praedicatur. Sed unus agnus offertur, quia, praeter ipsum, qui mundi tollat peccata nequaquam reperitur. Quem profecto agnum integrum obtulit. Integritate quippe agni ad soliditatem pertinet catholicae professionis. Velut enim agnum dividit, qui a canone fidei per gladium separatur erroris. Agnus itaque dicitur pro innocentia, lactens pro assumptione naturae, unus pro singularitate potentiae, integer pro fidei nostrae firmissima soliditate.

18. Quod si quis haec non ad ipsum, sed ad ejus imitatorem referre voluerit, potest. Agnum quippe offerimus, cum per bonum castitatis et innocentiae, Redemptori nostro conformamur; et cum doctrina innocentium Patrum nostrorum pascimur, velut ubera sugimus, quibus ad aeternam vitam nutriamur. Unum quoque agnum offerimus, si post initia religiosae conversationis, nulla polluimur inquinatione pravitatis. Unum quippe agnum offert, qui a proposito innocentiae, ad pollutae vitae maculas nequaquam diffluit, a quibus redeat per iterationem bonae operationis. Integrum quoque agnum offerre, est ad aeternam vitam non solum carnis continentiam, sed mentis integritatem praeparare. Integrum quoque agnum Domino nequaquam offert, qui carnem Deo per continentiam consecrat, sed mentis suae secreta ab immundarum cogitationum lascivia non refrenat. Velut enim agni partem sacrificio subripit, qui puritatem cordis, corporis continentiae non conjungit. Unde et ipse agnus integrum offerre discipulis praecipiens, ait: Audistis quia dictum est antiquis: Non maechaberis; ego autem dico vobis, qui viderit mulierem ad concupiscendum, moechatus est in corde suo (Matth. V, 27, 28). Hinc etiam fatuae virgines in Evangelio notantur, quae lampades paraverunt, et oleum non paraverunt (Matth. XXV, 3). Lampades namque paratas habent, qui bonum pudicitiae servant in corpore: oleum quoque habent, qui nitorem puritatis tenent in mentis suae circumspectione. Dicatur ergo de Samuele: Obtulit agnum integrum Domino: quia ut bonum pudicitiae divinae placationi sufficiat, non solum in candore corporis servari debet, sed in splendore internae puritatis. Merito itaque subditur:

(Vers. 9.)---Et exaudivit eam Dominus.

(Vers. 9.) Tomó además Samuel un cordero de leche (agnum lactentem), y lo ofreció holocausto íntegro (holocaustum integrum) al Señor; y clamó Samuel.

¿Qué es el clamor de Samuel sino la gran virtud del deseo en la súplica del pontífice? De donde a Moisés, callando con los labios pero deseando la salud del pueblo súbdito con ferviente devoción, se le dice por el Señor: ¿Por qué clamas a mí? (Éx 14, 15). ¿Pero quién es el cordero de leche sino aquel que su precursor mostró, diciendo: He aquí el Cordero de Dios, he aquí el que quita los pecados del mundo (Jn 1, 29)? Y se dice de leche porque en su inocencia se predica la verdadera humanidad. Pero se ofrece un solo cordero porque, fuera de él, no se encuentra de ninguna manera quien quite los pecados del mundo. Al cual ciertamente ofreció íntegro (integrum). Pues la integridad del cordero pertenece a la solidez de la profesión católica. Pues como que divide al cordero quien se separa del canon de la fe por la espada del error. El cordero, por tanto, se dice por la inocencia, de leche por la asunción de la naturaleza, uno por la singularidad de la potencia, íntegro por la firmísima solidez de nuestra fe.

18. Que si alguien quisiera referir esto no a él, sino a su imitador, puede. Pues ofrecemos un cordero cuando por el bien de la castidad y de la inocencia somos conformados a nuestro Redentor; y cuando somos alimentados con la doctrina de nuestros inocentes Padres, como que mamamos de los pechos con los que somos nutridos para la vida eterna. También ofrecemos un solo cordero si, después de los inicios de la conversación religiosa, no somos manchados por ninguna inquinación de depravación. Pues ofrece un solo cordero quien del propósito de inocencia no fluye de ninguna manera a las manchas de la vida manchada, de las cuales regrese por la iteración de la buena operación. Ofrecer también el cordero íntegro es preparar para la vida eterna no solo la continencia de la carne, sino la integridad de la mente. De ninguna manera ofrece al Señor el cordero íntegro quien consagra la carne a Dios por la continencia, pero no refrena los secretos de su mente de la lascivia de los pensamientos inmundos. Pues como que sustrae una parte del cordero al sacrificio quien no junta la pureza del corazón a la continencia del cuerpo. Por lo cual también el Cordero mismo, mandando a los discípulos ofrecer íntegro, dice: Oísteis que fue dicho a los antiguos: No adulterarás; pero yo os digo, que cualquiera que viere a una mujer para codiciarla, ya adulteró en su corazón (Mt 5, 27. 28). De aquí también se notan en el Evangelio las vírgenes necias, que prepararon las lámparas, y no prepararon el aceite (Mt 25, 3). Pues tienen las lámparas preparadas quienes guardan el bien del pudor (pudicitiae) en el cuerpo: tienen también el aceite quienes mantienen el brillo de la pureza en la circunspección de su mente. Dígase, por tanto, de Samuel: Ofreció el cordero íntegro al Señor: porque para que el bien del pudor baste para la aplacación divina, no solo debe guardarse en el candor del cuerpo, sino en el esplendor de la pureza interna. Merecidamente, por lo tanto, se añade:

(Vers. 9.) ---Y lo exaudió el Señor.

19. Ille namque exaudiri a Domino pro aliis orans potest, qui ex parte aliqua ei, cui supplicat, Domino odibilis non est. Nam si adhuc propria infirmitate deprimitur, pro obtinenda proximorum fortitudine nequaquam exauditur: et eo desiderium suum ad divinae celsitudinis arcem non sublevat, quo ipse de imo, quo per lapsum jacet, conatu ferventioris studii ascendere nequaquam curat. Sed et modus exauditionis exponitur, cum subinfertur:

(Vers. 10. 11.) Factum est, dum Samuel offerret holocaustum, Philisthaeos inire praelium contra Israel. Intonuit autem Dominus fragore magno in die illo super Philisthiim, et exterruit eos, et caesi sunt a filiis Israel. Egressique filii Israel de Masphath, persecuti sunt Philisthaeos, et percusserunt eos usque ad locum, qui erat subter Bethchar.

20. Offerente holocaustum Samuele, Philisthiim contra Israel praelium ineunt: quia maligni spiritus tunc adversus fideles subditos graviores tentationes commovent, cum contra se stare instantius Pastores vident. Sed super Philisthaeos Dominus intonat: quia orantibus doctoribus et fidelibus subditis, divina gratia robur administrat. Tonitrua enim fieri per nubila solent. Nubes autem sublimes per coeleste desiderium animae intelliguntur. Unde et propheta mentes electorum in amore coelestium elevatas admirans, dixit: Qui sunt isti, qui ut nubes volant (Isa. LX, 8)? Quae sunt autem tonitrua nubium, nisi illa ferventia et superna electorum desideria: quibus dum per divinam gratiam eorum mens succenditur, omne, quod maligni spiritus decipiendo suggerunt, ab ea penitus expellunt? Bene ergo dicitur: Intonuit Dominus super Philisthaeos, et exterruit eos. Nam dum per gratiam suam electis mentibus superna desideria infundit, quia etiam terrena omnia facit contemnere, eos etiam, qui ea eis appetere suggerunt, nequam spiritus in fugam vertit. Velut enim tonitruo territi fugiunt, dum in electis mentibus, quas tentando pulsaverant, ingentem sonitum divinae virtutis expavescunt. Quia vero fragore magno intonuisse Dominus dicitur, quid est aliud, nisi quia imperfecta Christianorum desideria daemonibus terribilia non sunt? Fragor enim magnus tonitrui, perfectum est uniuscujusque desiderium electi. Cum igitur fragore magno super Philisthaeos Dominus intonat, tunc a filiis Israel caeduntur: quia dum electorum mentem perfecta devotio ad superna gaudia erigit, omne, quod adversae parti militat, a se penitus abscindit.

19. Pues aquel puede ser exaudido por el Señor orando por otros, quien en alguna parte no es odioso al Señor a quien suplica. Pues si todavía es deprimido por la propia enfermedad, de ninguna manera es exaudido para obtener la fortaleza de los prójimos: y no eleva su deseo a la cumbre de la celsitud divina en aquello en que él mismo no cuida de subir desde lo más bajo, donde yace por el lapso, por el conato de un estudio más ferviente. Pero también se expone el modo de la exaudición cuando se añade:

(Vers. 10. 11.) Sucedió que, mientras Samuel ofrecía el holocausto, los filisteos iniciaron el combate contra Israel. Pero tronó el Señor con un gran estruendo en aquel día sobre los filisteos, y los aterró, y fueron heridos por los hijos de Israel. Y saliendo los hijos de Israel de Masfath (Masphath), persiguieron a los filisteos, y los hirieron hasta el lugar que estaba debajo de Bet-car (Bethchar).

20. Mientras Samuel ofrecía el holocausto, los filisteos iniciaron el combate contra Israel: porque los espíritus malignos conmueven entonces tentaciones más graves contra los fieles súbditos, cuando ven a los Pastores estar más insistentemente contra ellos. Pero el Señor truena sobre los filisteos: porque a los doctores que oran y a los fieles súbditos, la gracia divina les administra la fortaleza. Pues los truenos suelen producirse por las nubes. Y por las nubes sublimes se entienden el deseo celestial del alma. Por lo cual también el profeta, admirando las mentes de los elegidos elevadas en el amor de las cosas celestiales, dijo: ¿Quiénes son estos, que vuelan como nubes (Is 60, 8)? ¿Y qué son los truenos de las nubes, sino aquellos fervientes y supernos deseos de los elegidos: por los cuales, mientras su mente es encendida por la gracia divina, expulsan totalmente de ella todo lo que los espíritus malignos sugieren engañando? Bien, por tanto, se dice: Tronó el Señor sobre los filisteos, y los aterró. Pues mientras por su gracia infunde los deseos supernos en las mentes elegidas, porque también hace despreciar todas las cosas terrenas, el espíritu inicuo pone en fuga incluso a aquellos que les sugieren apetecerlas. Pues como aterrados por el trueno huyen, mientras en las mentes elegidas, a las que habían golpeado tentando, temen el ingente sonido de la virtud divina. Pero porque se dice que el Señor tronó con gran estruendo, ¿qué otra cosa es, sino que los deseos imperfectos de los cristianos no son terribles para los demonios? Pues el gran estruendo del trueno es el deseo perfecto de cada uno de los elegidos. Cuando, por tanto, el Señor truena con gran estruendo sobre los filisteos, entonces son heridos por los hijos de Israel: porque mientras la perfecta devoción erige la mente de los elegidos a los gozos supernos, corta totalmente de sí todo lo que milita para la parte adversa.

Bene quoque prius territi Philisthaei, deinde a filiis Israel 170 caedi memorantur: nam terrentur electorum devotione, caeduntur opere. Et quia opere devotio prior est, terreri prius, postea vero caedi recte perhibentur. Nam prius donum bonae voluntatis a Domino accipimus, ut consilia malorum spirituum postmodum confutare valeamus. Bene etiam Dominus super Philisthaeos intonare, et exterrere eos dicitur, filii autem Israel illos caedere perhibentur: quia bona desideria nobis per divinam gratiam ministrantur, sed nos dona gratiae per conatum liberi arbitrii ad virtutum victorias promovemus. Ordo igitur coelestis militiae est, ut ante tonans fragore magno audiatur Deus, et post miles ad caedenda hostium agmina progrediatur: ut videlicet in se prius dona gratiae videat, deinde ad certaminis campum validius erumpat, et securus victoriae proventum speret, qui eis, quibus coronetur, viribus ante congressionis tempora fultus est.

21. Bene autem, qui Philisthaeos caedunt, de Masphath egressi perhibentur. In Masphath etenim, quae speculatio dicitur, morantur, qui in divinarum rerum contemplatione persistunt. Sed ad caedendos Philisthaeos exeunt, cum ex arcano internae meditationis consulti venientes, comprimunt vires adversae dominationis. Intus enim latenter ordinant, qualiter foris in apparato opere, hostium cuneos irrumpant. Tanto quidem graviores pugnas eis procedentes exhibent, quanto, dum interna cogitant, apud se quietiores latent. Et quia maligni spiritus ab electis Dei semper comprimendi sunt, usque ad locum subter Bethchar Philisthiim percussi fuisse memorantur. Bethchar quippe, domus agni interpretatur. Hunc agnum nobis Isaias insinuans, ait: Tanquam agnus ad occisionem ducetur, et tanquam ovis coram tondente se, sine voce (Isai. LIII, 7). Quae igitur fuit domus agni, nisi illa sublimis, et singulariter munita conversatio Redemptoris, quae dum culpa caruit, cunctis nequam spiritibus inaccessibilis exstitit? Ad Bethchar, id est domum agni pervenire nemo potest: quia quisquis multum proficit, sanctitate Redemptoris inferior est. Unde et praedicator egregius ejusdem Redemptoris laudibus insistens, dicit: Talis decebat, ut nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, et excelsior coelis factus, qui non habet necessitatem, sicut sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre (Hebr. VII, 26, 27). Quis est ergo locus subter Bethchar, ad quem usque Philisthiim caedere, et persequi debemus?

Bien también se recuerda que primero fueron aterrados los filisteos, y después heridos por los hijos de Israel: pues son aterrados por la devoción de los elegidos, son heridos por la obra. Y porque la devoción es anterior a la obra, rectamente se afirma que primero fueron aterrados, y después heridos. Pues primero recibimos del Señor el don de la buena voluntad, para que después podamos refutar los consejos de los espíritus malignos. Bien también se dice que el Señor truena sobre los filisteos y los aterra, y se afirma que los hijos de Israel los hieren: porque los buenos deseos se nos administran por la gracia divina, pero nosotros promovemos los dones de la gracia por el conato del libre albedrío hacia las victorias de las virtudes. El orden, por tanto, de la milicia celestial es que primero se oiga a Dios tronando con gran estruendo, y después el soldado avance a herir las filas de los enemigos: para que, ciertamente, vea primero en sí los dones de la gracia, y luego irrumpa con más fuerza en el campo del certamen, y espere seguro el resultado de la victoria aquel que está apoyado por las fuerzas con las que será coronado antes de los tiempos de la batalla.

21. Bien también, se afirma que quienes hieren a los filisteos salieron de Masfath. Pues en Masfath, que se llama "especulación" (contemplación), permanecen quienes persisten en la contemplación de las cosas divinas. Pero salen a herir a los filisteos cuando, viniendo como consultados desde el secreto de la meditación interna, reprimen las fuerzas de la dominación adversa. Pues dentro ordenan latente cómo irrumpir fuera, en la obra preparada, las cuñas de los enemigos. Ciertamente les exhiben combates tanto más graves al avanzar, cuanto, mientras piensan las cosas internas, yacen más quietos dentro de sí mismos. Y porque los espíritus malignos siempre deben ser reprimidos por los elegidos de Dios, se recuerda que los filisteos fueron heridos hasta el lugar debajo de Bet-car (Bethchar). Pues Bet-car se interpreta como "casa del cordero". Isaías, insinuándonos este cordero, dice: Como cordero será llevado al matadero, y como oveja ante el que la trasquila, sin voz (Is 53, 7). ¿Qué fue, por tanto, la casa del cordero, sino aquella sublime y singularmente munida conversación del Redentor, que mientras careció de culpa, existió inaccesible a todos los espíritus inicuos? A Bet-car, esto es, a la casa del cordero, nadie puede llegar: porque quienquiera que aprovecha mucho, es inferior a la santidad del Redentor. Por lo cual también el egregio predicador, insistiendo en las alabanzas del mismo Redentor, dice: Tal nos convenía que fuera el pontífice, santo, inocente, impoluto, segregado de los pecadores, y hecho más excelso que los cielos, que no tiene necesidad, como los sacerdotes, de ofrecer primero hostias por sus propios delitos (Heb 7, 26. 27). ¿Cuál es, por tanto, el lugar debajo de Bet-car, hasta el cual debemos herir y perseguir a los filisteos?

Sed si Bethchar perfectionem signat Dominicae conversationis, locum subter Bethchar, communem Sanctorum summam exprimit sanctitatis. Qui et eidem Redemptori se obediendo humiliant, et ejus gloriae per studium vitae innocentis appropinquant. Locus enim, qui subter Bethchar situs ostenditur, eidem loco cui subest, et inferior esse cognoscitur, et vicinus: quia sancti viri, quo Deo per vitae altitudinem vicini sunt, eo et humiliori cogitatione subjecti. Dum ergo novitiorum fidelium triumphus sub Israelitarum gestis ostenditur, usque ad locum sub domo agni caesi alienigenae dicuntur: quia profecto per indesinentem conatum certaminis, contendere debemus ad arcem perfectionis: ubi jam tanto simus hostibus nostris terribiliores, quanto Redemptori nostro viciniores. Ibi enim jam quaedam securitas est, quae perturbari hostium pavore non potest. Talibus namque concessae virtutis dona insinuans Dominus, ait: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, et scorpiones, et omnem virtutem inimici (Luc. X, 19). Unde et is, qui ad locum domui agni 171 vicinum pervenerat, dicit: Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an augustia, an fames (Rom. VIII, 35), an caetera talia? Potest etiam domus agni coelestem patriam designare. Unde et Joannes dicit: Vidi supra montem Sion agnum stantem, et cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentia nomen ejus, et nomen patris ejus scriptum in frontibus suis (Apoc. XIV, 1). Quis est igitur locus, qui est sub domo agni, nisi terminus temporalis vitae, ex quo ad supernae patriae gaudia assumuntur electi? Qui enim usque ad statutum nobis terminum ducimur, quem praeterire vivendo non possumus, velut ad locum venimus, unde alio transferamur. Sed terminus vitae electi viri sub domo agni situs ostenditur: quia unde per angustias mortalitatis demergitur, inde ad vitae indeficientis gaudia sublevatur. Nam et agnus ipse, qui in citharoedorum citharizantium et cantantium domum suam laetus inhabitat, antequam ad hujus domus laetitiam duceretur, sub domo fuit. Hinc namque est, quod immolationis suae tempore dicit: Tristis est anima mea usque ad mortem (Matth. XXVI, 38; Marc. XIV, 34). Electi ergo uniuscujusque finis dum loco ostenditur, subter Bethchar, id est domo agni esse memoratur; quia sancti viri cum per mortis poenam temporalia deserunt, de vicino praeeminentem sibi supernam patriam conscendunt. Nam Paulus, confidenter asserens, dicit: Scimus, quia si terrestris domus nostra dissolvatur, habemus habitaculum ex Deo, non manufactum in coelo (II Cor. V, 1). Igitur usque ad locum, qui est subter domo agni, Philisthaeos caedimus, si quandiu in hac vita sumus, de malignis spiritibus triumphamus.

Pero si Bet-car significa la perfección de la conversación del Señor, el lugar debajo de Bet-car expresa la suma común de la santidad de los Santos. Quienes también se humillan obedeciendo al mismo Redentor, y se aproximan a su gloria por el estudio de una vida inocente. Pues el lugar que se muestra situado debajo de Bet-car se reconoce tanto ser inferior al mismo lugar al que está sometido, como ser vecino de él: porque los varones santos, en cuanto son vecinos de Dios por la altura de la vida, en tanto están sometidos por un pensamiento más humilde. Mientras, por tanto, se muestra el triunfo de los fieles novicios bajo las gestas de los israelitas, se dice que los extranjeros fueron heridos hasta el lugar debajo de la casa del cordero: porque, ciertamente, por el incesante conato del certamen, debemos contender hacia la cumbre de la perfección: donde ya seamos tanto más terribles para nuestros enemigos, cuanto más cercanos a nuestro Redentor. Pues allí ya hay una cierta seguridad, que no puede ser perturbada por el pavor de los enemigos. Pues el Señor, insinuando los dones de la virtud concedida a tales personas, dice: He aquí, os he dado potestad de pisar sobre serpientes y escorpiones, y sobre toda virtud del enemigo (Lc 10, 19). Por lo cual también aquel que había llegado al lugar vecino a la casa del cordero dice: ¿Quién nos separará de la caridad de Cristo? ¿La tribulación, o la angustia, o el hambre (Rm 8, 35), u otras cosas tales? La casa del cordero también puede designar la patria celestial. Por lo cual también Juan dice: Vi sobre el monte Sión al cordero de pie, y con él ciento cuarenta y cuatro mil, que tenían su nombre, y el nombre de su padre escrito en sus frentes (Ap 14, 1). ¿Cuál es, por tanto, el lugar que está bajo la casa del cordero, sino el término de la vida temporal, desde el cual los elegidos son asumidos a los gozos de la patria superna? Pues quienes somos llevados hasta el término que nos ha sido fijado, el cual no podemos pasar viviendo, llegamos como a un lugar desde donde seamos trasladados a otra parte. Pero el término de la vida del varón elegido se muestra situado bajo la casa del cordero: porque desde donde se sumerge por las angustias de la mortalidad, desde allí es elevado a los gozos de la vida que no falta. Pues también el cordero mismo, que habita alegre su casa en medio de los citaristas que tocan la cítara y cantan, estuvo bajo la casa antes de ser llevado a la alegría de esta casa. Pues de aquí es que, al tiempo de su inmolación, dice: Triste está mi alma hasta la muerte (Mt 26, 38; Mc 14, 34). El fin de cada uno de los elegidos, mientras se muestra por el lugar, se recuerda que está debajo de Bet-car, esto es, de la casa del cordero; porque los varones santos, cuando por la pena de la muerte desamparan las cosas temporales, ascienden desde lo cercano a la patria superna que les preemina. Pues Pablo, afirmando confiadamente, dice: Sabemos que si nuestra casa terrestre se disuelve, tenemos una habitación de parte de Dios, no manufacturada en el cielo (2 Co 5, 1). Por tanto, herimos a los filisteos hasta el lugar que está debajo de la casa del cordero si, mientras estamos en esta vida, triunfamos sobre los espíritus malignos.

(Vers. 12.) Tulit autem Samuel lapidem unum, et posuit eum inter Masphath et Sen; et vocavit nomen ejus Lapis Adjutorii, dixitque; Hucusque auxiliatus est nobis Dominus.

22. Lapis in sacro eloquio Dominum, et Redemptorem nostrum significat. Lapis vero unus a Samuele tollitur, cum a sanctae Ecclesiae praedicatore Redemptoris fortitudo singulariter praedicatur. Qui profecto inter Masphath et Sen praefigitur: quia in vitae exitu electos protegit, reprobos confringit. Sen quippe excussio dicitur. Excussi autem sunt reprobi, id est a fidelium societate separati. Dum ergo usque ad locum subter Bethchar Philisthaei caesi perhibentur, lapis inter Sen et Masphath praefixus asseritur: quia dum electi Dei victoriae suae titulum in fine percipiunt, Redemptoris judicio a malorum societate separantur. Modo vero, velut in area frumentum, et palea simul sumus, sed dum ad vitae terminum ducimur, electi a reprobis Dominica virtute dividuntur, et velut inter se lapidem habent medium, dum illi pondus Redemptoris in damnationis suae judicium sustinent, et isti in ejus fortitudine aeternae gloriae palmas tenent. Possunt per Sen etiam maligni spiritus designari. Excussi quippe sunt, quia a coelesti secreto per superbiam projecti. Et quia nunc in hac vita nobiscum praeliantur, bene cum victoriae nostrae tempus asseritur, lapis inter nos et eos positus perhibetur: quia cum militiae nostrae donativa percipimus, ultra nobis eorum praelia nequaquam renovantur. Samuel autem hunc lapidem in medium ponit: quia nobis Redemptoris nostri bonitatem sanctae Ecclesiae doctor ostendit. Et quia omne, quod a nobis in omni vita nostra prosperum geritur, divinae gratiae adscribitur, apte ab eo lapis ille, qui in medio sistitur, Lapis Adjutorii vocatur. Ipse est namque Lapis Adjutorii, qui si nobis subvenire 172 noluerit, vinci possumus, vincere nequimus. De quo jam in medium posito dicitur: Usque huc auxiliatus est nobis Dominus; quia ejus praesidia electos suos usque ad aeternae retributionis tempora persequuntur. Et quia, ut diximus, jam tunc a nobis in aeterna requie susceptis, a depressis hostibus praelia nulla commoventur, sequitur:

(Vers. 13). Et humiliati sunt Philisthiim, nec apposuerunt, ut venirent ultra in terminos Israel.

(Vers. 12.) Tomó pues Samuel una piedra, y la puso entre Masfath y Sen; y llamó su nombre "Piedra del Socorro" (Lapis Adjutorii), y dijo: Hasta aquí nos ha ayudado el Señor.

22. La "Piedra" en el sagrado elocuio significa al Señor y a nuestro Redentor. Ciertamente, Samuel toma una sola piedra, puesto que la fortaleza del Redentor es predicada singularmente por el predicador de la santa Iglesia. La cual ciertamente se prefija entre Masfath y Sen: porque al término de la vida protege a los elegidos y quebranta a los réprobos. Pues Sen se llama "sacudida" (excussio). Y los réprobos son los sacudidos, esto es, los separados de la sociedad de los fieles. Por tanto, mientras se afirma que los filisteos fueron heridos hasta el lugar debajo de Bet-car, se asegura que la piedra fue prefijada entre Sen y Masfath: porque mientras los elegidos de Dios perciben el título de su victoria al final, son separados de la sociedad de los malos por el juicio del Redentor. Ahora, ciertamente, estamos juntos como el trigo y la paja en la era, pero mientras somos llevados al término de la vida, los elegidos son divididos de los réprobos por la virtud del Señor, y tienen como una piedra media entre sí, mientras aquellos sostienen el peso del Redentor en el juicio de su condenación, y estos tienen las palmas de la gloria eterna en su fortaleza. Por Sen también pueden designarse los espíritus malignos. Pues son los sacudidos, porque fueron proyectados desde el secreto celestial por la soberbia. Y porque ahora combaten con nosotros en esta vida, bien se afirma que la piedra fue puesta entre nosotros y ellos cuando se asegura el tiempo de nuestra victoria: porque cuando recibimos los dones de nuestra milicia, de ninguna manera se nos renuevan sus combates más. Pero Samuel pone esta piedra en medio: porque el doctor de la santa Iglesia nos muestra la bondad de nuestro Redentor. Y porque todo lo que se hace prósperamente por nosotros en toda nuestra vida se adscribe a la gracia divina, aptamente se llama "Piedra del Socorro" a aquella piedra que se coloca en medio. Pues Él es la Piedra del Socorro, quien, si no quisiera auxiliarnos, podemos ser vencidos, y no podemos vencer. De la cual, ya puesta en medio, se dice: Hasta aquí nos ha ayudado el Señor; porque sus auxilios persiguen a sus elegidos hasta los tiempos de la retribución eterna. Y porque, como hemos dicho, ya entonces no se conmueve ningún combate por parte de los enemigos deprimidos cuando somos recibidos por nosotros en el descanso eterno, sigue:

(Vers. 13). Y fueron humillados los filisteos, y no volvieron a venir más a los términos de Israel.

23. Haec profecto sic electorum singulorum facta exprimunt, ut sanctae catholicae Ecclesiae et procinctum innuant belli, et gaudia remunerationis. Hanc namque universalis Ecclesiae victoriam jam post resurrectionis nostrae gloriam futuram, beatus Paulus ostendit; qui, quasi futurae incorruptioni praesens, morti insultabat, dicens: Absorpta est mors in victoria? ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus (I Cor. XV, 54, 55)? Humiliatos etiam Philisthaeos vidit: quia apostatarum angelorum memorans, ad amorem futurae dignitatis electos accendit, dicens: An nescitis, quia angelos judicabimus (I Cor. VI, 3)? Tunc quippe Philisthaei humiliantur, cum in praeparata sibi ab origine mundi aeterni ignis incendia daemones mittuntur. Et in terminos Israel venire ulterius non apponunt: quia ad tentanda electorum corda non exeunt. Qui autem sunt Israelis termini, nisi coeli? Quomodo autem mali spiritus in Israelis terminos venient, qui sic in inferni profundo damnati sunt, ut a summersione poenarum nunquam resurgant? Quia ergo aeterna oppressione dejiciuntur, apte subinfertur: (Vers. 13). Facta est, inquit, manus Domini super Philisthaeos cunctis diebus Samuelis.

24. Qui enim sunt dies boni doctoris, nisi vernantes illi radii fulgentis aeternitatis? Qui apte Samuelis esse referuntur: quia etsi communes sunt electorum omnium, speciali quadam gratia ad gaudia lucent praedicatorum. Vel certe praedicatorum sunt, quia specialius eorum mentibus fulgent, quorum praedicatione nunc sanctae Ecclesiae demonstrantur. Manus autem Domini super Philisthaeos cunctis diebus Samuelis facta perhibetur, quia divina potestas malos spiritus semper opprimit, quae in aeternae claritatis gloria etiam electos exhilarare nunquam desistit. Tunc vero angelorum damna reparantur, cum quidquid de ordine conditorum spirituum, eorum superbia sublatum beatitudini fuerat, de electis hominibus adimpletur. Quare sequitur: (Vers. 14.) Et redditae sunt urbes, quas tulerant Philisthiim Israeli.

25. Urbes sublatae sunt illae perditae multitudines angelorum. Sed tunc redduntur, quando de electa natura humana assumitur, unde quod de angelis periit, suppleatur. Quod etiam in conversione flagitiosorum hominum accipi convenienter potest. Urbes namque Philisthiim tollunt, cum unitas fidelium mentes tentando decipiunt, et sibi eas peccatis immergendo supponunt. Sed ablatae urbes Israeli redduntur: quia sic in hac vita poenitentes satisfaciunt, ut in perenni gloria splendidi ad electorum gaudium exhibeantur. Quia vero non solum, qui agere bona negligunt, sed etiam, qui abundanter iniquitatem faciunt, poenitendo salvantur, subditur: (Vers. 14.) Ab Accaron usque Geth.

23. Estas cosas ciertamente expresan los hechos de cada uno de los elegidos de tal modo que también insinúan la preparación de la guerra y los gozos de la remuneración para la santa Iglesia católica. Pues el bienaventurado Pablo mostró esta victoria de la Iglesia universal, que ha de ser ya después de la gloria de nuestra resurrección; quien, como presente ante la futura incorrupción, insultaba a la muerte, diciendo: ¿Sorbida es la muerte en victoria? ¿dónde está, muerte, tu victoria? ¿dónde está, muerte, tu aguijón? (1 Co 15, 54. 55). También vio humillados a los filisteos: porque, recordando a los ángeles apóstatas, encendió a los elegidos al amor de la futura dignidad, diciendo: ¿No sabéis que juzgaremos a los ángeles? (1 Co 6, 3). Pues entonces los filisteos son humillados, cuando los demonios son enviados a los incendios del fuego eterno preparados para ellos desde el origen del mundo. Y no vuelven a venir más a los términos de Israel: porque no salen a tentar los corazones de los elegidos. Pero ¿cuáles son los términos de Israel, sino los cielos? ¿Y cómo vendrán los espíritus malignos a los términos de Israel, que están tan condenados en lo profundo del infierno que nunca resurgen de la sumersión de las penas? Porque, por tanto, son abatidos por la opresión eterna, aptamente se añade: (Vers. 13). La mano del Señor, dice, estuvo sobre los filisteos todos los días de Samuel.

24. ¿Pues qué son los días de un buen doctor, sino aquellos vernantes rayos de la fulgurante eternidad? Los cuales aptamente se refieren como de Samuel: porque aunque son comunes a todos los elegidos, lucen con una cierta gracia especial para los gozos de los predicadores. O ciertamente son de los predicadores, porque lucen más especialmente en las mentes de aquellos por cuya predicación se demuestran ahora a la santa Iglesia. Y se afirma que la mano del Señor estuvo sobre los filisteos todos los días de Samuel, porque la potestad divina siempre oprime a los espíritus malignos, y nunca desiste de alegrar incluso a los elegidos en la gloria de la eterna claridad. Entonces ciertamente se reparan los daños de los ángeles, cuando todo lo que de la orden de los espíritus creados había sido quitado de la bienaventuranza por su soberbia, se completa con los hombres elegidos. Por lo cual sigue: (Vers. 14.) Y fueron restituidas las ciudades que los filisteos habían quitado a Israel.

25. Las ciudades quitadas son aquellas perdidas multitudes de ángeles. Pero entonces son restituidas, cuando de la naturaleza humana elegida se asume aquello con lo que se supla lo que pereció de los ángeles. Lo cual también puede entenderse convenientemente en la conversión de los hombres flagiciosos. Pues los filisteos quitan ciudades cuando engañan las mentes de la unidad de los fieles tentando, y se las someten sumergiéndolas en los pecados. Pero las ciudades quitadas son restituidas a Israel: porque los penitentes en esta vida satisfacen de tal modo que en la gloria perenne se exhiben espléndidos para el gozo de los elegidos. Pero porque no solo quienes descuidan hacer cosas buenas, sino también quienes hacen iniquidad abundantemente, se salvan arrepintiéndose, se añade: (Vers. 14.) Desde Ecrón (Accaron) hasta Gat (Geth).

26. Accaron dicitur sterilis, Geth torcular. Steriles quidem sunt, qui bona opera non agunt. In torculari autem uva premitur, et vinum promulgatur. 173 Quid est autem concupiscentia saecularis, nisi uva reprobae mentis? Quid vero est fervor peccandi, nisi liquor vini, qui peccatoris mentem aeternorum bonorum immemorem facit? Dum enim ex concupiscentia cordis peccatum generatur, quasi in torculari de uva vinum producitur. Ab Accaron ergo usque Geth sublatae urbes Israeli redduntur: quia bona agere negligentium, et mala audacter perpetrantium mentes, quae poenitendo ad Dominum modo redeunt, tunc in communi electorum gloria splendidae demonstrantur. Earum quippe mala in Dei memoria nequaquam veniunt, quae ipsi poenitientiae afflictione delere obliti non sunt. Sequitur: (Vers. 14.) Eratque pax inter Israelem et Amorrhaeum.

27. Quae est ista pax, nisi quam propheta Michaeas asserit, dicens: Et erit iste pax in terra, cum venerit (Mich. V, 5). Hinc Paulus ait: Ipse est pax nostra, qui facit utraque unum (Eph. II, 14). Quid est autem, quod inter Israelem, et Amorrhaeum pax ostenditur? Sed quid per Amorrhaeum, nisi pars hominum reproba designatur? Qui vero per Israelem figurantur, nisi electi? Et quia electi in dextera Dei, reprobi vero in sinistra futuri sunt (Matth. XXV, 33), dum pax esse inter utrosque asseritur, sanctorum beatitudo inclyta demonstratur; qui justitiae Conditoris tanta aequitate conveniunt, ut de conspecta reproborum poena nulla compassione moveantur. Dum ergo inter Israelem, et Amorrhaeum pax esse ostenditur, non demonstratur bonum, quod commune cum sanctis habeant reprobi, sed quo muniantur electi. Unde et sub Israelis specie per prophetam sanctae Ecclesiae repromittitur: Qui posuit fines tuos pacem, et adipe frumenti satiat te (Psal. CXLVII, 14). Pacem quippe Ecclesiae fines ponit: quia dum Redemptoris potentia eam in intimae aequitatis celsitudinem erigit, per dolorem compassionis, perditorum miseria non affligit. Sed ad tantam beatitudinem quo pastorum studio boni subditi promoveantur, exponit, dicens: (Vers. 15.) Judicavit quoque Samuel Israelem omnibus diebus vitae suae.

28. Qui sunt dies vitae uniuscujusque doctoris, nisi virtutum spiritalium claritates? Omnibus namque diebus vitae suae Israelem judicat, qui lucem justitiae, quam loquendo asserit, ad subditorum fidelium exemplum, perfectione repraesentat bonae conversationis. Qui autem virtutum spiritalium lucem non habet, quia ad docendum assumit bona conversationis extraneae, diebus profecto judicat vitae alienae. De quibus profecto per prophetam Dominus dicit: Ecce ego ad prophetas, qui furantur verba mea, unusquisque a proximo suo (Jerem. XXIII, 30).

26. Ecrón se llama "estéril", Gat "lagar". Estériles ciertamente son quienes no hacen buenas obras. Y en el lagar se prensa la uva, y se produce el vino. ¿Y qué es la concupiscencia secular, sino la uva de la mente réproba? ¿Y qué es el fervor de pecar, sino el licor del vino, que hace a la mente del pecador olvidadiza de los bienes eternos? Pues mientras por la concupiscencia del corazón se genera el pecado, como en el lagar de la uva se produce el vino. Desde Ecrón, por tanto, hasta Gat, las ciudades quitadas son restituidas a Israel: porque las mentes de los que descuidan obrar bien y de los que perpetran el mal audazmente, que ahora vuelven al Señor arrepintiéndose, entonces se demuestran espléndidas en la gloria común de los elegidos. Pues sus males de ninguna manera vienen a la memoria de Dios, los cuales ellos mismos no olvidaron borrar con la aflicción de la penitencia. Sigue: (Vers. 14.) Y hubo paz entre Israel y el amorreo (Amorrhaeum).

27. ¿Qué es esta paz, sino la que el profeta Miqueas afirma, diciendo: Y será este la paz en la tierra, cuando viniere (Miq 5, 5). De aquí Pablo dice: Él es nuestra paz, que hace de ambos uno (Ef 2, 14). ¿And qué es esto, que se muestra la paz entre Israel y el amorreo? ¿Y qué por el amorreo, sino que se designa la parte réproba de los hombres? ¿Y quiénes por Israel son figurados, sino los elegidos? Y porque los elegidos estarán a la derecha de Dios, y los réprobos a la izquierda (Mt 25, 33), mientras se afirma que hay paz entre ambos, se demuestra la ínclita bienaventuranza de los santos; quienes concuerdan con tanta equidad con la justicia del Creador, que no se mueven por ninguna compasión por la pena vista de los réprobos. Mientras, por tanto, se muestra que hay paz entre Israel y el amorreo, no se demuestra un bien que los réprobos tengan en común con los santos, sino con el que se protejan los elegidos. Por lo cual también bajo la especie de Israel se promete de nuevo a la santa Iglesia por el profeta: El que puso la paz en tus términos, y te sacia con la grosura del trigo (Sal 147, 14). Pues pone la paz en los términos de la Iglesia: porque mientras la potencia del Redentor la erige a la celsitud de la íntima equidad, la miseria de los perdidos no la aflige por el dolor de la compasión. Pero a cuán gran bienaventuranza sean promovidos los buenos súbditos por el estudio de los pastores, lo expone diciendo: (Vers. 15.) Juzgó también Samuel a Israel todos los días de su vida.

28. ¿Qué son los días de la vida de cada doctor, sino las claridades de las virtudes espirituales? Pues juzga a Israel todos los días de su vida quien representa con la perfección de la buena conversación la luz de la justicia, que afirma hablando, para ejemplo de los fieles súbditos. Pero quien no tiene la luz de las virtudes espirituales, porque asume para enseñar los bienes de una conversación extraña, ciertamente juzga en los días de una vida ajena. De los cuales ciertamente dice el Señor por el profeta: He aquí, yo contra los profetas, que hurtan mis palabras, cada uno de su prójimo (Jr 23, 30).

Verba quippe furantur, qui bonum, quod docendo praedicant, operando non sequuntur: quia veluti clam de alieno tollunt, quod dato proprii laboris pretio suum nequaquam faciunt. Post denuntiatam itaque futuram beatitudinem, qualis interim debeat esse fidelium pastor, ostenditur: quia omnibus vitae suae diebus Samuel Israelem judicasse perhibetur. Perfectionis etenim viam male insinuat, si lucis iter quis voce volens pandere, actione tenebrescat. Nam qui cunctos vitae suae dies ad judicandum Israelem contulerat, dicit: Non audeo loqui horum aliquid, quae per me non efficit Deus, in obedientia Gentium verbo et factis (Rom. XV, 18). Judicet igitur doctor, sed qui dies vitae suae inclytos habet: ut videlicet in se prius virtutum spiritualium radios bene vivendo foveat, quos providendis subditorum itineribus loquens administrat: quia et lucerna tunc iis, qui 174 in domo sunt, utiliter ostenditur, si ipsa antea eo, quod sparsura est, bene repleatur lumine.

(Vers. 16.) Et circuibat per singulos annos Bethel, et Galgal, et Masphath, et judicabat Israelem in supradictis locis.

29. Bethel dicitur domus Dei; Galgal, rota; Masphath, ut jam superius replicatum est, speculatio interpretatur. Quid ergo Bethel, nisi viros officio sacri altaris deputatos significat; qui dum spiritalibus studiis inhaerent, velut domestici Dei omnipotentis familiares sunt? Et quid Galgal, quae rota dicitur, nisi conjugatorum ordinem designat? Velut enim in rota circumeunt, dum volubilis mundi curis penitus carere non possunt. Et quid per Masphath, quae speculatio interpretatur, nisi illi exprimuntur, qui divinae contemplationi vacantes, solis supernis gaudiis inardescunt? Quid ergo est, quod Samuel et Bethel, et Galgal, et Masphath circuire dicitur, et in eisdem locis Israelem judicare, nisi quia electus praedicator omnium electorum ordinum exempla sequitur, ut subditorum fidelium esse valeat censor doctus? Non enim esse poterit aequi examinis, si de exemplis praecedentium electorum dedignatur assumere, quod decernit.

Sed et per singulos annos ista circumeat, ut doctor providus ordinum singulorum perfectionem sigillatim respiciat: ut, quo subtilius praecedentium bona viderit, praesentia disponere decentius possit.

Ibi ergo, ibi judicet Israelem, ut subjectos fideles, quos ad Dei visionem erudit, illorum rectitudine corrigat, quos Deo placuisse indubitanter credit. Potest etiam per Bethel, quae domus Dei dicitur, universa electorum Ecclesia designari: per Galgal, quae interpretatur rota, Scriptura sacra. Quidquid vero in subditorum profectu doctor exhibet, aut de exemplo electorum accipit, aut magisterio sacri eloquii, aut revelatione internae ac secretae contemplationis.

Pues hurtan las palabras quienes no siguen obrando el bien que predican enseñando: porque toman como a hurtadillas de lo ajeno lo que de ninguna manera hacen suyo dando el precio del propio trabajo. Después de anunciada, pues, la futura bienaventuranza, se muestra cómo debe ser mientras tanto el pastor de los fieles: porque se afirma que Samuel juzgó a Israel todos los días de su vida. Pues mal insinúa el camino de la perfección si, queriendo abrir con la voz el camino de la luz, se oscurece con la acción. Pues quien había dedicado todos los días de su vida a juzgar a Israel, dice: No me atrevo a decir cosa alguna de las que Cristo no hace por mí, para la obediencia de los gentiles, de palabra y de obra (Rm 15, 18). Juzgue, pues, el doctor, pero el que tiene los días de su vida ínclitos: para que, ciertamente, fomente primero en sí los rayos de las virtudes espirituales viviendo bien, los cuales administra hablando para proveer los itinerarios de los súbditos: porque también la lámpara entonces se muestra útilmente a los que están en la casa, si ella misma está previamente bien llena de la luz que ha de esparcir.

(Vers. 16.) Rodeaba cada año por Betel, y Gálgala (Galgal), y Masfath, y juzgaba a Israel en los sobredichos lugares.

29. Betel se llama "casa de Dios"; Gálgala, "rueda"; Masfath, como ya se ha replicado arriba, se interpreta como "especulación" (contemplación). ¿Qué significa, pues, Betel, sino a los varones diputados al oficio del sagrado altar; quienes, mientras son inherentes a los estudios espirituales, son como familiares domésticos de Dios omnipotente? ¿Y qué designa Gálgala, que se llama "rueda", sino el orden de los casados? Pues como en una rueda dan vueltas, mientras no pueden carecer totalmente de los cuidados del mundo voluble. ¿And qué se expresa por Masfath, que se interpreta como "especulación", sino aquellos que, vacando a la contemplación divina, se encienden solo con los gozos supernos? ¿Qué es, por tanto, lo que se dice que Samuel rodeaba Betel, Gálgala y Masfath, y juzgaba a Israel en los mismos lugares, sino porque el predicador elegido sigue los ejemplos de todos los órdenes de los elegidos, para poder ser un censor docto de los fieles súbditos? Pues no podrá ser de un examen justo si se digna a asumir de los ejemplos de los elegidos precedentes lo que decreta.

Pero también rodee estas cosas cada año, para que el doctor providente vea individualmente la perfección de cada uno de los órdenes: para que, cuanto más sutilmente vea los bienes de los precedentes, más decentemente pueda disponer las cosas presentes.

Allí, pues, allí juzgue a Israel, para que corrija con la rectitud de aquellos que cree indudablemente que han agradado a Dios, a los fieles súbditos a quienes instruye para la visión de Dios. También puede designarse por Betel, que se llama casa de Dios, la Iglesia universal de los elegidos: por Gálgala, que se interpreta como rueda, la Sagrada Escritura. Pues todo lo que el doctor exhibe en el provecho de los súbditos, o lo recibe del ejemplo de los elegidos, o del magisterio del sagrado elocuio, o de la revelación de la interna y secreta contemplación.

30. Samuel itaque Bethel circuit, cum praedicator Ecclesiae auctoritatem disponendorum operum, de exemplis majorum quaerit. Galgal, id est, rotam circuit, quando doctrinae suae auctoritatem de magisterio sanctae Scripturae comprehendit. Masphath quoque circuit, cum per secretae contemplationis meditationem, revelationem meretur suscipere veritatis. Ibi enim judicat Israelem: quia quidquid subditis proponit ad normam rectitudinis, aut de exemplis electorum accipit, aut doctrina sacri eloquii, aut ex revelatione internae contemplationis. Quibus profecto verbis ostenditur, non tantum, quae doctor perfectus agat, sed etiam quia perfectus non sit, si agere haec non possit. Nam si solum bonorum exempla noverit, aut si sacrae Scripturae etiam quis eruditus sit, et contemplationis revelatione caruerit, in ordine praedicationis vir perfectus non erit. Contemplatio enim virtus est, per quam non solum ipsa Scriptura condita recognoscitur, sed per quam nondum condita conderetur: et per quam condita ad Dei voluntatem quotidie disponatur. Bene ergo dicitur: Et judicavit Israelem in supradictis locis. Nam non solum in Bethel, et Galgal, sed etiam in Masphath: ut qui ad perfectionem praedicationis innititur [enititur], dum per humilitatem exempla majorum sequitur, dum per studium sacri eloquii eruditione fulcitur, curet omnino necesse est, ut puritate mentis, ea quae disponenda sunt, contemplando cognoscat. Dei namque debet esse docibilis, qui suscepto praedicationis officio, 175 docere homines cupit. Tamen sic praesumat de eo, qui secretae contemplationis eruditione instruitur, ut nec editas per Spiritum sanctum Scripturas fastidiat, nec sequi electorum exempla dedignetur. Samuel enim Bethel, et Galgal, et Masphath circuire describitur; ut alterum ab altero per discordiam nequaquam dividatur: ut videlicet et exempla recipiat quae sacra Scriptura approbat; et illas sacras Scripturas, quas electi homines scripserant, recognoscat: atque eas revelationes contemplationis ad earundem Scripturarum regulam referat.

(Vers. 17.) Revertebatur in Ramatha: ibi enim judicabat Israelem, et ibi erat domus ejus.

31. Ut longe supra jam diximus, Ramatha interpretatur visio consummata: et supernorum civium illam beatam et perfectam societatem significat: ad quam Samuel revertitur, ne laboris sui onere deprimatur. In Ramatha quippe Samuel revertitur, cum mens praedicatoris per amorem coelestium relevatur. Nam inter officii sui onera tam immensa corrueret, si ad amorem coelestium per spei suae desiderium non rediret. Reverti etenim praedicatoribus, est intentionem mentis suae ad gaudia patriae coelestis reducere.

30. Samuel, pues, rodea Betel, cuando el predicador de la Iglesia busca la autoridad para disponer las obras a partir de los ejemplos de los mayores. Rodea Gálgala (Galgal), esto es, la rueda, cuando comprende la autoridad de su doctrina a partir del magisterio de la sagrada Escritura. También rodea Masfath (Masphath), cuando por la meditación de la secreta contemplación, merece recibir la revelación de la verdad. Pues allí juzga a Israel: porque todo lo que propone a los súbditos para norma de rectitud, o lo recibe de los ejemplos de los elegidos, o de la doctrina del sagrado elocuio, o de la revelación de la interna contemplación. Con cuyas palabras se muestra, ciertamente, no solo lo que el doctor perfecto debe hacer, sino también que no sería perfecto si no pudiera hacer estas cosas. Pues si solo conociera los ejemplos de los buenos, o si alguien estuviera incluso instruido en la sagrada Escritura y careciera de la revelación de la contemplación, no sería un varón perfecto en el orden de la predicación. Pues la contemplación es la virtud por la cual no solo se reconoce la misma Escritura ya fundada, sino por la cual se fundaría lo que aún no está fundado: y por la cual lo ya fundado se dispone diariamente según la voluntad de Dios. Bien se dice, pues: Y juzgaba a Israel en los sobredichos lugares. Pues no solo en Betel y Gálgala, sino también en Masfath: para que quien se esfuerza por la perfección de la predicación, mientras sigue por humildad los ejemplos de los mayores, y mientras se apoya en la instrucción por el estudio del sagrado elocuio, es necesario que cuide totalmente de conocer contemplando, con pureza de mente, aquellas cosas que han de disponerse. Pues debe ser dócil a Dios quien, asumido el oficio de la predicación, desea enseñar a los hombres. Sin embargo, presuma de tal modo de aquel que es instruido por la instrucción de la secreta contemplación, que ni desprecie las Escrituras publicadas por el Espíritu Santo, ni se digne a dejar de seguir los ejemplos de los elegidos. Pues se describe que Samuel rodeaba Betel, Gálgala y Masfath; para que uno de ningún modo se divida de lo otro por discordia: para que, ciertamente, reciba tanto los ejemplos que la sagrada Escritura aprueba, como reconozca aquellas sagradas Escrituras que varones elegidos habían escrito: y también refiera aquellas revelaciones de la contemplación a la regla de las mismas Escrituras.

(Vers. 17.) Y se volvía a Ramatha: pues allí estaba su casa, y allí juzgaba a Israel.

31. Como ya dijimos mucho más arriba, Ramatha se interpreta como visión consumada: y significa aquella bienaventurada y perfecta sociedad de los ciudadanos supernos: a la cual Samuel se vuelve, para no ser oprimido por la carga de su trabajo. Pues Samuel se vuelve a Ramatha cuando la mente del predicador es aliviada por el amor de las cosas celestiales. Pues sucumbiría entre tan inmensas cargas de su oficio si no regresara al amor de las cosas celestiales por el deseo de su esperanza. Pues volverse, para los predicadores, es reducir la intención de su mente a los gozos de la patria celestial.

Et ibi Israelem judicant: quia supernae patriae pulchritudini, quam in mente retinent, fideles subditos facere conformes praedicando, student. Ibi judicant Israelem: quia ex illa jam perfecta civitate formam videntes trahunt, quam filiorum mentibus loquentes imprimunt: et quidquid illa pulchritudine indignum conspiciunt, ab eorum mentibus abscindere conantur. Et quia in illius beatae patriae gloria tota dilectione requiescunt, ibi ejus domus esse perhibetur. Ejus namque 176 domus esse cognoscitur, in qua amando conversatur. Unde et ille egregius praedicator gloriatur, dicens: Nostra conversatio in coelis est. Bethel namque circuit, Galgal, et Masphath, et in earum aliqua non habet domum, in Ramatha autem domum habet: quia doctores sanctae Ecclesiae quidquid nunc accipiunt de exemplis electorum, quidquid de eruditione sacrorum voluminum, quidquid de altitudine supernae revelationis transitorie rimantur, ad adjutorium habent itineris, non ad amorem remunerationis. Illud vero, quod in superna civitate diligunt, non ad profectum itineris, sed ad sufficientem, imo ad abundantem largitatem mercedis. Et quia illuc cuncta bona congregantur, sequitur:

(Vers. 17). Aedificavit ibi etiam altare Domino.

32. Quid est enim altare Domini, nisi cor justi? Veritatis autem judicio dicitur: Ubi est thesaurus tuus, ibi et cor tuum (Matth. VI, 21). Qui autem pro amore supernae patriae bona agit, dum ardenter ad ea, quae sursum congregat, pervenire desiderat, profecto altare aedificat, super quod quotidiani desiderii hostias incendat. Bene autem dicitur: Aedificavit ibi altare Domino: quia ex incremento studii coelestis, sicut flamma crescit in corde boni desiderii, ita et velut additis lapidibus, altare sursum construitur, ubi Deo holocausta offerantur amoris. Quod etiam ad lucrum animarum referri convenienter potest. Doctor namque in Ramatha altare Domino aedificat, cum subditorum merita in coelo locat, et dum quotidiano ejus studio electae animae ad coelestia regna conscendunt, velut ad structuram superni altaris lapides mittuntur. Dicatur ergo de Samuele, dicatur: Aedificavit ibi altare Domino: quia nimirum valde otiosum est doctoris studium, si per hoc, quod ab illo in terris agitur, coeleste aedificium non augetur.

LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

Y allí juzgan a Israel: porque se esmeran en hacer a los fieles súbditos conformes, predicando, a la belleza de la patria superna que retienen en la mente. Allí juzgan a Israel: porque de aquella ciudad ya perfecta extraen la forma que ven, la cual imprimen hablando en las mentes de los hijos: y todo lo que ven indigno de aquella belleza, se esfuerzan por cortarlo de sus mentes. Y porque descansan con todo el afecto en la gloria de aquella patria bienaventurada, allí se afirma que está su casa. Pues se conoce que es su casa aquella en la que conversa amando. De donde también aquel egregio predicador se gloría, diciendo: Nuestra conversación está en los cielos. Pues rodea Betel, Gálgala y Masfath, y en ninguna de ellas tiene casa, pero en Ramatha tiene casa: porque los doctores de la santa Iglesia, todo lo que ahora reciben de los ejemplos de los elegidos, todo lo que de la instrucción de los sagrados volúmenes, todo lo que de la altura de la revelación superna escudriñan transitoriamente, lo tienen para ayuda del camino, no para el amor de la remuneración. Aquello, en cambio, que aman en la ciudad superna, no es para el provecho del camino, sino para la suficiente, incluso para la abundante generosidad de la recompensa. Y porque allí se congregan todos los bienes, sigue:

(Vers. 17). Edificó allí también un altar al Señor.

32. ¿Qué es, pues, el altar del Señor, sino el corazón del justo? Por el juicio de la Verdad se dice: Donde está tu tesoro, allí también está tu corazón (Mt 6, 21). Pero quien obra el bien por el amor de la patria superna, mientras desea ardientemente llegar a aquellas cosas que congrega arriba, ciertamente edifica un altar, sobre el cual queme las hostias del deseo cotidiano. Bien se dice, sin embargo: Edificó allí un altar al Señor: porque del incremento del estudio celestial, así como la llama crece en el corazón del buen deseo, así también, como con piedras añadidas, el altar se construye hacia arriba, donde se ofrezcan a Dios holocaustos de amor. Lo cual también puede referirse convenientemente al lucro de las almas. Pues el doctor edifica un altar al Señor en Ramatha, cuando coloca los méritos de los súbditos en el cielo, y mientras por su estudio cotidiano las almas elegidas ascienden a los reinos celestiales, se envían como piedras a la estructura del altar superno. Dígase de Samuel, dígase: Edificó allí un altar al Señor: porque sin duda muy ocioso es el estudio del doctor si por esto que hace él en la tierra, no aumenta el edificio celestial.

Libro C

UARTO.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Sanctorum virorum facta praecedentium saepe electorum sequentium solatia sunt. Mira etenim dispensatione divini consilii, et altissimae conversationis arce sic sublimati sunt, ut fortia agerent sibi, recta subditis providerent; sic sibi quandoque derelicti, ut ea quae recta intentione disponerent, secundum Dei providentiam recta non essent; quatenus illorum infirmitas, electorum sequentium firmitas fieret: quia etsi ut homines in disponendis sanctae Ecclesiae negotiis falli possunt, ipsae tamen ecclesiasticae dispositiones deserendae non sunt. Ecce etenim dicitur:

(I Reg. VIII, 1-3.) Factum est autem cum senuisset Samuel, posuit filios suos judices Israel, fuitque nomen filii sui primogeniti, Johel, et nomen secundi, Abia, judicum in Bersabee. Et non ambulaverunt filii sui in viis ejus.

2. Ecce qui prophetiae spiritu plenus fuerat, ii, quos judices Israeli ponebat, quia post avaritiam postmodum declinare debebant, et munera accipere, et pervertere judicium, non cognovit. Quid ergo mirum, si falli in disponendis ordinibus possunt, qui prophetiae gratiam non accipiunt: si ii qui prophetiae spiritum habent, eumdem spiritum ad disponenda cuncta non habent? Quis autem de tanto viro dubitet, quia si futuram perversitatem filiorum praenosceret, eos utique forensibus honoribus non praeferret? Qui ergo reprobos scienter provehunt, hoc prophetae exemplo sibi blandiri nequaquam possunt: quia tunc solum innoxie agitur, cum in eis, tempore quo promoti sunt, subsecutae iniquitatis signa nulla patuerunt. Quare et apte ii, qui judices Israeli a Samuele positi sunt, cum ponerentur, ejus filii dicebantur: ut ex eo non solum per carnem credantur geniti, sed etiam conversationis ejus splendoribus adornati. Quare et eorum nomina caute assignantur: ut ex titulo nominis, illa, quae tunc eis inerat, cognoscatur forma virtutis. Nomen, inquit, uni Johel, alterius Abia, judicum in Bersabee. Sed et de illis, qui post acceptam dignitatem declinasse ad avaritiam dicuntur, aperte ostenditur: quia antequam ejusdem dignitatis culmen attingerent, in eis futurae pravitatis signa nulla videbantur. Sed ecce, dum pastorum solatia attendimus, gregis Dominici non parva pericula iutuemur. Nam steterunt subditi, sed in culmine praelationis positi prophetae filii ceciderunt: ut si nobis sub cura majorum positis indesinens sanctae vitae studium, aut securitas magnae conversationis arrideat, praeesse tamen aliis non habeamus in appetitu desiderii, sed in magnitudine timoris.

1. Los hechos de los santos varones precedentes son a menudo consuelos para los elegidos subsiguientes. Pues, por una admirable dispensación del consejo divino, fueron tan sublimados a la cumbre de la más alta vida, que realizaron obras fuertes para sí y proveyeron cosas rectas para sus súbditos; pero a veces fueron de tal modo dejados a sí mismos, que las cosas que disponían con recta intención no eran rectas según la providencia de Dios; a fin de que la debilidad de aquellos se convirtiera en la firmeza de los elegidos subsiguientes: porque aunque como hombres puedan engañarse al disponer los asuntos de la santa Iglesia, no por ello deben abandonarse las disposiciones eclesiásticas mismas. Pues he aquí que se dice:

(1 Sam. 8, 1-3.) Y aconteció que, habiendo envejecido Samuel, puso a sus hijos por jueces de Israel; y el nombre de su hijo primogénito era Joel, y el nombre del segundo, Abías, jueces en Berseba. Y sus hijos no anduvieron por los caminos de él.

2. He aquí que aquel que había estado lleno del espíritu de profecía, no conoció que aquellos a quienes ponía como jueces en Israel habían de desviarse después tras la avaricia, y recibir dones, y pervertir el juicio. ¿Qué tiene, pues, de extraño que puedan engañarse al disponer los órdenes quienes no reciben la gracia de la profecía, si aquellos que tienen el espíritu de profecía no tienen ese mismo espíritu para disponer todas las cosas? ¿Pero quién dudaría de tan gran varón que, si hubiera conocido de antemano la futura perversidad de sus hijos, ciertamente no los habría antepuesto a los honores públicos? Por lo tanto, quienes promueven a sabiendas a los réprobos, de ninguna manera pueden halagarse a sí mismos con este ejemplo del profeta: porque solo entonces se actúa inocuamente cuando en ellos, en el momento en que fueron promovidos, no aparecieron signos de la iniquidad subsiguiente. Por lo cual, acertadamente aquellos que fueron puestos por Samuel como jueces en Israel, al ser puestos, eran llamados sus hijos: para que por ello se crea que fueron engendrados no solo por la carne, sino también adornados con los esplendores de su vida. Por lo cual también se asignan cuidadosamente sus nombres: para que por el título del nombre se conozca la forma de virtud que entonces había en ellos. El nombre de uno, dice, Joel, el del otro Abías, jueces en Berseba. Pero de aquellos que, tras haber recibido la dignidad, se dice que se desviaron hacia la avaricia, se muestra claramente que, antes de alcanzar la cumbre de dicha dignidad, no se veían en ellos signos de futura depravación. Pero he aquí que, mientras atendemos a los consuelos de los pastores, observamos no pequeños peligros de la grey del Señor. Pues los súbditos se mantuvieron en pie, pero los hijos del profeta, puestos en la cumbre de la prelatura (praelatio), cayeron: para que si a nosotros, puestos bajo el cuidado de los mayores, nos sonríe el incesante estudio de la vida santa o la seguridad de una gran vida, no tengamos, sin embargo, el presidir a otros en el apetito del deseo, sino en la magnitud del temor.

Sed carnales quique, dum sola visibilia attendunt, spiritalem sanctorum conversationem cognoscere non merentur. Pastorum quidem sanctae Ecclesiae culmen aspiciunt, sed cogitare nesciunt, quam inviti illi intus decorem tollerent, quem in splendore culminis foris tenent, quod sublimitatem honoris in oppressionem magni sustinent oneris, quod magno desiderio fugiunt, quod exteriori ministerio prosequuntur. Testante etenim egregio doctore didicimus, quod animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei (I Cor. II, 14). Unde et tanto dementius carnalia sequens errat, quanto per discretionis virtutem spiritalia nulla jam penetrat. Et nonnulli tales in tantum dementiae malum proficiunt, ut commovere ipsum etiam statum ecclesiastici culminis non vereantur. Unde et sequitur:

(Vers. 4, 5.) Congregati ergo universi majores natu ex Israel venerunt in Ramatha, dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis. Constitue super nos regem, ut judicet nos sicut universae habent nationes.

(Vers. 4, 5.) Congregati ergo universi majores natu ex Israel venerunt in Ramatha, dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis. Constitue super nos regem, ut judicet nos sicut universae habent nationes.

3. His autem, qui vivebant sub spiritali regimine, regem petere, quid aliud est quam eamdem spiritalem praelationem in saecularem dominationem transferre gestire? Sed sancti viri cum se a subditis contemni conspiciunt, non tam eis displicet, quod contemnuntur, quam quod contemptores sui Deo non placent. Eorum quippe contemptu, suae internae gloriae dari incrementa conspiciunt, sed augeri merita sua subditorum defectibus ingemiscunt, quos sic meritis vellent proficere, ut in aeterna meritorum retributione, secum eos, quibus praesunt, habere potuissent. Quare et subditur:

(Vers. 6.) Displicuit sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent: Da nobis regem, ut judicet nos.

4. Hoc namque ei displicuit, per quod displicere Deo, qui loquebantur, existimavit. Quia vero non simpliciter dicitur: displicuit sermo Samueli, sed in oculis Samuelis, et statim subditur:

(Vers. 6.) Et oravit Samuel pro populo Dominum.

Paulo subtilius ea nos considerare oportet. Sancti viri, qui omnipotenti Deo valde displicere metuunt, in suis judiciis faciles non sunt, sed cuncta prius rationabiliter intus ordinant, ut ea foris in opere irreprehensibiliter disponant. Nam electionem accipiunt nullam judicii, si non probatur contemplatione rationis. Hos profecto oculos prophetae Dominus aperire volebat, cum dicebat: Vide oculis tuis, et auribus tuis audi (Ezec. XL, 4). Hinc in Evangelio discipulis dixit: Beati oculi, qui vident quae vos videtis (Luc. X, 23).

Pero los carnales, mientras atienden solo a las cosas visibles, no merecen conocer la vida espiritual de los santos. Miran la cumbre de los pastores de la santa Iglesia, pero no saben pensar cuán de mala gana llevan aquellos por dentro el decoro que ostentan por fuera en el esplendor de la cumbre, que soportan la sublimidad del honor como la opresión de una gran carga, que huyen con gran deseo de lo que prosiguen por el ministerio exterior. Pues, según el testimonio del insigne doctor, hemos aprendido que el hombre animal no percibe las cosas que son del espíritu de Dios (1 Cor. 2, 14). Por lo cual también yerra tanto más dementemente siguiendo las cosas carnales, cuanto que ya no penetra en ninguna cosa espiritual por la virtud de la discreción (discretio). Y algunos de ellos progresan tanto en el mal de la demencia, que no temen conmover incluso el estado mismo de la cumbre eclesiástica. Por lo cual también sigue:

(Vers. 4, 5.) Congregados, pues, todos los ancianos de Israel, vinieron a Ramatha, y le dijeron: He aquí que tú has envejecido, y tus hijos no andan por tus caminos. Constituye sobre nosotros un rey, para que nos juzgue como tienen todas las naciones.

(Vers. 4, 5.) Se congregaron, pues, todos los ancianos de Israel y vinieron a Samuel en Ramatha, y le dijeron: He aquí que tú has envejecido, y tus hijos no andan por tus caminos; constitúyenos un rey para que nos juzgue, como tienen todas las naciones.

3. Pero para estos que vivían bajo un régimen espiritual, pedir un rey, ¿qué otra cosa es sino pretender transferir la misma prelatura espiritual a una dominación secular? Pero los santos varones, cuando ven que son despreciados por los súbditos, no les disgusta tanto el ser despreciados, cuanto que quienes los desprecian no agradan a Dios. Pues ven que por el desprecio de ellos se dan incrementos a su gloria interna, pero gimen porque sus méritos aumentan por los defectos de los súbditos, a quienes querrían ver aprovechar de tal modo en los méritos que, en la eterna retribución de los méritos, hubieran podido tener consigo a aquellos sobre quienes presiden. Por lo cual también se añade:

(Vers. 6.) Displació el discurso a los ojos de Samuel, por aquello de que habían dicho: Danos un rey para que nos juzgue.

4. Pues esto le displació, por lo cual pensó que los que hablaban displacían a Dios. Porque no se dice simplemente: 'displació el discurso a Samuel', sino 'a los ojos de Samuel', e inmediatamente se añade:

(Vers. 6.) Y oró Samuel al Señor por el pueblo.

Conviene que consideremos esto un poco más sutilmente. Los santos varones, que temen mucho displacer a Dios omnipotente, no son fáciles en sus juicios, sino que primero ordenan todo racionalmente en su interior, para disponerlo después irreprensiblemente en la obra exterior. Pues no aceptan ninguna elección de juicio si no es probada por la contemplación de la razón. El Señor quería, ciertamente, abrir estos ojos del profeta cuando decía: Ve con tus ojos, y oye con tus oídos (Ez 40, 4). Por esto dijo a los discípulos en el Evangelio: Bienaventurados los ojos que ven lo que vosotros veis (Lc 10, 23).

Oculi quippe sanctorum, sunt intellectus rationis, reserati per gratiam Spiritus sancti. Et idcirco Samuelis esse dicuntur: quia carnales quique, etsi per humanam sapientiam rationales esse videntur, ab hujus lumine rationis eo caeciores sunt, quo illis solis oculis vident, quos serpens aperuit. Nam si spiritualium virtutum fulgorem aspicerent, eum profecto in ornatu suae mentis habere desiderarent. Tan tus siquidem decor earum est, ut visus nunquam non possit videntis desiderio concupisci. Sapientes ergo saeculi cum se oculos rationis habere arbitrantur, ex hoc cognoscere possunt, quam dementer in saniant: quia virtutum sanctarum pulchritudine non illici, earum profecto gloriam non solum non cernere, sed nec somniari est. Sancti ergo viri, qui jam illuminatione sancti Spiritus 178 in internorum amore obligati sunt, mentis suae oculos ad videndam intimae claritatis gloriam tanto clariores habent, quanto de mundi caligine in desiderio nihil habent; et discernere carnalia tanto rectius possunt, quanto longe a carnalibus assumpti, in Spiritus sancti gratia altius profecerunt. Unde et apostolus Paulus de experientia tantae visionis sententiam protulit, dicens: Spiritalis judicat omnia (I Cor. II, 15). Bene ergo dicitur: Displicuit sermo in oculis Samuelis. Quia a viris spiritualibus nil ante despicitur, quam despiciendum esse per spiritalem mentis intuitum judicetur. Et quia quo abundantiori gratia Spiritus sancti pleni sunt, de virtutis suae ce...

(Vers. 7, 8.) Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus quae loquuntur tibi. Non enim abjecerunt te, sed me, ne regnem super eos, juxta omnia opera sua, quae fecerunt a die, quia eduxi eos de Aegypto usque ad diem hanc.

5. Quia oranti prophetae dicitur: Constitue super eos regem; plane ostenditur, quia an hoc faciendum esset, sibi revelari postulavit. Et quia subdens, ait: Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos, apte ostenditur, quantum sibi sermo displiceat, quem in oculis Samuelis displicuisse perhibetur. Quae convenientia judicii in sanctis oritur ex virtute charitatis: quia dum ex tota mente Conditorem diligunt, et ejus voluntati obedire devote conantur, ex praemio supernae retributionis accipiunt, ut ab eadem Dei omnipotentis voluntate aliter sentiendo non discrepent, quam in bonis operibus semper tenent. Scriptum quippe est: Qui adhaeret Deo, unus spiri us est (I Cor. VI, 17). Domino quippe adhaeret, qui praecepta voluntatis ejus facere semper studet.

Pues los ojos de los santos son los entendimientos de la razón, abiertos por la gracia del Espíritu Santo. Y por ello se dicen ser de Samuel: porque todos los carnales, aunque por la sabiduría humana parezcan ser racionales, son tanto más ciegos respecto a esta luz de la razón cuanto que ven solo con aquellos ojos que la serpiente abrió. Pues si vieran el fulgor de las virtudes espirituales, ciertamente desearían tenerlo en el ornato de su mente. Tan grande es, en efecto, el decoro de ellas, que la vista nunca puede dejar de ser codiciada por el deseo del que la ve. Los sabios del mundo, pues, cuando consideran que tienen ojos de razón, pueden conocer por esto cuán dementemente deliran: porque no ser atraídos por la belleza de las santas virtudes es, ciertamente, no solo no divisar su gloria, sino ni siquiera soñarla. Los santos varones, pues, que por la iluminación del Espíritu Santo ya están ligados en el amor de las cosas internas, tienen los ojos de su mente tanto más claros para ver la gloria de la claridad íntima, cuanto menos tienen de deseo por la calígine del mundo; y pueden discernir las cosas carnales tanto más rectamente cuanto que, elevados lejos de las cosas carnales, han aprovechado más profundamente en la gracia del Espíritu Santo. De donde también el apóstol Pablo profirió una sentencia de la experiencia de tan gran visión, diciendo: 'El espiritual lo juzga todo' (1 Cor 2, 15). Bien se dice, pues: 'Displació el discurso a los ojos de Samuel'. Porque nada es antes despreciado por los varones espirituales, sino aquello que se juzga que debe ser despreciado por el espiritual intuito de la mente. Y porque cuanto más llenos están de la más abundante gracia del Espíritu Santo, de...

(Vers. 7, 8.) Dijo, pues, el Señor a Samuel: Oye la voz del pueblo en todo lo que te dicen; pues no te han desechado a ti, sino a mí, para que no reine sobre ellos, conforme a todas sus obras que han hecho desde el día en que los saqué de Egipto hasta este día.

5. Porque se le dice al profeta que ora: Constituye sobre ellos un rey; se muestra claramente que él pidió que se le revelara si esto debía hacerse. Y porque, añadiendo, dice: No te han desechado a ti, sino a mí, para que no reine sobre ellos, se muestra acertadamente cuánto le desagrada la palabra que se refiere que desagradó a los ojos de Samuel. Esta conveniencia de juicio en los santos nace de la virtud de la caridad: porque mientras aman al Creador con toda su mente y se esfuerzan devotamente por obedecer su voluntad, reciben como premio de la retribución celestial el no discrepar, sintiendo de otro modo, de esa misma voluntad de Dios omnipotente que siempre mantienen en las buenas obras. Pues escrito está: El que se adhiere a Dios, es un solo espíritu (1 Cor. 6, 17). Se adhiere al Señor, ciertamente, quien siempre procura cumplir los preceptos de su voluntad.

Sed unus spiritus cum eo fit: quia ex diuturna devotione pii operis in tantam gratiam divinae cognitionis assumitur, ut ab interni ejus aequitate judicii per errorem mundani spiritus dissentire ultra non possit. Sed valde difficile respondetur, si quaeritur, cur omnipotens Deus et abjectum se in regis petitione conqueratur, et tamen id quod petebatur fieri decernat: rursumque si dignitas regia ordinanda fuerat, cur velut indignata Dei majestate fuerit permissa; et cum provisus rex eligi decernatur, cur reprobandus eligitur? Quid ad haec aliud respondere possumus, nisi id quod apostolus Paulus ineffabilem abyssum judiciorum Dei perscrutari audentibus respondebad: Homo, inquit, tu quis es, qui respondeas Deo (Rom. IX, 20)? Sed si hoc efficaciter definire non possumus, tangere inquirendo possumus. An fortasse abjectum se in regis petitione conqueritur? Pro reproba voluntate male petentis populi, petitus rex conceditur pro vindicta. Quod si rationabiliter dicitur, dum utrumque posuit, et culpam et ultionem pariter ostendit. Ex reproba quippe voluntate injusta postulasse convincitur, qui abjecisse Conditorem petendo monstratur. Culpam ergo malae petitionis insecuta est poena districtae aequitatis. Magna etenim vindicta est, quae ex districtione procedit interni examinis, quando reproba mens sic projicitur, ut quod male deliberat, agere permittatur. Qui ergo in petendo rege Dominum abjecisse convicti sunt, dum id eis permitteretur agere, per quod a se Dominum abjecerunt, gravior poena non erat, qua hic plecti debuissent.

179 6. Quo in loco notandum est, quia abjectionem prophetae Dominus suam facit. Non enim simpliciter dicit: Abjecerunt me, ne regnem super eos; sed non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos. Ut profecto ostendat, quia in persona electi praesulis ipse suis subjectis praeemineat; et cum ad spiritale culmen electorum carnalis rector assumitur, ipse abjici videtur, cujus praecepta dissipantur. Ergo quam reverendi sint optimi pastores sanctae ecclesiae liquet. Ecce enim dum fideliter Deo serviunt, tanto ei amoris vinculo conjunguntur, ut quidquid eis ingeritur, divinae injuriae adscribatur, Unde et in Evangelio primis Ecclesiae pastoribus dicit: Qui vos spernit, me spernit (Luc. X, 16). Ubi etiam aliquid gravius cernitur: quia cum abjectum pastorem conqueritur, abjicientium peccata omnia, et parentum etiam mala memorantur. Juxta omnia, inquit, opera sua, quae fecerunt a die, qua eduxi eos de terra Aegypti. Summum namque crimen agnoscitur, ad cujus discussionem in Dei memoria praeterita cuncta peccata reducuntur.

Pero se hace un solo espíritu con él: porque por la larga devoción de la obra piadosa es asumido en tal gracia del conocimiento divino, que ya no puede disentir de la equidad de su juicio interno por el error del espíritu mundano. Pero es muy difícil responder si se pregunta por qué Dios omnipotente se queja de ser rechazado en la petición de un rey y, sin embargo, decreta que se haga lo que se pedía; y de nuevo, si la dignidad real debía ser ordenada, por qué fue permitida como si la majestad de Dios estuviera indignada; y cuando se decreta elegir al rey previsto, ¿por qué se elige al que ha de ser reprobado? ¿Qué otra cosa podemos responder a esto sino lo que el apóstol Pablo respondía a los que se atrevían a escudriñar el inefable abismo de los juicios de Dios: Hombre, dijo, ¿quién eres tú para que respondas a Dios? (Rom. 9, 20). Pero si no podemos definir esto eficazmente, podemos tocarlo inquiriendo. ¿Acaso se queja de ser rechazado en la petición de un rey? Por la voluntad réproba del pueblo que pide mal, el rey pedido es concedido como venganza. Lo cual, si se dice razonablemente, al poner ambas cosas, mostró tanto la culpa como la venganza por igual. Ciertamente, por la voluntad réproba se convence de haber pedido cosas injustas quien se muestra haber desechado al Creador al pedir. Por lo tanto, a la culpa de la mala petición siguió la pena de la severa equidad (districta aequitas). Pues es una gran venganza la que procede del rigor del examen interno, cuando la mente réproba es de tal modo arrojada, que se le permite realizar lo que mal delibera. Por lo tanto, aquellos que fueron convictos de haber desechado al Señor al pedir un rey, al permitirseles hacer aquello por lo cual desechaban al Señor de sí mismos, no había pena más grave con la que debieran haber sido castigados aquí.

179 6. En este lugar debe notarse que el Señor hace suya la abyección del profeta. Pues no dice simplemente: Me han desechado para que no reine sobre ellos; sino: no te han desechado a ti, sino a mí, para que no reine sobre ellos. Para que de hecho muestre que en la persona del prelado elegido Él mismo preemine sobre sus súbditos; y cuando un rector carnal es asumido a la cumbre espiritual de los elegidos, Él mismo parece ser desechado, cuyos preceptos se disipan. Por tanto, queda claro cuán venerables son los mejores pastores de la santa iglesia. Pues he aquí que mientras sirven fielmente a Dios, se unen a Él con un vínculo de amor tan grande que cualquier cosa que se les inflija se atribuye a una injuria divina. De donde también en el Evangelio dice a los primeros pastores de la Iglesia: El que a vosotros os desprecia, a mí me desprecia (Lc 10, 16). Donde también se discierne algo más grave: porque cuando se queja del pastor desechado, se recuerdan todos los pecados de los que lo desechan, e incluso los males de sus padres. Según todas, dice, sus obras, las cuales hicieron desde el día en que los saqué de la tierra de Egipto. Pues se reconoce el crimen supremo, para cuya discusión se reducen a la memoria de Dios todos los pecados pasados.

Et abjectum ergo se Dominus conqueritur, et tamen ordinare, in quo abjicitur, concedit: quia cum districtae aequitatis suae virtutem exequitur, ab eo carnalium desideria impleri per ejus misericordiam nequaquam prohibentur. Sed et quae concedi dignitas pro vindicta potuit, non tranquilla majestate divinitatis concedi debuit, sed velut indignata. Indignatam vero majestatem Dei non in seipsam asserimus, quae passioni non subjacet: sed quia dum culpas discutit, indignationis verba per Scripturas dicit. Item quia in typum carnalium praelatorum assumitur, reprobandus rex eligitur, non electus. Vel fortasse idcirco reprobus rex eligitur, ut electus successor ejus rex David in eo cognosceret, quid cavere debuisset. Sic nimirum et de illa angelorum curia legimus, quia de apostata primo angelo scribitur: Ipse est principium viarum Dei (Job. XL, 14): sed qui ante omnia conditus est, per superbiam cecidit, et in ejus ruina sancti angeli didicerunt, qua virtute stare potuissent. Quod nimirum, qui apertis rectae fidei oculis, intueri poterit, pariter attendit: quia omnipotens Deus etiam tunc magnae misericordiae dona tribuit, cum vindictam irrogat; quia dum reprobos punit, sanctos erudit: ut unde illi deficiunt, isti in suis profectibus adjuventur.

7. Districto siquidem judicio permittit mala fieri, sed misericorditer providet de his malis, quae per judicium irrogat, quae bona facere disponat. Nam quae major culpa, quam illa, qua omnes morimur? Et quae major bonitas, quam illa, per quam a morte liberamur? Et quidem, nisi Adam peccaret, Redemptorem nostrum carnem suscipere nostram non oporteret. Non enim venit vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam (Marc. II, 17). Si ergo pro peccatoribus venit, si peccata deessent, eum venire non oporteret. Si peccata, ad quae delenda venisse creditur, per justitiam Dei permissa esse sentiuntur: dum pro peccatoribus Deus homo nasciturus erat, ex illo malo, quo morituri erant, bonum, quod malum illud vinceret, omnipotens Deus sese facturum providerat. Cujus profecto boni magnitudo, quis fidelis non videat quam mirabiliter excellat? Magna quippe sunt mala, quae per primae culpae meritum patimur, sed quis electus nollet pejora perpeti, quam tantum Redemptorem non habere?

Y así el Señor se queja de ser desechado, y sin embargo concede ordenar aquello en lo que es desechado: porque cuando ejecuta la virtud de su severa equidad, los deseos de los carnales de ninguna manera se prohíbe por su misericordia que se cumplan por Él. Pero también la dignidad que pudo concederse como venganza no debió concederse con la tranquila majestad de la divinidad, sino como indignada. De hecho, no afirmamos que la majestad de Dios sea indignada en sí misma, la cual no está sujeta a la pasión: sino porque mientras discute las culpas, dice palabras de indignación a través de las Escrituras. Asimismo, porque es asumido como figura de los prelados carnales, se elige un rey que ha de ser reprobado, no uno elegido. O tal vez por eso se elige un rey réprobo, para que su sucesor elegido, el rey David, reconociera en él lo que debió haber evitado. Así ciertamente leemos de aquella corte de los ángeles, porque se escribe del primer ángel apóstata: Él es el principio de los caminos de Dios (Job 40, 14): pero el que fue creado antes de todas las cosas, cayó por la soberbia, y en su ruina los santos ángeles aprendieron con qué virtud habrían podido permanecer. Lo cual ciertamente, quien pueda contemplar con los ojos abiertos de la recta fe, atiende igualmente: porque Dios omnipotente incluso entonces otorga dones de gran misericordia cuando inflige la venganza; porque mientras castiga a los réprobos, instruye a los santos: para que de donde aquellos fallan, estos sean ayudados en sus progresos.

7. Ciertamente, por un juicio severo permite que se hagan males, pero misericordiosamente provee de estos males, que inflige por el juicio, qué cosas buenas dispone hacer. Pues ¿qué mayor culpa que aquella por la que todos morimos? ¿And qué mayor bondad que aquella por la que somos librados de la muerte? Y ciertamente, si Adán no pecara, no convendría que nuestro Redentor asumiera nuestra carne. Porque no vino a llamar a los justos, sino a los pecadores a la penitencia (Mc 2, 17). Si por tanto vino por los pecadores, si faltaran los pecados, no convendría que Él viniera. Si los pecados, para cuya destrucción se cree que ha venido, se sienten como permitidos por la justicia de Dios: mientras que por los pecadores Dios habría de nacer como hombre, de aquel mal por el que habían de morir, Dios omnipotente había provisto que Él mismo haría un bien que venciera a aquel mal. Cuya magnitud de bien, de hecho, ¿qué fiel no vea cuán maravillosamente sobresale? Pues grandes son los males que padecemos por el mérito de la primera culpa, pero ¿qué elegido no querría padecer cosas peores que no tener a tan gran Redentor?

Eligatur ergo rex; sed reprobandus: eligatur 180 velut indignatione, non voluntate Dei: subsequatur ergo rex juxta cor Dei; ut ex judicii ejus districtione vindictae malum procedat in reprobos; et bonum, quod ex malo facturus erat, per largitatem divinae gratiae redundet in pios, dum illi in malo, quod cupiunt, cadere permittuntur. Sed unde se illi praecipitant, agitur, ut alii nequaquam cadant. Sed quia his verbis judicium divinae districtionis asseritur, videamus jam, quanta dispensatione utitur, ne id male deliberantes agant, unde puniatur. Nam sequitur:

(Vers. 9.) Nunc ergo audi vocem eorum; verumtamen contestare eos, et praedic eis jus regis, qui regna turus est super eos.

8. Quasi aperta ostensione clementiae dicat: Sic audi voces eorum, ut tamen ipsi prius de jure regis, quem petunt, audiant quod expavescant; et velut tunc male coepta deserant, cum, quam sit res onerosa, cognoscitur, quam petebant. Sequitur:

(Vers. 10-17.) Dixit itaque omnia verba Domini ad populum, qui petierat a se regem, et ait: Hoc erit jus regis, qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet et ponet in curribus suis, facietque sibi equites, et praecursores quadrigarum suarum: et constituet sibi tribunos, et centuriones, et aratores agrorum suorum, et messores segetum, et fabros armorum, et curruum suorum: filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, et focarias, et panificas. Agros quoque vestros, et vineas, et oliveta optima tollet, et dabit servis suis. Sed et segetes vestras, et vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis et famulis suis. Servos etiam vestros, et ancillas, juvenes optimos, et asinos auferet, et ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi.

9. Cum a carnalibus subjectio quaeritur, profecto quidquid praecipitur eis, grave est, etsi non sit difficile: quia cum ex superbiae tumore habeant, ut propriae voluntatis arbitrium sequantur, quidquid eorum deliberationi obviat, gravissimum pensant. Jam vero cum dura et contraria jubentur, quae ei est moles oneris? qui tumor cordis? Cum ferre etiam blanda et levia vix nolentes possent, quae si vellent, facillime pertulissent. Videamus ergo stultae audaciae hominis, quam digne respondeat pia dispensatio Conditoris. Jura hominum proponuntur contemnentibus jura Dei;

Elíjase, pues, el rey; pero que ha de ser reprobado: elíjase 180 como por indignación, no por voluntad de Dios: siga, pues, un rey según el corazón de Dios; para que de la severidad de su juicio proceda el mal de la venganza sobre los réprobos; y el bien, que había de hacer del mal, redunde en los piadosos por la largueza de la gracia divina, mientras se permite que aquellos caigan en el mal que desean. Pero de donde aquellos se precipitan, se actúa para que otros de ninguna manera caigan. Pero porque con estas palabras se afirma el juicio de la severidad divina, veamos ya cuánta dispensación usa, para que no hagan aquello los que deliberan mal, por lo que sean castigados. Pues sigue:

(Vers. 9.) Ahora, pues, oye su voz: pero sin embargo dales testimonio, y anúnciales el derecho del rey que ha de reinar sobre ellos.

8. Como por una abierta ostentación de clemencia dijera: Oye de tal modo sus voces, que sin embargo ellos mismos oigan primero acerca del derecho del rey que piden aquello que teman; y como si entonces desertaran de sus malos comienzos cuando se conoce cuán onerosa es la cosa que pedían. Sigue:

(Vers. 10-17.) Dijo, pues, todas las palabras del Señor al pueblo que le había pedido un rey, y dijo: Éste será el derecho del rey que ha de mandar sobre vosotros. Tomará a vuestros hijos y los pondrá en sus carros, y los hará para sí jinetes y precursores de sus cuadrigas: y se constituirá para sí tribunos, y centuriones, y aradores de sus campos, y segadores de sus cosechas, y herreros de sus armas y de sus carros: a vuestras hijas también las hará para sí perfumistas, y cocineras, y panaderas. Vuestros campos también, y viñedos, y los mejores olivares tomará y los dará a sus siervos. Pero también diezmará vuestras cosechas y los réditos de vuestros viñedos, para dar a sus eunucos y sus servidores. A vuestros siervos también, y criadas, a vuestros mejores jóvenes y vuestros asnos los arrebatará y los pondrá en su obra. También diezmará vuestras rebaños, y vosotros mismos seréis sus siervos.

9. Cuando de parte de los carnales se busca la sujeción, ciertamente cualquier cosa que se les manda es pesada, aunque no sea difícil: porque dado que por la hinchazón de la soberbia tienen el seguir el arbitrio de su propia voluntad, cualquier cosa que se oponga a su deliberación la pesan como gravísima. Ahora bien, cuando se mandan cosas duras y contrarias, ¿qué mole de carga es para ellos? ¿qué hinchazón del corazón? Siendo que apenas podrían soportar aun las cosas blandas y ligeras siendo contrarios, las cuales, si quisieran, habrían llevado muy fácilmente. Veamos, pues, a la necia audacia del hombre, cuán dignamente responda la piadosa dispensación del Creador. Los derechos de los hombres se proponen a los que desprecian los derechos de Dios;

et his, qui mitia et salubria divinitatis consilia spreverant, dura et importabilia humanae servitutis onera praedicuntur: ut ex his secum rationem facerent, quam intolerabilia essent imperia hominis eis, qui non tam imperantis, quam monentis Dei, ne id peterent, consiliis obedire noluissent. Sed habent corda carnalium temeritatem ex incremento audaciae, habent duritiam ex simulationis ratione. Ex temeritate quidem facile agenda deliberant; sed quia, quod male proponunt, non intelligunt, meliorum consiliis adjuvari non possunt. Quare et hic quoque subditur:

(Vers. 19.) Noluit populus audire vocem Samuelis. Et dixerunt: Nequaquam: rex enim erit super nos, et erimus nos quoque, sicut omnes gentes, et judicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis.

10. Magnae quidem temeritatis exstitit, contra Dei voluntatem regem petere; magnae duritiae, consiliis prophetae vinci non posse. Magnae temeritatis 181 fuit, ei rationes proponere, quem sciebant cuncta, quae acturus erat, revelante Domino, prius scire. Magnae duritiae, illi non acquiescere, quem noverant ea tantum, quae Domino revelante didicerat, imperare. Nam quid est, quod respondentes, dicunt: Nequaquam, sed rex erit super nos? Sed qui, Nequaquam, dicunt, profecto id negant quod audiunt. Aperte ergo in hoc verbo ostenditur, quia ad hoc propheta grave jus regis exposuit, ut nequaquam peteretur. Jus vero regis audiunt, et id propter quod exponitur, detestantur; ut reproborum cordium profectus exprimatur, in quibus mali propositi consummatio est, et inconvertibilitas voluntatis.

Sed nos antiqua tempora reprehendimus, qui nostra videre non curamus. Quae nimirum tempora, quo senescente mundo, vetustiora sunt, eo et in pluribus per temporis ac negligentiae vitium remissiora. Tanto etenim audacius nunc mala proponimus, quanto jam cum robusta juventute saeculi, robur exaruit humanae conditionis: tanto difficilius quod male est propositum revocamus, quanto ex laxato vigore spiritus, mens nostra carnalis efficitur. Ita enim sunt humani lapsus, ut quod in spirituali virtute deficit, in carnali vita roboretur.

y a aquellos que habían despreciado los suaves y saludables consejos de la divinidad, se les anuncian las duras e insoportables cargas de la servidumbre humana: para que de estas hicieran cuenta consigo mismos de cuán intolerables fueran los mandos del hombre para aquellos que no hubieran querido obedecer a los consejos de Dios, no tanto mandando como advirtiendo que no pidieran aquello. Pero los corazones de los carnales tienen temeridad por el incremento de la audacia, tienen dureza por la razón de la simulación. Por la temeridad ciertamente deliberan fácilmente las cosas que deben hacerse; pero porque no entienden lo que mal proponen, no pueden ser ayudados por los consejos de hombres mejores. Por lo cual también aquí se añade:

(Vers. 19.) El pueblo no quiso oír la voz de Samuel. Y dijeron: De ninguna manera: pues habrá un rey sobre nosotros, y seremos nosotros también como todas las gentes, y nuestro rey nos juzgará, y saldrá delante de nosotros, y peleará nuestras batallas por nosotros.

10. Resultó de gran temeridad pedir un rey contra la voluntad de Dios; de gran dureza, no poder ser vencido por los consejos del profeta. Fue de gran temeridad 181 proponer razones a aquel que sabían que conocía de antemano todas las cosas que habrían de hacerse, por revelación del Señor. De gran dureza, no asentir a aquel que sabían que mandaba solamente aquellas cosas que había aprendido por revelación del Señor. Pues ¿qué es lo que, respondiendo, dicen: De ninguna manera, sino que habrá un rey sobre nosotros? Pero quienes dicen «De ninguna manera», de hecho niegan aquello que oyen. Claramente, pues, en esta palabra se muestra que para esto el profeta expuso el gravoso derecho del rey, para que de ninguna manera fuera pedido. Oyen ciertamente el derecho del rey, y detestan aquello por lo cual se expone; para que se exprese el progreso de los corazones réprobos, en los cuales está la consumación del mal propósito y la inconvertibilidad de la voluntad.

Pero nosotros reprendemos los tiempos antiguos, nosotros que no nos cuidamos de ver los nuestros. Los cuales tiempos ciertamente, por cuanto envejeciendo el mundo son más antiguos, por tanto son más remisos en muchas cosas por el vicio del tiempo y de la negligencia. Pues tanto más audazmente proponemos ahora males, cuanto ya con la robusta juventud del siglo, se secó el vigor de la condición humana: tanto más difícilmente revocamos lo que está mal propuesto, cuanto por el relajado vigor del espíritu, nuestra mente se hace carnal. Pues de tal modo son los lapsos humanos, que lo que falta en la virtud espiritual, se robustece en la vida carnal.

Omnia quidem haec juxta egregii doctoris vocem: In figura contingebant illis: scripta sunt autem propter nos (I Cor. X, 11). Jam quidem aperte cognoscimus horum Israelitarum audaciam, quae divinae indignationis judicia secuta sunt: et tamen contra voluntatem Dei, contra praelatorum sanctae Ecclesiae consilium agenda proponere non timemus. In malo quoque proposito reprehensi resistimus, et salubria majorum consilia insuperabili malo pervicaciae vincere conamur. Videmus quanti mali incrementum sit, pereuntes aspicere, et sequi ad perditionem eorum vestigia non timere: poenales laqueos mortis incurrentes cernere, et eisdem laqueis irretiri nequaquam metuere. Et illi quidem contra Domini voluntatem regem peterunt; sed a regia dignitate postea actum est, ut populus, qui Deum abjecerat, idola coleret, simulacra adoraret.

Quam reverenda ergo sint majorum consilia cernimus, si hoc sollicite consideramus: quia qui ea despicere ausi sunt, hoc se non providerunt agere, unde tam profundo erroris pelago demergi potuissent. Merito igitur se abjectum Dominus in regis petitione conqueritur, merito regiam dignitatem concedit indignatus. Tanta quidem erat iniquitas postulantium, ut cum illud peterent, per quod a Deo recederent, ex Dei judicio permitti posset, prohiberi non posset. Quia vero haec juxta litteram diximus, quid etiam spiritualiter designent ea, quae continentur in jure regio, videamus.

CAPUT II.

1. Abjecto etenim Samuele, rex petitur: quando reproba multitudo populi spiritualem pastorem despicit, et praeesse sibi carnalem quaerit. Cum quibus saepe divinae aequitatis districtione agitur, ut eo ipso, quod electum praedicatorem despiciunt, subesse reprobo permittantur: ex cujus imitatione tanto deterius pereant, quanto majori superbia id ex quo vivere in aeternum poterant, audacius contemnebant. Cum ergo jus regis praedicitur, nimirum in unius carnalis praepositi conversatione ostenditur, quod carnales caeteri ex tyrannide acturi sunt, non quod electi debeant imitari.

Todo esto ciertamente según la voz del insigne doctor: Todo esto les acontecía en figura: pero están escritas por nosotros (1 Cor 10, 11). Ya ciertamente conocemos claramente la audacia de estos israelitas, a la cual siguieron los juicios de la indignación divina: y sin embargo no tememos proponer cosas que deben hacerse contra la voluntad de Dios, contra el consejo de los prelados de la santa Iglesia. Reprendidos en el mal propósito resistimos, y nos esforzamos por vencer los saludables consejos de los mayores con el mal insuperable de la pervicacia. Vemos de cuánto mal sea el incremento mirar a los que perecen, y no temer seguir hacia la perdición sus huellas: discernir a los que incurren en los lazos penales de la muerte, y de ninguna manera temer ser enredados en esos mismos lazos. Y aquellos ciertamente pidieron un rey contra la voluntad del Señor; pero por la dignidad regia después se actuó de modo que el pueblo, que había desechado a Dios, rindiera culto a los ídolos, adorara simulacros.

Cuán venerables, pues, sean los consejos de los mayores discernimos si consideramos esto solícitamente: porque quienes se atrevieron a despreciarlos no previeron que hacían esto por lo cual habrían podido ser sumergidos en tan profundo pélago de error. Merecidamente, pues, el Señor se queja de haber sido desechado en la petición del rey, merecidamente concede la dignidad regia indignado. Tan grande era ciertamente la iniquidad de los que pedían, que como pedían aquello por lo cual se apartarían de Dios, pudo ser permitido por el juicio de Dios, no pudo ser prohibido. Pero porque hemos dicho esto según la letra, veamos también qué designan espiritualmente aquellas cosas que se contienen en el derecho regio.

CAPÍTULO II.

1. Pues al ser desechado Samuel, se pide un rey: cuando la reprobada multitud del pueblo desprecia al pastor espiritual, y busca que esté sobre él uno carnal. Con quienes a menudo se actúa por la severidad de la equidad divina, para que por eso mismo que desprecian al predicador elegido, se permita que estén bajo uno réprobo: por cuya imitación perezcan tanto peor, cuanto con mayor soberbia despreciaban más audazmente aquello por lo que podían vivir eternamente. Por tanto, cuando se anuncia de antemano el derecho del rey, ciertamente en la conversación de un solo prepósito carnal se muestra lo que los demás carnales han de hacer por tiranía, no lo que los elegidos deban imitar.

Nam in eadem Regum historia legitur: quia cum rex Achab Naboth vineam abstulit, iram Dei omnipotentis 182 incurrit. Hic vero cum jus regis praedicitur, agri, vineae, et optima oliveta tollenda esse memorantur. Cum ergo hic praedicitur quod commissum illic punitum est: ostendit, quod divino judicio non jubetur. Quare et electus rex David cum ad aedificandum altare Domino Ornam Jebusaei aream peteret, regio illo tyrannorum jure non uti voluit (I Par. XXI, 24): cum eam accipere nullatenus acquiesceret, nisi ante pro ea dignum pretium dedisset.

2. Quia igitur ea, quae in jure regio continentur, vitanda potius, quam imitanda praedicuntur, eo subtilius consideranda sunt, quo vitari nequeunt, si nesciantur. Ait ergo: Filios vestros tollet, et ponet in curribus suis. Filii electorum ii sunt, qui eorum virtutes imitantur. Currus etiam, carnalium praelatorum sunt fastus mundanae elationis. Nam dum caeteris se sublimiores esse gloriantur, quasi curribus vecti, per alta gradiuntur. In curribus ergo fidelium filii ponuntur, quando pastores reprobos per appetitum mundanae gloriae sequuntur: cum relictis spiritualibus studiis, carnalis vitae commoda expetunt: et deposita illa sublimi intentione coelestium, alta saeculi assequi conantur. Bene itaque non in curru, sed in curribus ponendi Israelitarum filii dicuntur: quia ex omni, quod praecellit in carnalium praelatorum culmine, proficiunt in elatione: et quasi tot sublimibus curribus in alta se elevant, quot alta conspiciunt, quibus aliis se superiores putant. Bonorum ergo filios rex in curribus ponit, quando carnalis rector electorum imitatores exemplo suae pravitatis ad elationis vitia pertrahit; ut coelestia postponant, terrena appetant, et in hoc solo gaudeant, si ex eo quod temporaliter altum volvitur, caeteris praeferantur.

31. Et quia contra minores non solum erecti, sed etiam fortes sunt, sequitur: Et faciet sibi equites. Velut enim in equis saeviunt, qui et sublimes sunt dignitate, et potentia truces. Equites quoque sunt, quia dum feroces cordis sui motus contra impotentes dirigunt, ad omne, quod per tyrannidem exercere appetunt, veloces sunt. Anhelant quippe impetu, spumant rabie, et quos cursu tyrannidis impetunt, elidunt. Sed dum in pastoribus reprobis alii mundanae elationis fastus aemulantur, alii eorum exemplo, quos valent, opprimunt: nonnulli etiam sunt, qui ad exercenda mala, quae per seipsos bonis inferre nequeunt, nequiores se alios introducunt. Unde et sequitur: Et praecursores quadrigarum suarum.

Pues en la misma historia de los Reyes se lee: que cuando el rey Acab arrebató la viña de Nabot, incurrió en la ira de Dios omnipotente 182 (3 Re 21, 2 sig.). Pero aquí, cuando se anuncia de antemano el derecho del rey, se recuerda que deben ser arrebatados campos, viñedos y los mejores olivares. Puesto que, por tanto, aquí se anuncia de antemano lo que allí fue castigado al ser cometido: muestra que no se manda por juicio divino. Por lo cual también el elegido rey David, cuando pidió para edificar un altar al Señor la era de Ornán el Jebuseo, no quiso usar aquel derecho regio de los tiranos (1 Cr 21, 24): ya que de ninguna manera consintió en recibirla, a menos que antes hubiera dado por ella un precio digno.

Ya que, por tanto, aquellas cosas que se contienen en el derecho regio se anuncian como cosas que deben evitarse antes que imitarse, deben ser consideradas tanto más sutilmente cuanto que no pueden evitarse si se ignoran. Dice, pues: Tomará a vuestros hijos, y los pondrá en sus carros. Los hijos de los elegidos son aquellos que imitan sus virtudes. Los carros también son el fausto de la elación mundana de los prelados carnales. Pues mientras se glorían de ser más sublimes que los demás, como llevados en carros, caminan por las alturas. En los carros, pues, se ponen los hijos de los fieles, cuando siguen a pastores réprobos por el apetito de la gloria mundana: cuando abandonados los estudios espirituales, buscan las comodidades de la vida carnal: y depuesta aquella sublime intención de las cosas celestiales, se esfuerzan por alcanzar las alturas del siglo. Bien, pues, se dice que los hijos de los israelitas han de ser puestos no en un carro, sino en carros: porque de todo lo que sobresale en la cumbre de los prelados carnales, aprovechan en la elación: y como por tantos carros sublimes se elevan a lo alto, cuantas cosas altas ven, por las cuales se piensan superiores a los demás. El rey pone a los hijos de los buenos en los carros cuando el rector carnal atrae a los imitadores de los elegidos con el ejemplo de su propia depravación a los vicios de la elación; para que pospongan lo celestial, busquen lo terreno, y se gocen en esto solo, si por aquello que temporalmente rueda en lo alto, son preferidos a los demás.

31. Y porque contra los menores no solamente están erguidos, sino que también son fuertes, sigue: Y hará para sí jinetes. Pues como sobre caballos se enfurecen quienes son a la vez sublimes en dignidad y feroces en poder. También son jinetes porque, mientras dirigen los feroces movimientos de su corazón contra los impotentes, son veloces para todo lo que desean ejercer por tiranía. Jadean ciertamente con ímpetu, espuman de rabia, y a quienes atacan en la carrera de la tiranía, los aplastan. Pero mientras en los pastores réprobos unos emulan el fausto de la elación mundana, otros por el ejemplo de ellos oprimen a quienes pueden: hay también algunos que, para ejercer los males que no pueden inferir a los buenos por sí mismos, introducen a otros más inicuos que ellos. De donde también sigue: Y precursores de sus cuadrigas.

4. Quae sunt enim quadrigae regis, nisi perversae mentes malorum subditorum, in quorum consiliis praelatus reprobus requiescit? Quadrigae etenim sunt, quae reges portant: dum per iniqua consilia pravorum acta rectorum adjuvantur. In eis quippe, quasi per sublime rex ducitur, dum per eos, qui ad temporales honores eis favent, quidquid carnales praepositi de altitudine saeculi in desiderio volunt exsequuntur. Qui recte quadrigarum nomine designantur. Quadriga enim inde stat, unde volvitur: quia reproba mens finem suae intentionis habet saeculi volubilitatem. Inde quidem requiescit, quo per innumeras curas mentis rotantis mundi negotia ventilare non desinit. Regum ergo quadrigae sunt, dum per omne, quod altum volvendo cogitant, in se carnalium praepositorum jussa portant. Sed qui locum familiaritatis juxta carnales praelatos habent, habent minores, quibus imperent. Ipsi ergo, velut quadrigae regis sunt, illi 183 praecursores quadrigarum; quia eo modo, quo carnalem praepositum ad opprimendos humiles invehunt, ipsi quoque ad nocendum quibus possunt, per aliorum ministerium deducuntur. Quasi enim quadrigarum praecursor est, qui iniqua mentis suae versutia artem cogitat, per quam illum ad inferenda mala mitibus introducat. Si vero, ut plerique codices habent, non praecursores, sed persecutores quadrigarum legimus, profecto ii sunt, qui reprobos ad malum currentes imitantur. Quadriga etiam honoris causa portari regibus solet. Quasi ergo in quadriga rex sistitur, quando carnalis rector de magnorum, qui videntur juxta se, adulationibus gloriatur. Qui vero istos in eorum laudibus praecedit, aut sequitur, praecursor seu persecutor est quadrigarum, quia adulationes isti vel post vel antea proferunt, quas illi in auribus populi praeeundo aut subsequendo sparsere.

5. Sequitur: Et constituet sibi tribunos, et centuriones. Tribuni et centuriones fiunt, cum in tantum mali profectum veniunt, ut ad exsequenda tyranni imperia, impiis satellitibus principantur, cum mundanarum virium acies ordinant, quas ad innocentium bella producant. Tribuni quidem sunt, qui per plures sibi fautores recte viventibus insidiantur. Centuriones vero sunt, qui nulla nocendi genera praetermittunt. Ex eo enim perfectionem iniquitatis obtinent, quo multa, et ingentia mala, quae possunt, inferre semper student. A centenario quippe numero centurio dicitur. Et quia centenarius numerus perfectionem significat, in mala parte perficitur, quando ad summam nequitiae ab impiis pervenitur. Qui nimirum calliditate suaves sunt terrore violenti. Suaviter quidem blandiuntur aliis, ut eorum auxilio terrere alios ferociter possint. Bene itaque subditur; Et aratores agrorum suorum, et messores segetum.

4. Pues ¿qué son las cuadrigas del rey, sino las mentes perversas de los malos súbditos, en cuyos consejos el prelado réprobo descansa? Pues son cuadrigas las que llevan a los reyes: mientras por los inicuos consejos de los malvados se ayudan los actos de los rectores depravados. En ellas ciertamente, como por un lugar sublime, el rey es llevado, mientras por aquellos que les favorecen para los honores temporales, los prepósitos carnales ejecutan en el deseo cualquier cosa que quieren de la altura del siglo. Los cuales rectamente se designan con el nombre de cuadrigas. Pues la cuadriga por eso se mantiene firme, por lo cual rueda: porque la mente réproba tiene como fin de su intención la volubilidad del siglo. De ahí ciertamente descansa, de donde por las innumerables preocupaciones de la mente que gira no cesa de ventilar los negocios del mundo. Son, pues, cuadrigas de los reyes, mientras por todo lo que piensan al rodar cosas altas, llevan en sí los mandatos de los prepósitos carnales. Pero quienes tienen lugar de familiaridad junto a los prelados carnales, tienen a menores a quienes manden. Ellos, pues, son como las cuadrigas del rey, aquellos otros 183 los precursores de las cuadrigas; porque de aquel modo en que llevan al prepósito carnal para oprimir a los humildes, ellos mismos también son conducidos a dañar a quienes pueden, por el ministerio de otros. Pues es como un precursor de las cuadrigas quien por la inicua astucia de su mente piensa el arte por el cual introduzca a aquel a inferir males a los mansos. Si en verdad, como tienen muchísimos códices, leemos no precursores, sino perseguidores de las cuadrigas, ciertamente son aquellos que imitan a los réprobos que corren hacia el mal. La cuadriga también suele llevarse para los reyes por causa de honor. Como si, pues, en una cuadriga se colocara al rey, cuando el rector carnal se gloría de las adulaciones de los grandes que se ven junto a él. Quien en verdad precede o sigue a estos en sus alabanzas, es precursor o perseguidor de las cuadrigas, porque estos profieren adulaciones o después o antes, las cuales aquellos esparcieron en los oídos del pueblo yendo delante o siguiendo después.

5. Sigue: Y se constituirá para sí tribunos y centuriones. Se hacen tribunos y centuriones cuando llegan a tanto progreso del mal que para ejecutar los mandos del tirano, presiden a impíos satélites, cuando ordenan las filas de las fuerzas mundanas, las cuales saquen a las batallas de los inocentes. Los tribunos ciertamente son quienes por medio de muchos favorecedores ponen acechanzas a los que viven rectamente. Los centuriones en verdad son quienes no omiten ningún género de daño. Pues de esto obtienen la perfección de la iniquidad, por lo que siempre procuran inferir muchos y grandes males que pueden. De hecho, por el número centenario se dice centurión. Y porque el número centenario significa perfección, se perfecciona en la parte mala cuando por los impíos se llega a la suma de la maldad. Quienes ciertamente por la astucia son suaves, por el terror violentos. Suavemente ciertamente halagan a otros, para que con el auxilio de ellos puedan aterrar a otros ferozmente. Bien, pues, se añade: Y los aradores de sus campos, y los segadores de sus mieses.

6. Carnalis praepositi agri, mentes sunt subditorum: aratores vero horum agrorum sunt, qui arte saecularis ingenii eis suadent acta pravitatis. Velut enim agrorum soliditatem loquendo aperiunt, qui per reproba consilia simplicium corda corrumpunt. Et segetes metunt, quando semine pravi consilii decepta corda minorum fructum reddunt malae operationis. Quae profecto opera segetum appellatione designantur: quia perversitas reprobi subditi, dum a carnalibus rectoribus gaudenter excipitur, eorum quasi electus est cibus mentis. In qua certe perversitate, quia paulatim proficiunt, sequitur: Et fabros armorum, et curruum suorum. Quae sunt arma et currus tyrannorum, nisi illa omnia nocendi instrumenta, quae ad evertenda corda minorum praeparantur? Sed quia curru pervenitur, quo armis feriatur, armorum et curruum regis fabri fiunt, quando nequissima cordium suorum machinatione inveniunt, et mala, quae agant, et eadem mala inventa qualiter inferant. Arma quippe fabricare; est nocendi genera reproba mente colligere. Et currus fabricare est ad eadem mala inferenda artem, qua accedere possint, invenire.

7. Sequitur: Filias quoque vestras faciet unguentarias, et focarias, et panificas. Filiarum nomine infirmorum mentes intra sanctam Ecclesiam positae designantur. Quae regis unguentariae fiunt: quia dum carnales praepositos in celsitudine gloriae transeuntis aspiciunt, eos delinire adulationibus conantur. Horum profecto unguentorum usum Psalmista reprobans, ait: Oleum peccatoris non impinguet caput meum (Psalm. CXIII, 5). Filiae ergo unguentariae fiunt: quia dum carnalibus praepositis infirmi displicere metuunt, eorum feritatem, cui timendo subjacent, blandimento demulcent. Et notandum, quia filii prius dicuntur a rege tolli, et sic equites, et centuriones, sive armorum fabri fieri: filiae vero, non tolli, sed simpliciter unguentariae et panificae fieri. Tolli etenim violentiae est. Filii ergo tolluntur, quia robusti difficile evertuntur. Dum igitur filiae non tolli, sed unguentariae fieri perhibentur, quid est aliud, nisi quia qui infirmi in bono sunt, per exempla pravorum facile dissipantur? Quae etiam focariae, et panificae regis fiunt: quia qui tyrannis adulando serviunt, dum favendo placent, velut cibos exhibent. Focariae etenim sunt, quae focis coquunt quae reges comedunt. Focariae ergo sunt, quae per obsequia favoris carnali praeposito accendunt tumorem cordis: ut eo audacius favores excipiant, quo velut delicatiores sibi cibos ignis excitatae devotionis parant. Quae etiam panificae fiunt: quia dum reprobam vitam laudant, carnalem mentem tyranni ad exercendam pravitatem roborant.

6. Los campos del prepósito carnal son las mentes de los súbditos: los aradores en verdad de estos campos son quienes por el arte del ingenio secular les sugieren los actos de depravación. Pues como si abrieran la solidez de los campos al hablar, quienes por los réprobos consejos corrompen los corazones de los simples. Y siegan las mieses cuando los corazones de los menores, engañados por la semilla del mal consejo, rinden el fruto de la mala operación. Las cuales obras ciertamente se designan con la apelación de mieses: porque la perversidad del súbdito réprobo, mientras es recibida gozosamente por los rectores carnales, es como su elegido alimento de la mente. En la cual perversidad ciertamente, porque aprovechan poco a poco, sigue: Y los herreros de sus armas y de sus carros. ¿Qué son las armas y los carros de los tiranos, sino todos aquellos instrumentos de daño que se preparan para subvertir los corazones de los menores? Pero porque por el carro se llega a donde se hiera con las armas, se hacen herreros de las armas y de los carros del rey cuando por la nequísima maquinación de sus corazones encuentran tanto los males que hagan, como de qué modo infieran esos mismos males encontrados. Fabricar armas ciertamente es reunir los géneros de daño con mente réproba. Y fabricar carros es encontrar el arte por el cual puedan acceder a inferir esos mismos males.

7. Sigue: También hará a vuestras hijas perfumistas, y cocineras, y panaderas. Con el nombre de hijas se designan las mentes de los débiles situadas dentro de la santa Iglesia. Las cuales se hacen perfumistas del rey: porque mientras miran a los prepósitos carnales en la altura de la gloria transitoria, se esfuerzan por deleitarlos con adulaciones. Reprobando el Salmista ciertamente el uso de estos ungüentos, dice: El aceite del pecador no improvise mi cabeza (Salmo 140, 5). Las hijas, pues, se hacen perfumistas: porque mientras los débiles temen desagradar a los prepósitos carnales, suavizan con el halago su ferocidad, a la cual están sujetos por el temor. Y debe notarse que de los hijos se dice primero que son tomados por el rey, y así que se hacen jinetes, y centuriones, o herreros de armas: de las hijas en verdad, no que son tomadas, sino simplemente que se hacen perfumistas y panaderas. Pues ser tomado es propio de la violencia. Los hijos, pues, son tomados, porque los robustos difícilmente son subvertidos. Mientras, por tanto, se dice que las hijas no son tomadas, sino que se hacen perfumistas, ¿qué es esto sino que los que son débiles en el bien se disipan fácilmente por los ejemplos de los malvados? Las cuales también se hacen cocineras y panaderas del rey: porque quienes sirven a los tiranos adulando, mientras agradan favoreciendo, ofrecen como alimentos. Pues las cocineras son las que cuecen en los fogones lo que los reyes comen. Son, pues, cocineras las que por los obsequios del favor encienden en el prepósito carnal el tumor del corazón: para que reciban los favores tanto más audazmente, cuanto se preparan para sí como alimentos más delicados por el fuego de la devoción excitada. Las cuales también se hacen panaderas: porque mientras alaban la vida réproba, robustecen la mente carnal del tirano para ejercitar la depravación.

8. Sequitur: Agros quoque vestros tollet, et vineas, et oliveta, et dabit servis suis. Qui sunt agri bonorum, nisi devotae mentes subditorum? quae dum eorum verba libenter audiunt, bonorum operum uberem fructum reddunt. Quae autem vineae eorum, nisi mentes eorum ita imitatione proficientium, ut etiam aliis verbum vitae praebeant, et quos loquendo in amorem Conditoris accendunt, velut potando ebrios faciant? Quae vero oliveta sunt, nisi corda auditorum, qui bonorum exemplo, et exhortatione proficiunt in opus misericordiae? Sed dum rex constituitur, agri tolluntur: quia dum carnales perveniunt ad culmen regiminis, nonnulli bonorum auditores exempla suscipiunt pravitatis. Tolluntur ergo agri, cum nuper devota corda seducuntur, quando ex nequitiae semine fructum reddunt in maligna conversatione. Oliveta et vineae tolluntur, cum exemplo mali praepositi misericordiae opera, et sanctae praedicationis verba exhibenda et loquenda deseruntur. Bene autem servis regis dari ablati agri, et vineae, et oliveta memorantur. Servi quippe sunt, qui dominorum juri semper subditi, evadere nequeunt juga dominationis. Servi itaque sunt regis, qui per abundantem iniquitatem sic se tyrannorum voluntatibus obligant, ut ab eis ulterior non recedant. Ablatos ergo agros, et vineas, et oliveta servi suscipiunt: quia reprobi fautores praelatorum carnalium, dum decepta corda in propositum transferunt pravi operis, velut electorum agris, vineis, et olivetis titulum imponunt tyrannicae potestatis. Sequitur: Sed et segetes vestras, et vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis et famulis suis. Cum mali praesunt, difficile valde est, ut qui eis subjicitur, nulla religionis damna patiatur. Aliorum namque mentes omnino pereunt: sed ii quos pervertere penitus nequeunt, dum incessanter et verba et opera eorum prava conspiciunt, qualicunque sorde maculantur. Bene ergo dicitur: Segetes vestras, et vinearum reditus addecimabit. Quasi dicat: Sub pastore reprobo electorum etiam bona integra non sunt.

9. Sequitur: Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi. Quasi dicat: Dum pastor vobis carnalis praeponitur, non solum vestris, sed etiam vobismetipsis virtutum praedae inferuntur. Greges enim electorum, sunt turbae virtutum spiritualium. Qui vero et ipsae spirituales virtutes exemplo pravorum dissipantur, rex decimas tollit gregis, quando is qui carnaliter praeeminet, in sanctorum cordibus aliquas virtutes perimit. Decimas tollit: quia dum mentis integritatem dissipat, virtutum numerum imperfectum derelinquit. Denario quippe numero perfectio designatur.

8. Sigue: También tomará vuestros campos, y vuestras viñas, y vuestros olivares, y los dará a sus siervos. ¿Qué son los campos de los buenos, sino las mentes devotas de los súbditos? las cuales, mientras escuchan de buena gana sus palabras, rinden un fruto abundante de buenas obras. ¿Cuáles son sus viñas, sino las mentes de aquellos que de tal modo aprovechan por la imitación, que también ofrecen a otros la palabra de vida, y a quienes hablando encienden en el amor del Creador, como embriagándolos al darles de beber? ¿Qué son en verdad los olivares, sino los corazones de los oyentes, que por el ejemplo y la exhortación de los buenos aprovechan en la obra de la misericordia? Pero mientras se constituye el rey, los campos son arrebatados: porque mientras los carnales llegan a la cumbre del régimen, no pocos oyentes de los buenos reciben ejemplos de depravación. Se arrebatan, pues, los campos cuando los corazones recientemente devotos son seducidos, cuando de la semilla de la maldad rinden fruto en una maligna conversación. Los olivares y las viñas son arrebatados cuando por el ejemplo del mal prepósito se abandonan las obras de misericordia y las palabras de la santa predicación que debían mostrarse y decirse. Bien, además, se recuerda que los campos, y viñas, y olivares arrebatados se dan a los siervos del rey. Pues siervos son los que, siempre sujetos al derecho de los señores, no pueden escapar de los yugos de la dominación. Así son siervos del rey los que por la abundante iniquidad de tal modo se obligan a las voluntades de los tiranos, que ya no se apartan de ellos. Los campos, pues, y viñas, y olivares arrebatados los reciben los siervos: porque los réprobos favorecedores de los prelados carnales, mientras trasladan los corazones engañados al propósito de la obra depravada, imponen como el título del poder tiránico sobre los campos, viñas y olivares de los elegidos. Sigue: Pero también diezmará vuestras mieses, y los réditos de las viñas, para dárselos a sus eunucos y familiares. Cuando los malos mandan, es muy difícil que quien les está sujeto no sufra ningún daño de la religión. Pues las mentes de algunos perecen del todo: pero aquellos a quienes no pueden pervertir por completo, mientras miran incesantemente tanto las palabras como las obras depravadas de ellos, se manchan con cualquier clase de suciedad. Bien, pues, se dice: Diezmará vuestras mieses, y los réditos de vuestras viñas. Como si dijera: Bajo un pastor réprobo, ni siquiera los bienes de los elegidos están íntegros.

9. Sigue: También diezmará vuestros rebaños, y vosotros seréis sus siervos. Como si dijera: Mientras se os antepone un prepósito carnal, se infieren presas de virtudes no solo a vuestras cosas, sino incluso a vosotros mismos. Pues los rebaños de los elegidos son las turbas de las virtudes espirituales. Pero porque también estas mismas virtudes espirituales se disipan por el ejemplo de los malvados, el rey toma los diezmos del rebaño cuando aquel que descuella carnalmente aniquila algunas virtudes en los corazones de los santos. Toma los diezmos: porque mientras disipa la integridad de la mente, deja imperfecto el número de las virtudes. Pues con el número denario se designa la perfección.

Unde et cum lapsae humanitatis nostrae damna Dominus aperta comparatione ostenderet, mulierem, quae de decem drachmis unam perdiderat, in medium ducit (Luc. XV, 4 seq.); ut per hoc, quod denarius numerus periisse ostenditur, superna illa societas, quae novenario numero remansit in angelis, sine reparatione conditionis nostrae imperfecta esse doceatur. Et quia decimae per annos singulos exiguntur, apte qui decimas offerre non desinunt, servi esse regis perhibentur. Eis quippe per annos singulos serviunt, quorum exemplo saepe pejores fiunt. Possunt et per hoc, quod post datas decimas servitus ista asseritur, mali profectus ostendi. Nam qui paulatim deficiunt, quotidie agunt, unde ad iniquitatis profunda deducantur. Dicit ergo: Greges vestros addecimabit, vosque eritis ei servi. Quasi dicat: Malorum exemplo paulatim decidetis, sed cadendo agitis, ut ab eorum imitatione nunquam recedatis. Scriptum quippe est: A quo quis vincitur, ejus servus efficitur (II Petr. II, 19). Quia enim per imitationem pastoris reprobi in peccati servitutem incidunt, etiam ab ejus jugo, quando volunt, solvi non possunt. Unde et subditur: (Vers. 18.) Et clamabitis in die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis, et non exaudiet vos Dominus in die illa: quia petistis vobis regem. 10. Quasi dicat, in notitiam pravae imitationis ejus paulatim defluitis: sed pravitatis ejus exempla, quibus vos sponte submittitis, relinquere sponte minime potestis. Omnis enim, qui facit peccatum, servus est peccati (Joan. VIII, XXXIV). Quibus ergo peccata dominantur, per se ab eorum jugo liberari nequeunt. Nam saepe ad Dominum cum precibus veniunt, liberari petunt, sed exaudiri non possunt. Divino siquidem judicio cum eis agitur, ut qui noluerunt mala vitare, cum possent, non possint vitare, cum volunt: et qui sponte incurrunt mala praecognita, fugere non possint experta. Quare et causam insinuans, qua exaudiri prohibeantur, ait: Quia petistis vobis regem. Quasi aperte dicat: Quia illud vobis dari postulastis, in quo haec omnia futura, me praedicente, cognovistis. Haec, ut superius dixi, in typo praelatorum carnalium de futura regis conversatione praedicuntur: ut ab ejus petitione quiescerent, in quo tanta mala cognovissent. Sed habent corda reproborum, ut malum cito proponant, et a malo proposito non celerius resipiscant. Quare et subditur: (Vers. 19, 20.) Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt: Nequaquam. Rex enim erit super nos, et erimus nos quoque, sicut omnes gentes, et judicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis.

De donde también, cuando el Señor mostraba los daños de nuestra humanidad caída con una abierta comparación, trae al medio a la mujer que de diez dracmas había perdido una (Luc. 15, 4 y sig.); para que por esto, que se muestra que el número denario ha perecido, se enseñe que aquella sociedad celestial, que permaneció en el número novenario en los ángeles, es imperfecta sin la reparación de nuestra condición. Y porque los diezmos se exigen cada año, se dice aptamente que son siervos del rey quienes no cesan de ofrecer los diezmos. Pues les sirven cada año, por cuyo ejemplo a menudo se hacen peores. También por esto, que después de dados los diezmos se afirma esta servidumbre, pueden mostrarse los malos progresos. Pues quienes desfallecen poco a poco, actúan diariamente para ser conducidos a las profundidades de la iniquidad. Dice, pues: Diezmará vuestras rebaños, y vosotros seréis sus siervos. Como si dijera: Por el ejemplo de los malos decaeréis poco a poco, pero al caer actuáis para no apartaros nunca de su imitación. Pues escrito está: Por quien uno es vencido, de ese se hace siervo (2 Pe. 2, 19). Porque ciertamente por la imitación del pastor réprobo inciden en la servidumbre del pecado, tampoco pueden ser librados de su yugo cuando quieren. De donde también se añade: (Vers. 18.) Y clamaréis en aquel día a causa de vuestro rey, que os habéis elegido, y no os escuchará el Señor en aquel día: porque os pedisteis un rey. 10. Como si dijera, os deslizáis poco a poco hacia el conocimiento de su depravada imitación: pero las pautas de su depravación, a las cuales os sometéis espontáneamente, de ningún modo podéis abandonarlas espontáneamente. Pues todo el que comete pecado, siervo es del pecado (Jn. 8, 34). Por tanto, quienes están dominados por los pecados, no pueden ser liberados de su yugo por sí mismos. Pues a menudo vienen al Señor con ruegos, piden ser liberados, pero no pueden ser escuchados. Ciertamente se actúa con ellos por juicio divino, para que quienes no quisieron evitar los males cuando podían, no puedan evitarlos cuando quieren: y quienes incurren espontáneamente en males ya conocidos, no puedan huir de ellos una vez experimentados. Por lo cual, insinuando también la causa por la que se les prohíbe ser escuchados, dice: Porque os pedisteis un rey. Como si dijera abiertamente: Porque pedisteis que se os diera aquello en lo cual conocisteis que ocurrirían todas estas cosas, al predecirlas yo. Estas cosas, como dije arriba, se predican en figura de los prelados carnales sobre la futura conducta del rey: para que desistieran de su petición, en quien habían conocido tan grandes males. Pero los corazones de los réprobos tienen esto: que rápidamente proponen el mal, y no más rápidamente se arrepienten del mal propósito. Por lo cual también se añade: (Vers. 19, 20.) Pero el pueblo no quiso oír la voz de Samuel, sino que dijeron: De ningún modo. Pues habrá un rey sobre nosotros, y seremos nosotros también como todas las gentes, y nos juzgará nuestro rey, y saldrá delante de nosotros, y peleará nuestras batallas por nosotros.

11. Quibus profecto verbis mores subditorum carnalium aperte describuntur: quia dum exteriora appetunt, interiora damna etiam exposita non attendunt. Sed qui carnaliter praesunt, ipsa ostensione temporalis potentiae subditis sibi minoribus magnam spem dant tutelae. Dum ergo dicunt: Rex erit super nos, et pugnabit bella nostra pro nobis, quid aliud, quam reproborum subitorum mores insinuant, qui humiles et spirituales praedicatores despiciunt, ut temporaliter a carnalibus adjuventur? Quod certe nullatenus agerent, nisi prius lumen cordis amisissent. Nam si spiritualium virorum humilitatem foris despiciunt, sed qua potestatis sublimitate intus emineant, cernere non merentur; in illis quoque externam potestatis tyrannidem vident, sed qua infirmitate intus deprimatur, non vident. Isti, quia Deo adhaerent, cum volunt, etiam in exterioribus potentes sunt: illi, qui a Domino recedunt, spem, quam promittunt de potentia saeculari, exhibere non possunt fortitudine operationis. Nam, ut de vicino exempla capiamus, Saul ad pugnanda bella regem postulantium, fortis et potens eligitur: ita ut, sacra hac historia teste (I Reg. IX, 2), ab humero, et sursum populo universo emineret. A Deo igitur ad regni gubernacula electus, cum bonus existeret, et de filiis Israel aliquis melior illo non esset, tamen, cum tantus ac talis vir carnali fortitudini relinquitur, bella perdidit, quae pugnaturus acceperat, et vitam pariter amisit (I Reg. XXXI, 1). Samuel autem, qui saeculi potentia sublimis non exstitit, qui humiliter non solum Deo, sed etiam hominibus ministravit, de exterioribus quoque bellis trophaea potenter exhibuit. Nam non valde supra de eo dictum est: Tulit Samuel agnum lactentem unum, et obtulit illum holocaustum integrum Domino, et clamavit Samuel ad Dominum pro Israel, et exaudivit eum Dominus. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum Domino, Philisthiim iniere praelium contra Israel. Intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthiim, et exterruit eos (I Reg. VII, 9, 10). (Vers. 21.) Et audivit Samuel omnia verba populi.

12. Hoc profecto Samuel audivit, quod populus locutus est, sed ipsum populus non audivit. Populo enim reprobo loqui et non audire, fuit verba contra Dei voluntatem promere, sed poenam pravae locutionis minime praevidere. Samuel autem populi verba audivit: quia spirituales viri, dum superbae locutionis voces audiunt, futurum in eis divinae ultionis meritum recognoscunt. Dicat ergo: Audivit Samuel omnia verba populi, quia sancti, ac spirituales viri, quidquid carnales superbe foris insonant, quale sit in divino judicio intus pensant. Sed quia, dum carnalium subditorum damnabilem vitam reperiunt, pro delendis eorum criminibus intercedunt: Sequitur: (Vers. 21.) Et locutus est ea in auribus Domini.

11. Con cuyas palabras ciertamente se describen abiertamente las costumbres de los súbditos carnales: porque mientras apetecen las cosas exteriores, no atienden a los daños interiores incluso expuestos. Pero los que mandan carnalmente, por la misma ostentación de la potencia temporal dan a los súbditos menores que les están sujetos gran esperanza de tutela. Cuando, pues, dicen: Habrá un rey sobre nosotros, y peleará nuestras batallas por nosotros, ¿qué otra cosa sino las costumbres de los súbditos réprobos insinúan, que desprecian a los humildes y espirituales predicadores, para ser ayudados temporalmente por los carnales? Lo cual ciertamente de ningún modo harían, si antes no hubieran perdido la luz del corazón. Pues si desprecian fuera la humildad de los varones espirituales, pero qué sublimidad de poder tengan dentro, no merecen verlo; en aquellos también ven la tiranía externa del poder, pero por qué flaqueza sea oprimida dentro, no lo ven. Estos, porque se adhieren a Dios, cuando quieren, son potentes incluso en las cosas exteriores: aquellos, que se apartan del Señor, la esperanza que prometen sobre la potencia secular, no pueden exhibirla con la fortaleza de la operación. Pues, para tomar ejemplos de cerca, Saúl es elegido para pelear las batallas de los que pedían rey, fuerte y potente: de tal modo que, siendo testigo esta sagrada historia (1 Sam. 9, 2), sobresaliera por el hombro y hacia arriba a todo el pueblo. Elegido, pues, por Dios para el gobierno del reino, siendo bueno, y no habiendo otro mejor que él de los hijos de Israel, sin embargo, cuando tanto y tal varón es dejado a la fortaleza carnal, perdió las batallas que había aceptado para pelear, e igualmente perdió la vida (1 Sam. 31, 1). Samuel, en cambio, que no existió sublime por la potencia del siglo, que humildemente sirvió no solo a Dios, sino también a los hombres, exhibió potentemente trofeos incluso de las batallas exteriores. Pues no mucho más arriba se dijo de él: Tomó Samuel un cordero de leche, y lo ofreció como holocausto íntegro al Señor, y clamó Samuel al Señor por Israel, y lo escuchó el Señor. Y sucedió que, mientras Samuel ofrecía el holocausto al Señor, los filisteos entablaron combate contra Israel. Pero tronó el Señor con gran fragor en aquel día sobre los filisteos, y los aterró (1 Sam. 7, 9. 10). (Vers. 21.) Y oyó Samuel todas las palabras del pueblo.

12. Esto ciertamente oyó Samuel, lo que el pueblo habló, pero el pueblo no lo oyó a él. Pues para el pueblo réprobo hablar y no oír, fue proferir palabras contra la voluntad de Dios, pero de ningún modo prever la pena de la depravada locución. Samuel, en cambio, oyó las palabras del pueblo: porque los varones espirituales, mientras oyen las voces de la soberbia locución, reconocen en ellas el futuro mérito de la divina venganza. Diga, pues: Oyó Samuel todas las palabras del pueblo, porque los santos y espirituales varones, cualquier cosa que los carnales suenan soberbiamente fuera, sopesan dentro cuál sea en el juicio divino. Pero porque, mientras encuentran la vida condenable de los súbditos carnales, interceden por la eliminación de sus crímenes: Sigue: (Vers. 21.) Y las habló a los oídos del Señor.

In eorum auribus loquimur, apud quos magnae familiaritatis gratiam habemus. Sancti autem viri, quia omnipotenti Deo in magni amoris vinculo conjuncti sunt, ei in auribus loquuntur: quia divinae propitiationis ejus auditum tanto fiducialius exposcunt, quanto apud ejus misericordiam, impetrandi locum sublimius acceperunt. Peccata vero populi loquuntur pro humilitate confessionis, sed in auribus loquuntur Domini: quia cum magno affectu precis januam pulsant Dominicae propitiationis. Sed fortasse in auribus Domini loqui dicitur: quia dum sancti viri pro peccatoribus obsecrant, preces quas pro eis Deo offerunt, hominibus non revelant. Unde et in Evangelio Dominus prohibet discipulos, dicens: Cum oratis, nolite fieri sicut hypocritae tristes, qui amant in synagogis, et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus (Matth. VI, 5). Verba ergo, sive opera populi loquuntur, cum delicta locutionis et operis orationibus delenda Domino exponunt. Ea vero in auribus Domini loquuntur, ut dum hominum testimonia orantes fugiunt, ab eo, qui occulta respicit, celerius audiantur. Dum ergo in auribus Domini Samuel loqui perhibetur, modum profecto insinuat, quo quis auditum mereatur divinae dignationis. Nam pervenire ad Deum oratio nequaquam potest, quae ex intentione promitur, ut ab hominibus agnoscatur. Unde et qui in auribus Domini locutus asseritur, responsa ejus etiam percepisse perhibetur. Nam sequitur: (Vers. 22.) Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi, et constitue super eum regem.

13. Qua in re notandum, quia Samuel verba populi, quibus regem petierat, in auribus Domini locutus est: et Dominus se abjectum asserit in eo, quod populus regem petit. Dum igitur oranti respondet, et regem facere orantem jubet, quid aliud insinuat, nisi quia devota electi viri oratio nunquam est infructuosa? Nam si populi correctionem non obtinuit, eruditionis suae bonum obtinuit, cum abjectum populum pro mala petitione cognosceret, 188 sed et nihilominus sciret, quid facere projectis ipse debuisset. Audiri ergo propheta potuit, et non audiri: quia orando qualis esse deberet, novit, sed a populo reproba postulanti, duritiam cordis non abstulit. Sed hoc obtinere ille potuit, qui in auribus Domini locutus est: quia sancti viri eo ipso, quo devote pro peccatoribus Dominum obsecrant, divinae propitiationis auxilio muniuntur, ut eorum criminibus nequaquam polluantur, quorum sordes delere precibus nequeunt. Quid vero est, quod Dominus ait: Audi voces eorum, cum superius dictum sit: Audivit Samuel omnia verba populi.

En los oídos de aquellos hablamos, ante quienes tenemos la gracia de una gran familiaridad. Los varones santos, sin embargo, porque están unidos a Dios omnipotente en el vínculo de un gran amor, le hablan a los oídos: porque reclaman el oído de su divina propiciación tanto más confiadamente, cuanto más sublimemente han recibido ante su misericordia el lugar de obtenerla. Hablan los pecados del pueblo por la humildad de la confesión, pero hablan a los oídos del Señor: porque con gran afecto de súplica golpean la puerta de la propiciación dominical. Pero tal vez se dice hablar a los oídos del Señor porque, mientras los varones santos suplican por los pecadores, no revelan a los hombres las preces que ofrecen a Dios por ellos. De donde también en el Evangelio el Señor prohíbe a los discípulos, diciendo: Cuando oréis, no seáis como los hipócritas tristes, que aman orar de pie en las sinagogas y en las esquinas de las plazas, para ser vistos por los hombres (Mt. 6, 5). Hablan, pues, las palabras o las obras del pueblo, cuando exponen al Señor las faltas de la palabra y de la obra que han de ser eliminadas por las oraciones. Las hablan ciertamente a los oídos del Señor para que, mientras huyen de los testimonios de los hombres al orar, sean escuchados más rápidamente por aquel que mira lo oculto. Mientras, pues, se dice que Samuel habla a los oídos del Señor, insinúa ciertamente el modo por el cual uno merezca el oído de la divina dignación. Pues de ningún modo puede llegar a Dios la oración que se profiere con la intención de ser reconocida por los hombres. De donde también aquel de quien se afirma que habló a los oídos del Señor, se dice que también percibió sus respuestas. Pues sigue: (Vers. 22.) Dijo, pues, el Señor a Samuel: Oye la voz del pueblo, y constituye sobre él un rey.

13. En lo cual ha de notarse que Samuel habló a los oídos del Señor las palabras del pueblo, con las que había pedido rey: y el Señor afirma que él es el rechazado en aquello que el pueblo pide rey. Mientras, pues, responde al que ora, y manda al que ora hacer un rey, ¿qué otra cosa insinúa sino que la devota oración del varón elegido nunca es infructuosa? Pues si no obtuvo la corrección del pueblo, obtuvo el bien de su propia instrucción, al conocer que el pueblo era rechazado por su mala petición, 188 pero también sabiendo, no obstante, qué debía hacer él mismo con los arrojados. El profeta, pues, pudo ser escuchado y no ser escuchado: porque orando supo cómo debía ser él, pero no quitó la dureza de corazón al pueblo que pedía cosas réprobas. Pero esto pudo obtenerlo aquel que habló a los oídos del Señor: porque los varones santos por eso mismo, que devotamente suplican al Señor por los pecadores, son protegidos por el auxilio de la divina propiciación, de modo que de ningún modo se manchen con los crímenes de aquellos cuyas suciedades no pueden eliminar con preces. ¿Qué es, en verdad, lo que el Señor dice: Oye sus voces, cuando más arriba se ha dicho: Oyó Samuel todas las palabras del pueblo?

Sed verba populi audierat, ut sciret quae dicebantur, non ut quae petebantur, concederet. Dum ergo ei a Domino dicitur: Audi vocem populi, et constitue super eum regem, favere voluntati populi prophetam jussit. Et ecce, ut palam cernitur, propheta orans non auditur: populus Deum abjiciens, regemque petens, auditus est. Quid hoc esse dixerimus, nisi quia miro et tremendo divinae incomprehensibilitatis judicio sancti viri pro reprobis orantes exaudiri nequeunt: in adimplendis vero suis pravitatibus, audiri ipsi reprobi delinquentes possunt: ut illis libera iniquitas aeternae vindictae meritum augeat, et istis ex affectu compassionis merces perpetuae retributionis accrescat? Et statim eum ordinem, quo ad ejusdem regis constitutionem ventum sit, ostendere incipiens, ait: (Vers. 22.) Et ait Samuel ad universos filios Israel: Vadat unusquisque in civitatem suam.

14. Cum spiritualia discutere volumus, necesse est ut ab intentione nostra carnalia removeamus: quia mens interna non penetrat, quam exteriorum actuum pulvis caecat. Dum igitur propheta Domini omnem populum abire ad propria loca praecipit, a se utique tumultum carnalium repellit: ut eo spiritualia, quae disponenda sunt, clarius videat, quo mentis ejus aciem terrenorum actuum intentio non obscurat. Sed qualis sit, qui divino judicio praevidetur, insinuans, ait:

CAPUT III.

(I Reg. IX, 1, 2.) Erat vir de Benjamin, nomine Cis, filius Abiel, filii Seor, filii Bechorath, filii viri Gemini, fortis robore. Et erat ei filius nomine Saül, electus et bonus, et non erat vir de filiis Israel melior illo: ab humero et sursum eminebat super omnem populum.

1. Cum ordinandi regis persona exponitur, cur patrum ejus nomina describuntur, nisi ut regnum ejus durabile non sentiatur? Nam de regno, quod futurum praeviderat Moyses, ait: Non deficiet sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est: et ipse erit exspectatio gentium (Gen. XLIX, 10). Quia ergo tribus Juda ad regni diuturnitatem praevisa exstiterat, Cis generatio memoratur; ut regia dignitas, quae condebatur in filio, aperte sciretur esse dispensatoria, non mansura.

Pero había oído las palabras del pueblo para saber qué se decía, no para conceder lo que se pedía. Mientras, pues, le dice el Señor: Oye la voz del pueblo, y constituye sobre él un rey, mandó al profeta favorecer la voluntad del pueblo. Y he aquí, como se ve claramente, el profeta que ora no es escuchado: el pueblo que rechaza a Dios y pide rey, es escuchado. ¿Qué diremos que es esto, sino que por un admirable y tremendo juicio de la divina incomprensibilidad los varones santos que oran por los réprobos no pueden ser escuchados: pero en el cumplimiento de sus propias depravaciones, los mismos réprobos delincuentes pueden ser escuchados ellos mismos: para que a aquellos la libre iniquidad les aumente el mérito de la eterna venganza, y a estos por el afecto de la compasión les crezca el premio de la perpetua retribución? Y comenzando inmediatamente a mostrar aquel orden por el cual se llegó a la constitución del mismo rey, dice: (Vers. 22.) Y dijo Samuel a todos los hijos de Israel: Vaya cada uno a su ciudad.

14. Cuando queremos discutir cosas espirituales, es necesario que apartemos de nuestra intención las cosas carnales: porque la mente interna no penetra lo que el polvo de los actos exteriores ciega. Mientras, pues, el profeta del Señor manda a todo el pueblo irse a sus propios lugares, repele de sí el tumulto de las cosas carnales: para que vea tanto más claramente las cosas espirituales que han de disponerse, cuanto la intención de los actos terrenos no oscurece la agudeza de su mente. Pero insinuando cómo es aquel que es previsto por el juicio divino, dice:

CAPÍTULO III.

(1 Sam. 9, 1, 2.) Había un varón de Benjamín, llamado Cis, hijo de Abiel, hijo de Seror, hijo de Becorat, hijo de Afía, hijo de un varón de Benjamín, valiente y robusto. Y tenía un hijo llamado Saúl, elegido y bueno, y no había varón entre los hijos de Israel mejor que él: desde el hombro arriba sobresalía sobre todo el pueblo.

1. Cuando se expone la persona del rey que ha de ser ordenado, ¿por qué se describen los nombres de sus padres, sino para que no se sienta que su reino sea duradero? Pues sobre el reino que Moisés había previsto que sería en el futuro, dice: No faltará el cetro de Judá, ni el guía de su muslo, hasta que venga el que ha de ser enviado: y él mismo será la esperanza de las naciones (Gén. 49, 10). Puesto que, por tanto, la tribu de Judá había sido prevista para la diuturnidad del reino, se menciona la generación de Cis; para que la dignidad regia, que se establecía en el hijo, se supiera abiertamente que era dispensatoria, no permanente.

Sed qui carnalem regem generat, Cis, idest durus nostro eloquio dicitur, et is fortis robore praedicatur. Nunc quoque plerique carnales intra sanctam Ecclesiam sunt, qui magna agere videntur: carnales vero sunt, quia sancti Spiritus gratiam non habent. Fortes ergo sunt robore, quia omne, quod magnum videntur agere, corporale est. Nam et Cis pater Saül ideo fortis robore dicitur, ut vires corporis magnas habuisse sentiatur. Fortis ergo robore, durus est: quia qui magna carnaliter exhibet, cor molle per compassionem, in fraterna charitate non habet. Valenter agit, quae non imitari homines foris possint, sed intus conjungi fraternis mentibus nescit per affectum dilectionis. Fortia agit, quae Deus reprobat; et affectum charitatis, quem approbat, exhibere non curat. Durus ergo est, quia dum superbo corde corporalia agit, ejus mentem gratia sancti Spiritus non emollit. Quo contra sanctus vir gloriatur, dicens: Deus mollivit cor meum, et omnipotens turbavit me (Job. XXIII, 16). Et saepe, qui talium mores imitantur, Dei judicio rectores fiunt. Unde et apte Saul filius Cis fuisse memoratur.

2. Sed quaerendum est, cur idem Saul electus et bonus esse dicitur, qui duri filius esse perhibetur? Sed electus dicitur non secundum gratiam, sed secundum judicium. Bonus etiam dicitur, ut divinae aequitatis dispositio commendetur. Nam et mala, quae pro peccatis nostris saepe patimur, quia per divinam justitiam nobis irrogantur, bona sunt. Bonum profecto est quidquid est justum. Per justitiam quippe Dei pastores reprobi ad regimen sanctae Ecclesiae ascendere permittuntur; sed qui mali sunt per iniquitatem, boni sunt divina dispositione; et occulta nunc ordinatione Dei electi sunt, qui ultimo erunt universali judicio reprobandi. Pastor ergo reprobus, quia ut sit, Dei indignatione decernitur, dicatur electus: et quia juste permittitur, dicatur bonus. Item quia ad exsequenda divina judicia caeteris utilior providetur, melior illo esse de filiis Israel nemo dicitur. Qui etiam ab humero, et sursum eminere super omnem populum memoratur: quia qui carnalium mores vivendo sequitur, valde nititur, ut ea agat, quae agere alter non valeat. Carnalis etenim rector ab humero, et sursum universo populo eminet; cum in exterioribus fortis est sine comparatione.

Pero el que engendra a un rey carnal, Cis, esto es, duro se dice en nuestro lenguaje, y es proclamado como fuerte en robustez. También ahora hay muchos carnales dentro de la santa Iglesia que parecen hacer grandes cosas: pero son carnales porque no tienen la gracia del Espíritu Santo. Son fuertes en robustez, por tanto, porque todo lo que parecen hacer de grande es corporal. Pues también Cis, padre de Saúl, se dice por eso fuerte en robustez, para que se sienta que tuvo grandes fuerzas corporales. Fuerte en robustez, por tanto, es duro: porque el que exhibe grandes cosas carnalmente, no tiene un corazón blando por la compasión en la caridad fraterna. Actúa valientemente en cosas que los hombres de fuera no pueden imitar, pero no sabe unirse por dentro a las mentes fraternas por el afecto de la dilección. Hace cosas fuertes que Dios reprueba; y no se cuida de exhibir el afecto de caridad que Él aprueba. Es duro, por tanto, porque mientras realiza cosas corporales con corazón soberbio, la gracia del Espíritu Santo no ablanda su mente. Por el contrario, el varón santo se gloría diciendo: Dios ha ablandado mi corazón, y el Omnipotente me ha turbado (Job 23, 16). Y a menudo, los que imitan las costumbres de tales hombres llegan a ser rectores por el juicio de Dios. De donde también aptamente se recuerda que Saúl fue hijo de Cis.

2. Pero ha de preguntarse ¿por qué el mismo Saúl se dice elegido y bueno, siendo presentado como hijo de un hombre duro? Pero se dice elegido no según la gracia, sino según el juicio. Se dice también bueno, para que se recomiende la disposición de la equidad divina. Pues también los males que a menudo padecemos por nuestros pecados, porque se nos imponen por la justicia divina, son buenos. Ciertamente es bueno todo lo que es justo. Pues por la justicia de Dios se permite que pastores réprobos asciendan al régimen de la santa Iglesia; pero los que son malos por la iniquidad, son buenos por la disposición divina; y por la oculta ordenación de Dios son ahora elegidos los que al final han de ser reprobados en el juicio universal. El pastor réprobo, pues, porque se decreta por la indignación de Dios que exista, llámese elegido: y porque justamente se permite, llámese bueno. Asimismo, porque se provee como más útil que los demás para ejecutar los juicios divinos, no se dice que nadie entre los hijos de Israel sea mejor que él. También se recuerda que sobresale desde el hombro arriba sobre todo el pueblo: porque el que sigue en su vivir las costumbres de los carnales, se esfuerza mucho por hacer aquello que otro no pueda hacer. Pues el rector carnal sobresale a todo el pueblo desde el hombro arriba, cuando en las cosas exteriores es fuerte sin comparación.

3. Possunt et haec omnia verba laudis intelligi, quibus dum ordinandi regis persona praedicatur, regem petentium intentio confundatur. Nam dicunt: Rex erit super nos, et judicabit nos, et pugnavit bella nostra pro nobis (I Reg. VIII). Dicitur electus et bonus, et quia non sit de filiis Israel melior illo, ut bona omnia in petiti regis persona excellant: sed dum ad ea non sufficit, quae populus proposuerat, praesumptio humana confundatur, ut victa tabescat. Et quidem, ut supra dixi, rex, qui populum praeiturus eligitur eorum bella pugnaturus, cum a divino auxilio deseritur, bello depressus obiit, et populo, quem ad eadem bella praeivit, tunc non salutis causa, sed mortis fuit. Quod denique Deo populus ascriberet, si is qui Dei judicio electus rex fuerat, ad agenda quae volebat populus, non tam idoneus exstitisset. Potest etiam electus et bonus intelligi, dum asseritur, non qualis in futuro praevidebatur. Dicitur ergo electus et bonus, ut talis a Domino sentiatur electus, qui per inobedientiam postea fuit reprobatus. Quare et ipsa ratio exigit, ut quae de electo et bono usque ad reprobationis tempora dicuntur, et in bona parte sentiamus.

CAPUT IV.

1. Summatim ergo cuncta repetentes, quid aedificationis in se contineant, secundum aliam significationem videamus. Quia in Samuele novum sacerdotium diximus designari, quid est quod senuit, nisi, quia dum per decurrentium spatia temporum sancta Ecclesia ducitur, in nonnullis sacerdotibus conversationis pulchritudo veteratur? Senuit autem Samuel, quia vigor auctoritatis emarcuit. Quasi enim juvenis erat Samuel, quando sacerdotum ordo solis coelestibus desideriis inhians, dum nulla terrena quaereret, quo efficacius superna praedicare poterat, eo ad ea nihilominus verbis, et exemplis subditorum animos accendebat. Valebat enim robore, et juvenili pulchritudine radiabat, dum vim coelestis verbi in splendore ostenderet sanctae conversationis: quia quidquid validum loquendo poterat praedicare, nitebatur etiam sublimiter vivendo ostendere. Nam et mortuas animas vivificabat verbo; sed miro flore juventutis emicans, mortua corpora resuscitabat imperio.

3. Todas estas palabras de alabanza pueden también entenderse como aquellas por las cuales, mientras se proclama la persona del rey que ha de ser ordenado, se confunda la intención de los que piden rey. Pues dicen: Habrá un rey sobre nosotros, y nos juzgará, y peleará nuestras batallas por nosotros (1 Sam. 8). Se dice elegido y bueno, y que no hay nadie mejor que él entre los hijos de Israel, para que todas las cosas buenas sobresalgan en la persona del rey pedido: pero mientras no es suficiente para aquello que el pueblo había propuesto, la presunción humana se confunda, para que vencida se consuma. Y ciertamente, como dije arriba, el rey que es elegido para preceder al pueblo para pelear sus batallas, cuando es desamparado por el auxilio divino, murió abatido en la guerra, y fue entonces para el pueblo, al cual precedió a esas mismas batallas, causa no de salvación, sino de muerte. Lo cual finalmente el pueblo atribuiría a Dios, si aquel que por el juicio de Dios había sido elegido rey, no hubiera resultado tan idóneo para realizar lo que el pueblo quería. Puede también entenderse como elegido y bueno mientras se afirma, no como se preveía que sería en el futuro. Se dice, pues, elegido y bueno, para que se sienta que tal fue el elegido por el Señor que después fue reprobado por la desobediencia. Por lo cual también la razón misma exige que sintamos en buena parte lo que se dice de él como elegido y bueno hasta los tiempos de su reprobación.

CAPÍTULO IV.

1. Resumiendo, pues, todo brevemente, veamos qué edificación contienen en sí, según otra significación. Puesto que dijimos que en Samuel se designa el nuevo sacerdocio, ¿qué es que envejeció, sino que, mientras la santa Iglesia es conducida a través de los espacios de los tiempos que transcurren, en no pocos sacerdotes se marchita la belleza de la vida? Envejeció Samuel porque el vigor de la autoridad se marchitó. Pues Samuel era como un joven cuando el orden de los sacerdotes, anhelando solo los deseos celestiales, mientras no buscaba nada terrenal, tanto más eficazmente podía predicar las cosas celestiales cuanto que encendía las mentes de los súbditos no menos con palabras que con ejemplos. Pues prevalecía por su fuerza y radiaba con belleza juvenil, mientras mostraba la fuerza de la palabra celestial en el esplendor de una vida santa: porque todo lo que podía predicar con vigor al hablar, se esforzaba también por mostrarlo viviendo sublimemente. Pues también vivificaba las almas muertas con la palabra; pero, brillando con la admirable flor de la juventud, resucitaba los cuerpos muertos con su mandato.

Cum et caecis visum, claudis gressum, et omnibus aegritudinibus medelam tribueret, et adeo sanctissimae conversationis pulchritudine radiabat; ut majoris virtutis esset, hoc modo posse vivere, quam illo aliis subvenire. Velut ergo in juventute vigebat Samuel, quando in ordine sacerdotum pariter refulgebat et mira virtus operis, et tam immensa pulchritudo sanctae conversationis. Sed jam diu est, quod Samuel senuit. Multa enim tempora elapsa sunt, ex quibus multi eorum amorem saeculi sequuntur, quorum virtute depelli gaudia mundi ab aliorum cordibus debuerunt. Quod tamen non idcirco dicimus, ut sancta Ecclesia nullos viros religiosos habeat: sed quod pauci sunt, qui in praedicationis culmine perfecte noverint mundum contemnere, et summis desideriis inhaerere. Quare apte Samuel et senex dicitur, et prophetare. Senex quidem est, quia rigorem asperae conversationis in pluribus perdidit: prophetare tamen non desinit, quia dum aliquantas vires spiritales habet, virtutem providi spiritus valenter exhibet. Quod in uno eodemque praedicatore intelligi convenienter potest. Senes quidem sunt, et prophetant, qui sic per negligentiam resolvuntur, ut bene doceant, sed male vivant. Qui filios suos judices ponunt, quando illos in sacerdotii dignitate constituunt, qui remissioris vitae eorum tempora contemplantur. A senibus tamen juvenes ordinantur: quia, qui promovendi veniunt, fortia promittunt. Sacerdotalis quippe vitae fortissimam professionem spondent, cujus virtutem in futura conversatione non habent. Juvenes igitur promoventur: quia, qui eos ordinant, prius quam ab eis professionem virtutis accipiant, eos ad tanti ordinis celsitudinem non assumunt. Prius namque eis insinuant, et quam sublimiter vivant, et quam subtiliter doceant: quod idcirco debent sublimiter vivere, ut utiliter valeant praedicare, ut vitae propositum semper ad superna dirigant, ut de labore praedicationis temporalia praemia non requirant, ut personas in judicio non accipiant, sed justa aequitatis lance cuncta disponant: quatenus viarum Dei difficultates audiant, et an velint subire earum labores, dicant.

2. Has profecto difficiles vias plerique dum sacros ordines ambiunt, se ambulare profitentur: sed dum ad id quod ambiunt, perveniunt, sponsionis suae tenere fortitudinem praetermittunt. Unde et Samuelis filii non ambulasse in viis ejus, sed accepisse munera, et pervertisse judicium apte relati sunt. Samuelis enim viae sunt, quia praedicatoris officio exponuntur. Filii ergo in viis patris sui non ambulant, quando ii qui ad sacros ordines ambitiose perveniunt, ardua religionis itinera a majoribus sibi ostensa deserunt, et perversa intentione in appetitu terrenarum rerum altius immerguntur.

Cuando también concedía la vista a los ciegos, el paso a los cojos y el remedio a todas las enfermedades, y de tal modo radiaba con la belleza de una vida santísima, que era de mayor virtud poder vivir de este modo que socorrer a otros de aquel. Samuel, pues, como si floreciera en la juventud cuando en el orden de los sacerdotes resplandecía juntamente tanto la admirable virtud de la obra como la tan inmensa belleza de la vida santa. Pero ya hace mucho tiempo que Samuel envejeció. Pues han pasado muchos tiempos desde los cuales muchos de ellos siguen el amor del mundo, por cuya virtud debieron haber sido expulsados los gozos del mundo de los corazones de otros. Lo cual, sin embargo, no decimos para que la santa Iglesia no tenga varones religiosos, sino porque son pocos los que en la cumbre de la predicación han sabido perfectamente despreciar el mundo e inherirse a los supremos deseos. Por lo cual acertadamente Samuel es dicho anciano y que profetiza. Es anciano, ciertamente, porque perdió en muchos el rigor de la áspera vida; sin embargo, no cesa de profetizar, porque mientras tiene algunas fuerzas espirituales, exhibe valientemente la virtud de un espíritu providente. Lo cual puede entenderse convenientemente en un mismo predicador. Son ancianos, ciertamente, y profetizan, quienes de tal modo se relajan por la negligencia que enseñan bien, pero viven mal. Quienes ponen a sus hijos como jueces, cuando constituyen en la dignidad del sacerdocio a aquellos que contemplan los tiempos de su vida más remisa. Por los ancianos, sin embargo, son ordenados los jóvenes: porque quienes vienen para ser promovidos, prometen cosas fuertes. Pues prometen una fortísima profesión de vida sacerdotal, cuya virtud no tienen en su futura conversación. Por lo tanto, los jóvenes son promovidos: porque quienes los ordenan, antes de recibir de ellos la profesión de la virtud, no los asumen a la celsitud de tan gran orden. Pues primero les insinúan tanto cuán sublimemente deben vivir como cuán sutilmente deben enseñar: que por eso deben vivir sublimemente para que puedan predicar útilmente, para que dirijan siempre el propósito de su vida hacia lo celestial, para que del trabajo de la predicación no busquen premios temporales, para que no acepten personas en el juicio, sino que lo dispongan todo con la justa balanza de la equidad: a fin de que oigan las dificultades de los caminos de Dios y digan si quieren someterse a sus trabajos.

2. Muchos, mientras ambicionan las órdenes sagradas, profesan que caminan por estas difíciles vías: pero cuando llegan a aquello que ambicionan, omiten mantener la fortaleza de su promesa. De donde también se relata aptamente que los hijos de Samuel no caminaron en sus vías, sino que recibieron dones y pervirtieron el juicio. Pues las vías de Samuel son las que se exponen por el oficio del predicador. Los hijos, pues, no caminan en las vías de su padre cuando aquellos que llegan ambiciosamente a las órdenes sagradas desertan de los arduos caminos de la religión que les fueron mostrados por sus mayores, y por una perversa intención se sumergen más profundamente en el apetito de las cosas terrenas.

Unde et post avaritiam declinare, munera accipere, et judicium pervertere, aperte perhibentur. Qui enim laborare pro coelestibus negligunt, necesse est, ut in appetitu terrenorum arctius inserantur. Declinare quidem post avaritiam, est ambitione rerum terrenarum tota intentione defluere. Nam nonnulli sunt, qui terrena lucra per avaritiam expetunt, sed tamen post avaritiam non declinant: quia et temporalia appetunt, sed in appetitu eorum incurrere crimen vitant. Declinant ergo post avaritiam, qui pro terrenis, quae ardenter ambiunt, incurrere crimen nequaquam pertimescunt. Animam quippe suam aestimant inferiorem omni re quam possunt concupiscere. Hinc namque est rapina violenta, hinc fiunt furta latentia: quia eos quibus avari praevalent, violenter opprimunt, et quorum rebus inferre violentiam nequeunt, furta inferre moliuntur. Saepe et quibus non praevalent furto manuum, insidiantur falsitate verborum. Unde et filii Samuelis, ordinato processu, in inordinata avaritiae confusione denotantur, cum dicitur: (I Reg. VIII, 3.) Declinaverunt post avaritiam, accepere munera, perverterunt judicium.

3. Qui enim ut munera acciperent, judicium perverterunt, ad inferendum furtum concupitae rei, non quaesierunt obscuritatem noctis, sed tenebras rationis. Et notandum, quia ardor avaritiae causa est accipiendorum munerum, et acceptio munerum causa est pervertendi judicii: ut prophetae narratione hujus vitii pravitas ostendatur, non solum qualiter in reproborum cordibus proficit, sed a sanctorum mentibus qualiter exstirpari funditus possit. Nam si perversitas ista judicii ex acceptione munerum nascitur, qui munera non accipit, judicium non pervertit, et oblata munera leviter respuit, qui avaritiae radicem a corde suo penitus extirpavit. Sed istam culpam filiorum Samuelis, plenius videndo, quam loquendo, colligimus. Nam si ad destituta Ecclesiarum loca respicimus, ubi pater senescit, notam avaritiae, suscepti muneris, et perversi judicii filii incurrunt: quia ubi per lucra turpia rectoris persona dissolvitur, subjecti gregis corda facile dissipantur, ut in se nequiter vivant, et aliis exempla pravitatis praebeant. Sed libet in iis valde admirari judicia omnipotentis Dei. Nam filii Samuelis, dum post avaritiam declinant, dum causa pervertendi judicii munera suscipiunt, populo, cui praesunt, exempla pravitatis impendunt. Ipse autem populus, dum regem petit, de culmine potestatis prophetae filios abjicit. Deus vero omnipotens et regem petentium preces suscipit, et irascitur, quod petatur. Quibus profecto rebus turbari possumus, si eorum rationem non subtiliter videamus. Quid enim justius est, quam, ut populi judicio corruat, qui reprobo mentis suae judicio sic studuit, ut se sequens populus periret?

De donde también se afirma abiertamente que declinaron tras la avaricia, recibieron dones y pervirtieron el juicio. Pues quienes descuidan trabajar por las cosas celestiales, es necesario que se inserten más estrechamente en el apetito de las terrenas. Declinar tras la avaricia es, ciertamente, desbordarse con toda la intención en la ambición de las cosas terrenas. Pues hay algunos que buscan los lucros terrenos por avaricia, pero sin embargo no declinan tras la avaricia: porque apetecen lo temporal, pero en su apetito evitan incurrir en crimen. Declinan, pues, tras la avaricia, aquellos que por las cosas terrenas, que ambicionan ardientemente, no temen de ningún modo incurrir en crimen. Pues estiman que su propia alma es inferior a toda cosa que puedan concupiscer. De aquí es, en efecto, la rapiña violenta, de aquí se producen los hurtos latentes: porque a aquellos sobre quienes los avaros prevalecen, los oprimen violentamente, y contra aquellos a cuyas cosas no pueden inferir violencia, se esfuerzan por inferir hurtos. A menudo también contra quienes no prevalecen por el hurto de las manos, acechan por la falsedad de las palabras. De donde también los hijos de Samuel, por un proceso ordenado, son denotados en la desordenada confusión de la avaricia, cuando se dice: (1 Sam. 8, 3.) Declinaron tras la avaricia, recibieron dones, pervirtieron el juicio.

3. Pues aquellos que pervirtieron el juicio para recibir dones, para inferir el hurto de la cosa codiciada, no buscaron la oscuridad de la noche, sino las tinieblas de la razón. Y ha de notarse que el ardor de la avaricia es la causa de recibir dones, y recibir dones es la causa de pervertir el juicio: para que por la narración del profeta se muestre la depravación de este vicio, no sólo cómo progresa en los corazones de los réprobos, sino cómo puede ser extirpado de raíz de las mentes de los santos. Pues si esta perversidad del juicio nace de recibir dones, el que no recibe dones no pervierte el juicio; y rechaza ligeramente los dones ofrecidos el que ha extirpado plenamente de su corazón la raíz de la avaricia. Pero esta culpa de los hijos de Samuel la captamos más plenamente viendo que hablando. Pues si miramos a los lugares desolados de las Iglesias, donde el padre envejece, los hijos incurren en la nota de la avaricia, del don recibido y del juicio pervertido: porque donde por lucros torpes se disuelve la persona del rector, los corazones de la grey sujeta se disipan fácilmente, de modo que vivan malvadamente en sí mismos y den ejemplos de depravación a otros. Pero place admirar grandemente en estas cosas los juicios de Dios omnipotente. Pues los hijos de Samuel, mientras declinan tras la avaricia, mientras por causa de pervertir el juicio reciben dones, ofrecen ejemplos de depravación al pueblo al cual presiden. El pueblo mismo, por su parte, mientras pide rey, arroja de la cumbre de la potestad a los hijos del profeta. Dios omnipotente, en verdad, tanto acoge las preces de los que piden rey, como se aira de que se pida. Por cuyas cosas ciertamente podemos turbarnos, si no vemos sutilmente la razón de ellas. Pues ¿qué hay más justo que, por el juicio del pueblo, caiga aquel que con el réprobo juicio de su mente así se afanó que el pueblo que le seguía pereciera?

Sed tamen cum sacerdotes male vivunt, a laicis judicandi non sunt. Digne ergo indigniorem recipiunt, qui indignum indigne ejicere praesumpserunt. Nam de filiis Samuelis dicitur: Acceperunt munera, et perverterunt judicia. De eo autem rege, quem filii Israel petunt, terribiles valde minae proferuntur, quia dicitur: Agros vestros tollet et oliveta, et dabit servis suis (I Reg... [truncated]

(I Reg. X, 15.) Locutus est Samuel ad populum legem regni, et scripsit in libro et reposuit coram Domino.

4. Quid est, quod Israelitarum filii ponendi in regis curribus dicuntur? Sed praelatorum sanctae Ecclesiae currus eorum devota sunt desideria. Nam dum superna gaudia ferventer appetunt, velut in curribus per alta feruntur. Hinc est quod Elias in curru igneo in coelum sublevatus asseritur (IV Reg. II, 1): quia profecto ad superna gaudia sustolli non poterit, qui ea per alta et ferventia desideria non inquirit. Cum ergo boni auditores per exempla praedicatorum terrena contemnere, et amare aeterna incipiunt, Israelitarum profecto filii in regum curribus ponuntur. Et notandum, quia et tolli dicuntur, et in curribus poni: quia prius debent a carnalibus desideriis abstrahi, ut bene valeant superni amoris ignibus inflammari. Quae nimirum terrena desideria, quia non facile deseruntur, tolli filii perhibentur. Nam per magnam violentiam fieri oportet, ut terrena desideria electus auditor penitus deserat, et in coelestibus sublimiter se sustollat. De hac quippe violentia Dominus ait: Regnum coelorum vim patitur, et violenti diripiunt illud (Matth. XI, 12). De hac Paulus ait: Nemo coronabitur, nisi qui legitime certaverit (II Tim. II, 5). Quod etiam his verbis latenter ostenditur, quia filii qui tolluntur, non in sedibus, sed in curribus poni perhibentur. Curru quidem antiqui pugnare consueverunt. Sed et qui curru ducitur, sublimis ac terribilis contra hostem fertur. Electi etenim viri tanto sublimiores atque terribiliores sunt occultis hostibus, quanto interni amoris celsitudine altius profecerunt. Sublimes quippe sunt, quia usque ad eorum intentionem malignorum spirituum suggestio non pertingit. Terribiles etiam sunt, quia reprobare eorum consilia tanto facilius possunt, quanto per intimi affectus vigorem in superni gaudii contemplatione consistunt. Hoc quidem quoties his dicitur, qui adhuc carnales sunt, piarum minarum illis bonitas exhibetur. Quod tale est, ac si dicat: Quia virtutis personam petitis, sub ejus disciplina vacare vitae otio non potestis. Quare et equites r... [truncated]

(I Reg. VIII, 12.) Et constituet sibi tribunos, et centuriones.

Pero, sin embargo, cuando los sacerdotes viven mal, no han de ser juzgados por los laicos. Dignamente, pues, reciben a uno más indigno los que presumieron arrojar indignamente a un indigno. Pues de los hijos de Samuel se dice: Recibieron dones y pervirtieron los juicios. Pero de aquel rey que los hijos de Israel piden, se profieren amenazas muy terribles, porque se dice: Tomará vuestros campos y olivares, y los dará a sus siervos (1 Sam... [truncated]

(1 Sam. 10, 25.) Habló Samuel al pueblo la ley del reino, y la escribió en un libro y la depositó ante el Señor.

4. ¿Qué es que se diga que los hijos de los israelitas han de ser puestos en los carros del rey? Pero los carros de los prelados de la santa Iglesia son sus deseos devotos. Pues mientras apetecen fervientemente los gozos celestiales, son llevados como en carros por las alturas. De aquí es que se afirma que Elías fue elevado al cielo en un carro de fuego (4 Rey. 2, 1): porque ciertamente no podrá ser elevado a los gozos celestiales quien no los busca por medio de altos y fervientes deseos. Cuando, pues, los buenos oyentes comienzan, por los ejemplos de los predicadores, a despreciar lo terreno y a amar lo eterno, ciertamente los hijos de los israelitas son puestos en los carros de los reyes. Y ha de notarse que se dice que son tomados y puestos en los carros: porque primero deben ser abstraídos de los deseos carnales, para que puedan bien ser inflamados por los fuegos del amor celestial. Los cuales deseos terrenos, ciertamente, porque no se abandonan fácilmente, se afirma que los hijos son tomados. Pues debe hacerse por una gran violencia que el oyente elegido abandone plenamente los deseos terrenos y se eleve sublimemente en las cosas celestiales. Sobre esta violencia, en efecto, dice el Señor: El reino de los cielos padece violencia, y los violentos lo arrebatan (Mt. 11, 12). Sobre esta dice Pablo: Nadie será coronado si no hubiere luchado legítimamente (2 Tim. 2, 5). Lo cual también se muestra latencialmente por estas palabras, porque se afirma que los hijos que son tomados son puestos no en asientos, sino en carros. En carro, ciertamente, acostumbraban luchar los antiguos. Pero también el que es llevado en carro, es conducido sublime y terrible contra el enemigo. Pues los varones elegidos son tanto más sublimes y terribles para los enemigos ocultos, cuanto más profundamente han progreso en la altura del amor interno. Son sublimes, ciertamente, porque hasta su intención no llega la sugerencia de los espíritus malignos. Son también terribles, porque tanto más fácilmente pueden reprobar sus consejos, cuanto por el vigor del afecto íntimo permanecen en la contemplación del gozo celestial. Esto, ciertamente, cuantas veces se dice a aquellos que todavía son carnales, se les exhibe la bondad de las piadosas amenazas. Lo cual es tal como si dijera: Porque pedís una persona de virtud, bajo su disciplina no podéis vacar al ocio de la vida. Por lo cual también los jinetes r... [truncated]

(1 Sam. 8, 12.) Y se constituirá para sí tribunos y centuriones.

5. Tribuni sunt, cum incipiunt: centuriones, cum in spiritali magisterio perficiuntur. Etenim, ut superius diximus, a centenario numero dicitur centurio. Tribuni etiam intelligi possunt spirituales viri, scientia simplices, sed amore Dei et proximi inflammati. Qui licet alta et spiritualia loqui nesciant, tamen per exempla electorum, quae norunt, ad amorem Conditoris, quos praevalent, accendere conantur. Tribus quidem cognatio, sive curia dicitur. Si ergo tribuni dicuntur a tribu, qui ad profectum proximorum sanctorum exempla proferunt, tribuni nominantur. Ad rusticitatem quidem nostram destruendam, velut curia veniunt, quando nobis illa proponunt, per quae sancti viri omnipotenti Deo placuere. Et cum plurimorum sanctorum proprias virtutes exponunt, quasi spiritualium cognationum nobilitatem nobis aperiunt. Centuriones ergo intelligi viri perfectiores possunt, qui praedicatorum magisterio dum bene proficiunt, eorum auditores atque cooperatores fiunt. De quibus profecto in Evangelio Dominus ait: Omnis scriba doctus in regno coelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera (Matth. XIII, 52). Tales quippe non solum operatione praecipui sunt, sed etiam verbi Dei scientia eruditi. Unde et ad spiritalis militiae conflictum cohortari proximos tanto utilius possunt, quanto et alta, quae praedicare sciunt, in opere virtutis ostendunt. Habent in eruditione verba, habent ad exempla simplicium opera: ut alta quae loquuntur sapientes, intelligant; et qui verborum secreta non vident in intimis, imitentur opera, quae vident foris. Centuriones ergo constituuntur, quando perfectione virtutis, culmen obtinent dignitatis: ut sublimiter vivant, et quo altius vivunt, utilius doceant.

6. Sed qui centuriones sunt, cum belli tempora ordinent, proficere debent: ut pacis etiam fructus ferre cognoscantur. Post tribunos ergo, et centuriones, agrorum fiunt aratores, et messores segetum; ut victorum jam corda vomere adhortationis aperiant, ex quibus uberius bonorum operum triticum metant. Velut in pace jam quidem arant, qui ea corda, quae spiritalia impugnamenta devicerant, ad exercenda opera pietatis excitant. Et segetes metunt, quando de divini verbi semine, quod in auditorum cordibus sparserant, electa opera prorupisse gratulantur. Velut enim de agro triticum falcibus metunt, quando amplexu charitatis, id de superna conversatione accipiunt, quo interna devotione satientur.

5. Son tribunos cuando comienzan: centuriones, cuando se perfeccionan en el magisterio espiritual. Pues, como dijimos arriba, del número centenario se dice centurión. Por tribunos también pueden entenderse varones espirituales, simples en ciencia, pero inflamados por el amor de Dios y del prójimo. Los cuales, aunque no sepan hablar cosas altas y espirituales, sin embargo, por los ejemplos de los elegidos que conocen, se esfuerzan por encender en el amor del Creador a quienes pueden. Ciertamente se llama tribu a la cognación o curia. Si, pues, se llaman tribunos por la tribu, los que para provecho de los prójimos proponen ejemplos de los santos, son llamados tribunos. Para destruir nuestra rusticidad, ciertamente, vienen como una curia, cuando nos proponen aquellas cosas por las cuales los varones santos agradaron a Dios omnipotente. Y cuando exponen las virtudes propias de muchísimos santos, nos abren como la nobleza de las cognaciones espirituales. Por centuriones, pues, pueden entenderse varones más perfectos, que mientras progresan bien por el magisterio de los predicadores, se hacen oyentes y cooperadores de ellos. De los cuales ciertamente dice el Señor en el Evangelio: Todo escriba instruido en el reino de los cielos es semejante a un padre de familia que saca de su tesoro cosas nuevas y viejas (Mt. 13, 52). Tales, en efecto, no sólo son principales en la obra, sino también eruditos en la ciencia de la palabra de Dios. De donde también tanto más útilmente pueden exhortar a los prójimos al conflicto de la milicia espiritual, cuanto muestran también en la obra de la virtud las cosas altas que saben predicar. Tienen palabras en la erudición, tienen obras para ejemplo de los simples: para que los sabios entiendan las cosas altas que dicen; y los que no ven los secretos de las palabras en lo íntimo, imiten las obras que ven fuera. Se constituyen, pues, centuriones cuando, por la perfección de la virtud, obtienen la cumbre de la dignidad: para que vivan sublimemente, y cuanto más alto vivan, más útilmente enseñen.

6. Pero los que son centuriones, cuando ordenan tiempos de guerra, deben progresar: para que se conozca que dan también frutos de paz. Después de los tribunos, pues, y de los centuriones, se hacen aradores de los campos y segadores de las mieses; para que abran los corazones de los ya vencidos con el arado de la exhortación, de los cuales sieguen más abundantemente el trigo de las buenas obras. Como en paz aran ya ciertamente quienes excitan a ejercitar las obras de piedad aquellos corazones que habían vencido las impugnaciones espirituales. Y siegan las mieses cuando se congratulan de que del germen de la palabra divina, que habían esparcido en los corazones de los oyentes, han brotado obras elegidas. Pues como siegan el trigo del campo con las hoces, cuando por el abrazo de la caridad reciben aquello de la conducta celestial con lo que se sacien en la devoción interna.

7. Sed quandiu in hac vita vivimus, in pace nulla possidemus. Antiquus etenim hostis, quia semper bene agentibus adversatur, necesse est semper nos ea quae bene agimus, defendamus. Quare et bene post aratores agrorum, et segetum messores, armorum fabri, et curruum regis fieri perhibentur. Arma et currus fabricant, ut ipsos agros quos excolunt, easque segetes quas metunt, defendant. Currum quippe fabricant, ut ad occursum adversariorum veloces sint: arma vero, ut sint potentes. Currum quidem conscendunt, ut magno impetu castra daemonum atterant; et, ut exstinguant quos impetunt, arma portant. In hac quippe currus sublimitate stabat, qui dicebat: Nostra conversatio in coelis est (Philip. III, 20). Unde et securus jam, qui superior cunctis suis hostibus apparebat, affirmans, ait: Nulla creatura poterit nos separare a charitate Christi (Rom. VIII, 39). Sed qui currum conscenderat, arma tenebat; unde et exponit, dicens: Ego autem sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo (I Cor. IX, 26, 27).

Quid ergo in hoc curru rectius exprimitur, quam rectae intentionis sublimitas? Currum ergo fabricare, est in mentibus auditorum altitudinem rectae intentionis erigere. Qui enim per exempla meliorum praedicationis ministerium sortiuntur, currus post aratri et messionis studium fabricant, quando bene agentes subditos docent, ut ex omnibus operibus bonis, quae agunt, sola aeterna retributionis praemia praestolentur. Terrena quidem despicere, nulla transitoria desiderare, aeterna diligere, atque ad illa magnis desideriis festinare, jam quidem sublimi currui praesidere est. De quibus nimirum curribus per Psalmistam dicitur: Currus Dei decem millibus multiplex, millia laetantium, Dominus in illis ascendit (Psal. LXVII, 18). Arma vero eorum, sunt acuta consilia, quibus tanto validius hostes feriunt, quanto celerius eorum astutias deprehendunt. Unde et quasi armatus ille potens loquebatur: Non ignoramus ejus astutias (II Cor. II, 11). Arma etiam fabricabat, cum dicebat: Et scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere, et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei (Ephes. VI, 16, 17).

7. Pero mientras vivimos en esta vida, nada poseemos en paz. Pues dado que el antiguo enemigo siempre se opone a los que actúan bien, es necesario que siempre defendamos aquellas cosas que hacemos bien. Por lo cual también, rectamente, después de los aradores de los campos y de los segadores de las mieses, se dice que son hechos los fabricantes de armas y de los carros del rey. Fabrican armas y carros para defender los mismos campos que cultivan y aquellas mieses que siegan. Fabrican, en efecto, un carro para ser veloces en el encuentro con los adversarios; pero armas, para ser potentes. Montan, ciertamente, el carro para desgastar los campamentos de los demonios con gran ímpetu; y llevan armas para extinguir a quienes atacan. En esta sublimidad del carro estaba, en efecto, aquel que decía: Nuestra conducta está en los cielos (Flp. 3, 20). De donde también ya seguro, aquel que aparecía superior a todos sus enemigos, afirmando dijo: Ninguna criatura podrá separarnos de la caridad de Cristo (Rom. 8, 39). Pero el que había montado el carro empuñaba armas; de donde también explica, diciendo: Mas yo así corro, no como a la ventura; así peleo, no como quien azota el aire, sino que castigo mi cuerpo y lo reduzco a servidumbre (1 Cor. 9, 26, 27).

¿Qué, pues, se expresa más rectamente en este carro que la sublimidad de la recta intención? Fabricar un carro, por lo tanto, es erigir en las mentes de los oyentes la altura de la recta intención. Pues los que por los ejemplos de los mejores obtienen el ministerio de la predicación, fabrican carros tras el estudio del arado y de la siega, cuando enseñan a los súbditos que actúan bien a esperar solamente los premios de la retribución eterna de todas las buenas obras que hacen. En efecto, despreciar las cosas terrenas, no desear nada transitorio, amar las cosas eternas y apresurarse hacia ellas con grandes deseos, es ya ciertamente presidir un carro sublime. Acerca de tales carros se dice, sin duda, por el Salmista: El carro de Dios es multiplicado por diez mil, miles de los que se alegran; el Señor asciende en ellos (Sal. 67, 18). Sus armas, en verdad, son consejos agudos, con los cuales golpean a los enemigos tanto más válidamente cuanto más rápido descubren sus astucias. De donde también hablaba como armado aquel poderoso: No ignoramos sus astucias (2 Cor. 2, 11). También fabricaba armas cuando decía: Y tomad el escudo de la fe, en el cual podáis extinguir todos los dardos de fuego del maligno, y el yelmo de la salud, y la espada del espíritu, que es la palabra de Dios (Ef. 6, 16, 17).

In illis quidem curribus, et armis positi electi, veloces atque potentes sunt. Veloces quidem: quia dum spiritualia cupiunt, nequitias spirituales in momento deprehendunt. Potentes vero sunt: quia dum ardentius summa desiderant, quidquid eis de imo saeculi amore suggeritur, pro nullo pensant: et quasi currus vecti pondere, in hostes magnum impetum habent, qui sanctis virtutibus, et acutis consiliis pleni, tentamenta omnia, quae ingeruntur, in momento destruunt. Nec vacat ab isto sensu, quod currus, dum per terram volvitur, et inferiorem partem levat sursum, et superiorem deprimit deorsum. Sic nimirum et sanctorum virorum recta intentio, dum de terrenis, quae agit, coelestia exspectat, velut partem, quam per terram trahit, ad summa dirigit. Et quia se tam de bono opere, quam de exspectatione aeternae retributionis in conspectu Conditoris humiliat, velut ad terram mergit partem, quam sursum levat. In rotis quippe suis currus noster incessanter volvitur, si de bono opere semper aeterna intendimus, et de omni profectus nostri altitudine humiles esse curamus.

Quae profecto arma, et currus tunc sunt regis, cum a praedicatorum sanctae Ecclesiae forma et doctrina discrepare minime videntur. Currus ergo et arma electi praedicatores fabricant, quando auditores suos ad supernam patriam festinare docent, et intentionis rectitudine et munitione virtutis.

Sed haec omnia, quae in profectu unius ostendimus, nihil obstat, si per se in pluribus distributa sentiamus. Electos quidem per virtutum gradus proficiscentes, ostendimus prius in curribus poni; deinde equites, et regalium quadrigarum praecursores ordinari; tribunos, centuriones, aratores, et messores constitui; ad extremum vero fabros armorum fieri. Sed quia sancta Ecclesia diversis electorum ministeriis utitur, qui vult, potest gratiarum dona singula ordinibus attribuere singulis, ut eorum quaeque sint propria illis, qui eorum affectibus strictius inseruntur.

8. Quid ergo est quod subdit: Filias Israelitarum unguentarias, et focarias, et panificas esse futuras?

Sed filiarum appellatione aliquando infirmitas, aliquando fecunditas designatur.

Puestos en aquellos carros y armas, ciertamente, los elegidos son veloces y potentes. Veloces, ciertamente: porque mientras desean las cosas espirituales, descubren en un momento las malicias espirituales. Pero son potentes: porque mientras desean más ardientemente las cosas supremas, consideran como nada cualquier cosa que se les sugiera desde el ínfimo amor del mundo: y como llevados por el peso de un carro, tienen un gran ímpetu contra los enemigos, quienes, llenos de santas virtudes y de consejos agudos, destruyen en un momento todas las tentaciones que se les presentan. Ni carece de este sentido el que el carro, mientras se desplaza por la tierra, levante hacia arriba la parte inferior y deprima hacia abajo la parte superior. Así, sin duda, también la recta intención de los varones santos, mientras de las cosas terrenas que hace espera las celestiales, dirige como hacia lo sumo la parte que arrastra por la tierra. Y porque se humilla en presencia del Creador tanto por la buena obra como por la expectativa de la retribución eterna, sumerge como hacia la tierra la parte que levanta hacia arriba. En sus ruedas, ciertamente, nuestro carro se desplaza incesantemente, si de la buena obra siempre pretendemos las cosas eternas, y de toda la altura de nuestro progreso nos cuidamos de ser humildes.

Tales armas y carros son, en efecto, entonces del rey, cuando se ve que no discrepan en nada de la forma y doctrina de los predicadores de la santa Iglesia. Por lo tanto, los predicadores elegidos fabrican carros y armas cuando enseñan a sus oyentes a apresurarse hacia la patria celestial, tanto por la rectitud de la intención como por la munición de la virtud.

Pero en todas estas cosas que hemos mostrado en el progreso de uno solo, nada obsta si las percibimos como distribuidas por sí mismas en muchos. Hemos mostrado que los elegidos, que progresan por los grados de las virtudes, son puestos primero en carros; luego son ordenados jinetes y precursores de las cuadrigas reales; constituidos tribunos, centuriones, aradores y segadores; y finalmente son hechos fabricantes de armas. Pero porque la santa Iglesia usa diversos ministerios de los elegidos, quien quiera puede atribuir cada uno de los dones de las gracias a cada uno de los órdenes, para que cada una de ellas sea propia de aquellos que se insertan más estrictamente en sus afectos.

8. ¿Qué es, pues, lo que añade: que tomará a las hijas de los israelitas para ser ungüentarias, y focarias, y panificas?

Pero con el nombre de hijas a veces se designa la debilidad, a veces la fecundidad.

Quae ergo Israelitarum filiae, nisi mentes electae sunt, ad divini verbi conceptum praeparatae? Quae regis unguentariae fiunt: quia dum praedicatoris sui institutione proficiunt, in se abundantem gratiam Spiritus sancti percipiunt, per quam mederi contritis cordibus salubriter possunt. Focariae etiam fiunt: quia dum fervore sancti Spiritus plenae sunt, exemplo suo proximorum corda in amorem Conditoris accendunt. Panificae fiunt, quando electas mentes verbi Dei alimento reficiunt. Unguentariae ergo fiunt filiae, quando vulnera peccatorum curant. Focariae, quando purgata a sordibus peccatorum corda, ad studium boni operis exemplo suae virtutis inflammant. Panificae vero sunt, quando proficientibus per exempla, non jam exempla proponunt, sed altae scientiae verba proferunt; ut velut solido cibo pasti, tanto fortius agant, quanto jam spiritaliter instructi, ferventius aeterna desiderant.

Sequitur: (Vers. 14.) Agros quoque vestros, vineas, et oliveta optima tollet, et dabit servis suis. 9. Quinam sunt agri, quae vineae, quae oliveta, quae jure praelatorum nobis auferuntur? Sed praedicatores sancti, quando ad correptionem peccatorum loquuntur, delectationes carnis, concupiscentias mentis, simulationes bonorum operum reprehendunt. Nam si carnis delectationes iniquae possessionis agri non essent, Apostolus nequaquam diceret: Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem (Gal. VI, 8). In carne quippe seminare, est propositum mentis obruere in delectationes corporis. Qui profecto corruptionem de carne metunt: quia in electorum resurrectione renovationem aeternae incorruptionis nequaquam recipiunt. Vinearum quoque appellatione mentis concupiscentiae recte figurantur: quia reproborum corda inebriant, et a cognitione veritatis alienant. Hujus vineae fructus vituperans Moyses, ait: Ex vinea Sodomorum, vinea eorum, et de suburbanis Gomorrhae: uva eorum, uva fellis, et botrus amarissimus (Deut. XXXII, 32). Ex Sodomorum quippe vinea vitem, ex Gomorrha ducit propaginem, qui nefandissimis concupiscentiis mentem replet. Quasi enim vineam facit, qui inde aeterna obliviscitur, unde et per concupiscentias debriatur; et qui se quasi sub umbra vineae, et amoenitate pravae delectationis refrigerat, aeterni sibi incendii retributionem parat. Unde apte nimis ejusdem vineae fructus exponens, uvam fellis, et botrum amaritudinis dixit. Uva quippe in visu est, fel in sapore: visum oblectans, gustum amaricans; quia nimirum reprobae menti valde placet, quod concupiscit, sed in aeterna poena, quod sibi modo est dulce, amarescit.

¿Quiénes son, pues, las hijas de los israelitas sino las mentes elegidas, preparadas para la concepción de la palabra divina? Las cuales se hacen ungüentarias del rey: porque mientras progresan por la instrucción de su predicador, perciben en sí la abundante gracia del Espíritu Santo, por la cual pueden sanar saludablemente los corazones contritos. También se hacen focarias: porque mientras están llenas del fervor del Espíritu Santo, encienden con su ejemplo los corazones de los prójimos en el amor del Creador. Se hacen panificas cuando recrean las mentes elegidas con el alimento de la palabra de Dios. Las hijas, pues, se hacen ungüentarias cuando curan las heridas de los pecados. Focarias, cuando inflaman los corazones, purificados de las suciedades de los pecados, al estudio de la buena obra por el ejemplo de su virtud. Pero son panificas cuando, para los que ya progresan mediante ejemplos, ya no proponen ejemplos, sino que profieren palabras de alta ciencia; para que, alimentados como con alimento sólido, actúen tanto más fuertemente cuanto que, ya instruidos espiritualmente, desean más fervientemente las cosas eternas.

Sigue: (Vers. 14.) También tomará vuestros campos, y viñas, y los mejores olivares, y los dará a sus siervos. ¿Quiénes son los campos, qué las viñas, qué los olivares que por el derecho de los prelados nos son quitados? Pero los predicadores santos, cuando hablan para la corrección de los pecados, reprenden las delicias de la carne, las concupiscencias de la mente, las simulaciones de las buenas obras. Pues si las delicias de la carne no fueran campos de inicua posesión, el Apóstol de ninguna manera diría: El que siembra en la carne, de la carne segará corrupción (Gál. 6, 8). Sembrar en la carne, ciertamente, es sepultar el propósito de la mente en las delicias del cuerpo. Los cuales ciertamente siegan corrupción de la carne: porque en la resurrección de los elegidos de ninguna manera reciben la renovación de la incorrupción eterna. Con el nombre de viñas también se figuran rectamente las concupiscencias de la mente: porque embriagan los corazones de los réprobos y los alejan del conocimiento de la verdad. Vituperando Moisés el fruto de esta viña, dice: De la viña de los sodomitas es la viña de ellos, y de los suburbios de Gomorra: su uva es uva de hiel, y su racimo amarguísimo (Deut. 32, 32). De la viña de los sodomitas, ciertamente, saca la vid, de Gomorra el sarmiento, quien llena la mente con nefandísimas concupiscencias. Pues hace como una viña quien olvida las cosas eternas por aquello de donde también se embriaga mediante las concupiscencias; y quien se refrigera como bajo la sombra de la viña y la amenidad de la depravada delicia, se prepara la retribución del incendio eterno. De donde, con demasiada propiedad exponiendo el fruto de la misma viña, dijo que era uva de hiel y racimo de amargura. Pues la uva está en la vista, la hiel en el sabor: deleitando la vista, amargando el gusto; porque sin duda agrada mucho a la mente réproba lo que codicia, pero en la pena eterna se amarga lo que ahora le es dulce.

Rex ergo nobis agros tollit, cum electus praedicator laetos in delectatione motus carnis nostrae loquendo subtrahit. Vineas tollit, cum debriantes concupiscentias a corde nostro penitus abscindit. Oliveta etiam tollit, cum falsae misericordiae opera reprehendit, cum recte exhortando suggerit, nullum esse meritum operis, nisi prodeat de proposito bonae intentionis.

10. Sed valde quaerendum est, cur dari servis regis asseruntur. Nam si haec nobis jure auferuntur, quinam erunt, quibus non indigne tribuantur? Quod tamen si subtiliter quaerimus, magnos in imperiis suis sanctos praedicatores nostros invenimus. Qui sunt ergo ii servi, nisi illi, de quorum capite ad beatum Job Dominus dicit: Nunquid accipies eum servum sempiternum (Job XL, 23)? Maligni namque spiritus servi sunt sanctorum hominum; sed in hac vita servi perpetui, in illa vero servi sempiterni. Quotidie namque hoc ingerunt, unde sancti viri coronentur. Nam cum ex praelio hujus vitae, aeternae gloriae victoria nobis praebeatur, qui contra nos ea bella innovant, quibus ad aeternam requiem ducimur, profecto nobis magna servitia impendunt. Servi quoque victorum sunt, testante veritate: A quo quis vincitur, ejus servus efficitur (II Petr. II, 19). Nam dum praelia contra eos, qui victuri sunt, excitant, serviunt eis, qui inde coronantur, unde ad tempus eorum praelia potenter excipiunt. Sed quia quod ad sanctorum gloriam proficit, malignis spiritibus crescit in damnationis augmentum, ablati agri, et vineae, et oliveta servis tribuuntur. De omni quidem malitia sua daemones in aeterna poena punientur. In congressione quidem occulti certaminis, quando electi vincunt, mala quae repellunt, suis hostibus tribuunt: quia isti, tanquam aurum in fornace (Sap. III, 6), probantur, illi pro reproba suggestione puniuntur. Agros ergo, vineas, et oliveta servi suscipiunt: quia cum peccatores ad vitam, praedicantibus doctoribus, redeunt, hoc etiam ad damnationis cumulum daemonibus proficit, quod poenitentes in culpa praeterita tandiu eorum fraude retenti sunt. Dantur etiam haec servis, quando officio praedicatoris conversi peccatores ad Dominum, agnoscunt quod in amore praeteritorum criminum fraude daemonum tenebantur.

El rey, pues, nos quita los campos cuando el predicador elegido, al hablar, sustrae los movimientos de nuestra carne que estaban alegres en la delicia. Quita las viñas cuando corta de raíz de nuestro corazón las concupiscencias embriagadoras. También quita los olivares cuando reprende las obras de falsa misericordia, cuando, exhortando rectamente, sugiere que no hay mérito alguno en la obra si no procede del propósito de la buena intención.

10. Pero debe preguntarse mucho por qué se afirma que son dados a los siervos del rey. Pues si estas cosas se nos quitan por derecho, ¿quiénes serán aquellos a quienes no se atribuyan indignamente? Pero si buscamos esto con sutileza, encontramos que nuestros santos predicadores son grandes en sus mandatos. ¿Quiénes son, pues, estos siervos sino aquellos de cuya cabeza dice el Señor al bienaventurado Job: ¿Acaso lo tomarás por siervo sempiterno (Job 40, 23)? Pues los espíritus malignos son siervos de los hombres santos; pero en esta vida siervos perpetuos, y en aquella, ciertamente, siervos sempiternos. Pues diariamente introducen aquello por lo cual los varones santos sean coronados. Pues como de la batalla de esta vida se nos ofrezca la victoria de la gloria eterna, quienes renuevan contra nosotros aquellas guerras por las cuales somos conducidos al descanso eterno, ciertamente nos prestan grandes servicios. También son siervos de los vencidos, según testifica la verdad: Por quien uno es vencido, de ese mismo se hace siervo (2 Pe. 2, 19). Pues mientras excitan batallas contra los que han de vencer, sirven a los que de ahí son coronados, de donde por un tiempo reciben potentemente sus batallas. Pero porque lo que aprovecha para la gloria de los santos crece para los espíritus malignos en aumento de condenación, los campos, viñas y olivares quitados son atribuidos a los siervos. De toda su malicia, ciertamente, los demonios serán castigados en la pena eterna. En el encuentro del combate oculto, cuando los elegidos vencen, los males que repelen los atribuyen a sus enemigos: porque aquellos, como oro en el horno (Sab. 3, 6), son probados, mientras que estos son castigados por la sugerencia réproba. Los siervos, pues, reciben los campos, viñas y olivares: porque cuando los pecadores vuelven a la vida, por la predicación de los doctores, esto también aprovecha para el cúmulo de la condenación de los demonios, el hecho de que los penitentes en la culpa pasada fueron retenidos por su fraude durante tanto tiempo. También se dan estas cosas a los siervos cuando los pecadores convertidos al Señor por el oficio del predicador reconocen que en el amor de los crímenes pasados eran retenidos por el fraude de los demonios.

11. Quid vero est, quod segetes, et vinearum reditus addecimari, et eunuchis famulis regis dari ea perhibentur? Sed segetes electorum addecimantur, quando excellentiora eorum opera colligimus, ut ea, ad exemplum fidelium producamus. Unus denique solus fuit, qui in se omnium virtutum plenitudinem habuit, cui se omnis plenitudo divinitatis corporaliter infudit (Coloss. I, 19). Nos autem, quia de plenitudine ejus omnes accepimus, dona gratiarum per partes divisas possidemus. Hinc Paulus ait: Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum, alteri fides in eodem spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum (I Cor. XII, 8). Denario vero numero, quia perfectus est, virtutes addecimamus, cum singulorum dona electorum colligimus, quae minores imitentur. Nam de Moyse scriptum est: Quia erat mitissimus super omnes homines terrae (Num. XII, 3). De Abraham quoque dicitur: Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad justitiam (Gen. XV, 6). Cum ergo mansuetudinem cum fide imitari volumus, necesse est ut de exemplo Moysi et Abrahae ad refectionem mentis nostrae, velut electarum segetum, cibi decimentur. Sic sic nimirum castitatem Joseph (Gen XXXIX, 8), sic Job patientiam (Job I, 21), sic zelum Phinees (Num XXV, 7) ad exemplum nostrum praedicatores proferunt: quia dum perfectorum virtutes ostendunt, velut electarum messium decimas congregant, quas bene proficientibus apponant. Unde et bene eunuchis et famulis eaedem frugum decimae dari praedicuntur. Eunuchi quippe sunt, qui animi virtute, omnia in se libidinis fomenta contriverunt. De quibus nimirum in Evangelio Dominus dicit: Sunt eunuchi, qui castraverunt se propter regnum coelorum (Matth. XIX, 12). Famuli sunt, qui adhuc studiis vitae activae sub aliena cura inserviunt, et ad altitudinem charitatis liberi adhuc exire non possunt. Qui et apud Moysen sex annis servire dominis suis debere inveniuntur (Exod. XXI, 2), ut septimo liberi egrediantur: quia nimirum prius debent perfecti esse in opere, ut ordinate in summa contemplatione exire valeant. Eunuchis ergo famulis doctor messium decimas tribuit, quando ii, qui in candore castitatis obediunt sibi, opera majorum electa sequuntur. Vinearum etiam decimas tribuit, cum eis, quam mira charitate Patres nostri Deum et proximum dilexerunt, ostendit; ut et ipsi etiam ejusdem charitatis abundantia repleri studeant, ac velut ebrii, praeteritorumque obliti, sola futura diligant, atque ad illa ferventer currere non omittant.

11. Pero, ¿qué es eso de que las mieses y los frutos de las viñas han de ser diezmados, y que se dice que han de ser dados a los eunucos y siervos del rey? Pero las mieses de los elegidos son diezmadas cuando recogemos sus obras más excelentes, para proponerlas como ejemplo de los fieles. Finalmente, hubo uno solo que tuvo en sí la plenitud de todas las virtudes, en quien se infundió corporalmente toda la plenitud de la divinidad (Col. 1, 19). Pero nosotros, porque todos hemos recibido de su plenitud, poseemos los dones de las gracias divididos por partes. De aquí dice Pablo: A uno, ciertamente, por el espíritu, le es dada palabra de sabiduría; a otro, palabra de ciencia... a otro, géneros de lenguas; a otro, interpretación de sermones... a otro, fe en el mismo espíritu; a otro, operación de virtudes; a otro, profecía; a otro, discreción de espíritus (1 Cor. 12, 8). Pero por el número denario, porque es perfecto, diezmamos las virtudes cuando recogemos los dones de cada uno de los elegidos, para que los menores los imiten. Pues de Moisés está escrito: Que era el más manso sobre todos los hombres de la tierra (Núm. 12, 3). De Abraham también se dice: Creyó Abraham a Dios, y le fue reputado a justicia (Gén. 15, 6). Cuando, pues, queremos imitar la mansedumbre con la fe, es necesario que del ejemplo de Moisés y de Abraham se diezmen alimentos para la refección de nuestra mente, como de mieses elegidas. Así, ciertamente, la castidad de José (Gén 39, 8), así la paciencia de Job (Job 1, 21), así el celo de Finés (Núm 25, 7) proponen los predicadores para nuestro ejemplo: porque mientras muestran las virtudes de los perfectos, congregan como los diezmos de las cosechas elegidas, para ponerlos ante los que progresan bien. De donde también rectamente se predice que esos mismos diezmos de los frutos serán dados a los eunucos y siervos. Pues son eunucos quienes, por la virtud del ánimo, han triturado en sí todos los fomentos de la liviandad. De los cuales sin duda dice el Señor en el Evangelio: Hay eunucos que se castraron a sí mismos por el reino de los cielos (Mt. 19, 12). Siervos son los que todavía sirven en los estudios de la vida activa bajo cuidado ajeno, y todavía no pueden salir libres hacia la altura de la caridad. Los cuales también se encuentran en Moisés que deben servir a sus señores por seis años (Éx. 21, 2), para que al séptimo salgan libres: porque sin duda primero deben ser perfectos en la obra, para que puedan salir ordenadamente a la suma contemplación. El doctor, pues, atribuye los diezmos de las mieses a los eunucos y siervos cuando estos, que le obedecen en la blancura de la castidad, siguen las obras elegidas de los mayores. También atribuye los diezmos de las viñas cuando les muestra con qué admirable caridad nuestros Padres amaron a Dios y al prójimo; para que también ellos mismos procuren llenarse de la abundancia de la misma caridad, y como ebrios y olvidados de las cosas pasadas, amen solo las futuras y no omitan correr fervientemente hacia ellas.

12. Post ista vero omnia servi Israelitarum, et ancillae, juvenes optimi tollendi praedicuntur, atque in regis opere ponendi. Qui sunt servi carnalium, nisi qui, malorum exemplo, diuturna consuetudine sic depravati sunt, ut colla mentis sub jugo nequissimae imitationis perpetuo subdidisse videantur? Servi ergo illorum tolluntur, quando electorum praedicatorum studio illi etiam peccata deserunt, qui reprobae imitationi carnalium vehementer subdi videbantur. Qui etiam juvenes optimi dicuntur. Juvenes quidem sunt, quia in malo fortes; optimi etiam dicuntur, quia caeteris peccatoribus nequiores sunt. Quibus nimirum per prophetam dicitur: Vae qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem (Isai. V, 22). Vinum denique bibunt, qui deliberatione mentis, fervorem concupiscentiae praecipitanter excipiunt, et ebrietatem miscent; quia dum inflammantur concupiscentiarum ardoribus, ad vias rectitudinis, perdita ratione, redire nesciunt. Potentes vero et fortes tam ad bibendum, quam ad miscendam ebrietatem sunt, ut pro ferventi proposito mali velut optimi servi esse doceantur. Hos optimos juvenes item divinitus sermo demonstrat, cum diaboli aviditatem exponit, dicens: Esca ejus electa (Habac. I, 16). Nam antiquus hostis in eorum nequitia valde reficitur, qui nequissimis nequiores sunt.

13. Ancillarum vero nomine illa nequissima peccatorum conditio designatur, qui per iniquitatem valde sunt pessimi, et aliis praebent exempla pravitatis. Velut enim ancillae servos pariunt, dum magnae iniquitatis non sunt solum operariae, sed etiam matres. Quia vero sanctorum praedicatione tales etiam convertuntur, qui magna postmodum omnipotenti Deo servitia impendunt, apte servi et ancillae dicuntur auferri, et in opere regis poni. Annon tunc ancillam rex regum tulit, quando de illa magna peccatrice dixit: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum (Luc. VII, 47)? Et hanc in opere suo posuit, quando in castellum intravit, et eum illa in domo sua recepit (Luc. X, 38). Hanc etiam in opere suo posuit; quia resurgens a mortuis, ei praedicationem suae resurrectionis injunxit (Marc. XVI, 7). Servum quoque tulit, quando a telonei lucro Matthaeum ad se sequendum vocavit. In opere suo hunc etiam posuit, quia ei in domo sua convivium praebuit, et Aethiopiae praedicatorem, conversi orbis Evangelistam fecit (Matth IX, 9; Marc I, 14; Luc V, 27). Quia ergo praedicatorum ministerio hi etiam ad Dominum redeunt, de quorum salute humana cogitatio desperare poterat, bene servi et ancillae et optimi juvenes in regis opere ponendi describuntur.

12. Pero tras todas estas cosas se predice que han de ser tomados los siervos de los israelitas, y las criadas, y los jóvenes óptimos, y puestos en la obra del rey. ¿Quiénes son los siervos de los carnales sino quienes, por el ejemplo de los malos, han sido tan depravados por la larga costumbre que parecen haber sometido perpetuamente los cuellos de la mente bajo el yugo de la nequísima imitación? Los siervos de aquellos, pues, son tomados cuando por el estudio de los predicadores elegidos abandonan los pecados también aquellos que parecían estar vehementemente sometidos a la réproba imitación de los carnales. Los cuales también son llamados jóvenes óptimos. Son jóvenes, ciertamente, porque son fuertes en el mal; también son llamados óptimos porque son más inicuos que los demás pecadores. A los cuales sin duda se les dice por el profeta: ¡Ay de vosotros que sois poderosos para beber vino, y varones fuertes para mezclar la embriaguez! (Is. 5, 22). Beben vino, finalmente, quienes por deliberación de la mente reciben precipitadamente el fervor de la concupiscencia, y mezclan la embriaguez; porque mientras se inflaman con los ardores de las concupiscencias, perdida la razón, no saben volver a los caminos de la rectitud. Pero son poderosos y fuertes tanto para beber como para mezclar la embriaguez, de modo que por el ferviente propósito del mal son enseñados a ser como los mejores siervos. A estos jóvenes óptimos los demuestra igualmente el sermón divino cuando expone la avidez del diablo, diciendo: Su comida es elegida (Hab. 1, 16). Pues el antiguo enemigo se recrea mucho en la iniquidad de aquellos que son más inicuos que los más inicuos.

13. Pero con el nombre de ancilas (criadas) se designa aquella nequísima condición de los pecadores que por la iniquidad son muy malos, y ofrecen a otros ejemplos de depravación. Pues como criadas paren siervos, mientras no solo son operarias de una gran iniquidad sino también madres. Pero porque por la predicación de los santos tales personas también se convierten, las cuales después prestan grandes servicios al Dios omnipotente, con propiedad se dice que los siervos y las criadas son arrebatados y puestos en la obra del rey. ¿Acaso no tomó entonces una criada el Rey de reyes cuando dijo de aquella gran pecadora: Muchos pecados le son perdonados, porque amó mucho (Lc. 7, 47)? Y la puso en su obra cuando entró en un castillo y ella lo recibió en su casa (Lc. 10, 38). También la puso en su obra porque, resucitando de entre los muertos, le encomendó la predicación de su resurrección (Mc. 16, 7). También tomó a un siervo cuando llamó a Mateo del lucro del telonio para seguirle. En su obra también lo puso, porque le ofreció un banquete en su casa, y lo hizo predicador de Etiopía, Evangelista del orbe convertido (Mt 9, 9; Mc 1, 14; Lc 5, 27). Porque, pues, por el ministerio de los predicadores estos también vuelven al Señor, de cuya salvación el pensamiento humano podía desesperar, con razón los siervos, las criadas y los jóvenes óptimos son descritos como destinados a ser puestos en la obra del rey.

14. Possunt servorum et ancillarum nomine, motus cordis et affectiones intelligi. Nam quando nobis reproba suggerunt, servi sunt: quando affectiones mentis pravorum motuum suggestionibus substerni appetunt, ancillae. Tunc quidem necesse est, ut per rigorem propositi utrisque dominemur. Servos nostros et ancillas praedicatores tollunt, cum motus cordium nostrorum, et affectiones instruunt, qualiter ad Dei servitium dirigantur. In opere regis ponunt, quando jam idem Dei omnipotentis servitium, quod eorum magisterio didicimus, exercemus. Quare et in asinis quid aptius, quam lascivi motus animae figurantur? In opere autem regis ponuntur, quando illa mens, quae pravis cogitationibus moveri ad lasciviam solebat, praedicatione doctoris proficit, et affectus suos in appetitu imitandae castitatis ponit. Possunt servorum et ancillarum et asinorum nomine designari, qui saecularibus hominibus corporalia obsequia fortiter impendunt. Sed in opere regis ponuntur; quia conversi ad Dei omnipotentis servitium, spiritualia tanto devotius pro aeterna retributione tolerant, quanto clarius agnoscunt, quia magna sine fructu tolerabant. Greges etiam rex addecimare dicitur: quia quisquis omnipotenti Deo placere appetit, oportet, ut mundus sit per innocentiam, et studio boni operis intentus. Per illud quidem arbor est bona, per istud etiam fructus facit. Quia vero multis utimur, ut servare innocentiam, et bona opera exhibere valeamus, ipsae cogitationum innocentium turbae greges nostri sunt. Quid ergo est, quod addecimantur, nisi quia cogitationum subtilitas facile non videtur? Nam saepe bona nos cogitare putamus, quae subtiliter discussa, bona non sunt. Addecimari ergo greges debent, ut illud solum regii juris sit, quod denario numero continetur. Quod in nobis tunc bene agitur, cum praedicatorum nostrorum magisterio discimus, perfecti esse non solum exhibitione operis, sed etiam in exquisitione cogitationis. Ad extremum vero dicitur: (Vers. 17.) Vosque eritis ei servi.

15. Ut videlicet sic ejus juri se subditos sciant, ut ejus mandata praeterire non audeant. Hanc profecto regiam dominationem volebat Dominus statuere, cum dicebat: Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum in caelis; et quodcunque solveris super terram, erit solutum in caelis (Matth. XVI, 19). Hanc etiam potestatem exigebat a subditis, qui dicebat: Si quis evangelizaverit vobis aliud, quam ego evangelizavi vobis, anathema sit (Gal. I, 8). Hinc item Dominus discipulos mittens in praedicationem, dicit: Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit (Luc. X, 16).

14. Pueden entenderse por el nombre de siervos y criadas los movimientos del corazón y los afectos. Pues cuando nos sugieren cosas réprobas, son siervos; cuando los afectos de la mente desean someterse a las sugerencias de los movimientos depravados, son criadas. Entonces ciertamente es necesario que dominemos a ambos por el rigor del propósito. Los predicadores se llevan a nuestros siervos y criadas cuando instruyen los movimientos de nuestros corazones y los afectos sobre cómo han de ser dirigidos al servicio de Dios. Los ponen en la obra del rey cuando ya ejercemos el mismo servicio de Dios omnipotente que aprendimos por su magisterio. Por lo cual también, ¿qué se figura más propiamente en los asnos que los movimientos lascivos del alma? Pero son puestos en la obra del rey cuando aquella mente, que solía moverse a la lascivia por pensamientos depravados, progresa por la predicación del doctor y pone sus afectos en el deseo de imitar la castidad. Pueden ser designados por el nombre de siervos, criadas y asnos quienes prestan fuertemente servicios corporales a hombres seculares. Pero son puestos en la obra del rey porque, convertidos al servicio de Dios omnipotente, toleran las cosas espirituales tanto más devotamente por la retribución eterna cuanto más claramente reconocer que toleraban grandes cosas sin fruto. También se dice que el rey diezma las greyes: porque quien desea agradar al Dios omnipotente debe ser limpio por la inocencia e intenso en el estudio de la buena obra. Por lo primero, ciertamente, el árbol es bueno; por lo segundo, también da fruto. Pero porque nos servimos de muchas cosas para poder guardar la inocencia y exhibir buenas obras, las mismas multitudes de pensamientos inocentes son nuestras greyes. ¿Qué es, pues, eso de que son diezmadas, sino porque la sutileza de los pensamientos no se ve fácilmente? Pues a menudo pensamos que pensamos cosas buenas que, discutidas sutilmente, no son buenas. Deben, pues, ser diezmadas las greyes, para que solo aquello sea de derecho real lo que se contiene en el número denario. Lo cual se hace bien en nosotros entonces, cuando por el magisterio de nuestros predicadores aprendemos a ser perfectos no solo en la exhibición de la obra sino también en la búsqueda del pensamiento. Pero al final se dice: (Vers. 17.) Y vosotros seréis sus siervos.

15. Para que, a saber, así se sepan sujetos a su derecho, que no se atrevan a pasar por alto sus mandatos. Esta dominación real quería ciertamente establecer el Señor cuando decía: Todo lo que atares sobre la tierra, será atado en los cielos; y todo lo que desatares sobre la tierra, será desatado en los cielos (Mt. 16, 19). Esta misma potestad exigía de los súbditos aquel que decía: Si alguno os evangelizare algo distinto de lo que yo os he evangelizado, sea anatema (Gál. 1, 8). De aquí igualmente el Señor, enviando a los discípulos a la predicación, dice: Quien os oye a vosotros, a mí me oye; y quien os desprecia a vosotros, a mí me desprecia (Lc. 10, 16).

Hinc de Judaeae praedicatoribus eisdem discipulis Dominus dicit: Quaecunque dixerint vobis, facite (Matth. XXIII, 3). Servi ergo regum nostrorum sumus, quando sic praelatorum nostrorum imperio subdimur, ut praeter eorum auctoritatem agere nulla praesumamus. Quia ergo eis praesunt, qui in virtute obedientiae suas virtutes roborant, in fine regii juris dicitur: Vosque eritis ei servi: ut fideles subditi, tunc etiam se subditos praedicatorum praecepto debere esse cognoscant, quando per virtutum profectum, ad perfectionis culmina perducuntur. Quod etiam eisdem verbis ipsa Veritas discipulos edocens, ait: Cum feceritis haec omnia, dicite: Servi inutiles sumus (Luc. XVII, 10).

Verumtamen, quia carnalibus ista loquebatur, adjunxit, dicens (Vers. 18.) Et clamabitis in die illa a facie regis, et non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem.

16. Qui regem petierant, a facie regis clamant, quando ii, qui agere spiritualem vitam sub bono rectore voverant, ejusdem vitae relinquere labores tentant. Facie quidem omnes agnoscuntur. Facies ergo regis est cognita conversatio, et eruditio boni praedicatoris. Qui nimirum, quia dura et aspera pro aeterna vita agunt, et dura praecipiunt, eorum vitam atque doctrinam carnales subditi non imitari, sed fugere conantur. Faciem quippe regis tunc vident qui regem petierant, cujus aspectum ignorabant; quia in praelato suo coelestis itineris districtio, quam sit laboriosa, considerant, quam velut rem facilem, ante quam cognoscerent, appetebant. Tunc a facie regis clamant, qui regem petierunt; quia dum carnalis vitae deserere morem nolunt, ejus quem sibi praeesse voluerunt, optimi pastoris sui laudabilem imitationem effugere nituntur. Et quia caeco corde lucem videre non possunt, ad Dominum clamant, id est, ut evadere spirituale jugum Dei possint, Dominum obsecrant. Sed non exaudit eos Dominus in die illa. Quae est dies illa, qua reprobi subjecti Dominum obsecrant, nisi intentio vanae prosperitatis? Non exaudiuntur; quia profecto per divinam gratiam nunquam fit, ut bonis rectoribus semel promissa subjectio, libera egredi ad mundi delectationes possit. Quare et causam subjunxit, dicens: (Vers. 18.) Quia petistis vobis regem.

17. Quasi dicat: Pastoribus spiritalibus promissa subjectio indissolubilis est. Facile quidem vobis regem petitis: sed quia dignitas regia gravis est, eorum potestatem effugere facile non potestis. Hoc quia ad historiam dicimus, notandum esse censemus, quia omnipotens Deus, dum jus regis praedicit, religiosis praepositis formam institutionis impendit. Quare? Ut qui arctissimam conversationis viam imperant, noviter accedentibus facile aditum non impendant.

De aquí, acerca de los predicadores de Judea, dice el Señor a los mismos discípulos: Todo lo que os dijeren, hacedlo (Mt. 23, 3). Somos, pues, siervos de nuestros reyes cuando de tal modo nos sometemos al imperio de nuestros prelados que no presumimos hacer nada fuera de su autoridad. Porque, pues, presiden a los que en la virtud de la obediencia robustecen sus virtudes, al final del derecho real se dice: Y vosotros seréis sus siervos: para que los súbditos fieles entonces también reconozcan que deben estar sujetos al precepto de los predicadores cuando, por el progreso de las virtudes, son conducidos a las cumbres de la perfección. Lo cual también, enseñando la misma Verdad a los discípulos con las mismas palabras, dice: Cuando hubiereis hecho todas estas cosas, decid: Siervos inútiles somos (Lc. 17, 10).

Sin embargo, porque hablaba estas cosas a los carnales, añadió diciendo: (Vers. 18.) Y clamaréis en aquel día ante la faz del rey, y no os oirá el Señor en aquel día, porque pedisteis para vosotros un rey.

16. Quienes habían pedido un rey claman ante la faz del rey cuando aquellos que habían prometido llevar una vida espiritual bajo un buen rector intentan abandonar las labores de la misma vida. Por la faz, ciertamente, todos son reconocidos. La faz del rey es, pues, la conocida conducta y la erudición de un buen predicador. Los cuales, sin duda, porque llevan una vida dura y áspera por la vida eterna, y mandan cosas duras, los súbditos carnales no intentan imitar su vida y doctrina, sino huir de ella. Ven ciertamente la faz del rey entonces quienes habían pedido un rey, cuyo aspecto ignoraban; porque consideran en su prelado cuán laboriosa es la estrechez del camino celestial, la cual deseaban como una cosa fácil antes de conocerla. Entonces claman ante la faz del rey quienes pidieron un rey; porque mientras no quieren abandonar la costumbre de la vida carnal, se esfuerzan por escapar de la laudable imitación de su óptimo pastor, al que quisieron que les presidiera. Y porque con el corazón ciego no pueden ver la luz, claman al Señor, esto es, para que puedan evadir el yugo espiritual de Dios, suplican al Señor. Pero no los oye el Señor en aquel día. ¿Cuál es aquel día en que los súbditos réprobos suplican al Señor sino la intención de una vana prosperidad? No son oídos; porque ciertamente por la gracia divina nunca sucede que la sujeción una vez prometida a los buenos rectores pueda salir libre hacia las delicias del mundo. Por lo cual también añadió la causa, diciendo: (Vers. 18.) Porque pedisteis para vosotros un rey.

17. Como si dijera: La sujeción prometida a los pastores espirituales es indisoluble. Fácilmente pedís para vosotros un rey; pero porque la dignidad real es pesada, no podéis escapar fácilmente de su potestad. Porque decimos esto respecto a la historia, consideramos que debe notarse que el Dios omnipotente, mientras predice el derecho del rey, otorga a los superiores religiosos una forma de institución. ¿Por qué? Para que quienes mandan la vía estrechísima de conducta no otorguen fácilmente el acceso a los que se acercan de nuevo.

Quare et ejusdem arctissimae vitae magister optimus, summae veritatis discipulus eruditus praecipit, dicens: Probate spiritus, si ex Deo sint (I Joan. IV, 1). Et item: Nuntientur ei dura et aspera, per quae itur ad Deum, ut sciat ad quod intrat. Praedicat ergo Dominus jus regis, dicat, sciat omnia, quales carnales futuri sunt in ejus observatione: et ut ad vitam virtutis debiles facile non accedant, fortes praepositi facile debiles nequaquam accipiant. Celeritas quidem conversionis plerumque oritur ex praecipitatione consilii, non ex incremento devotionis. Nam cum infirmi fortia promittunt, non est expertum robur animi, sed confusio discretionis. Quos omnes sub unius denotatione sapiens admonet, qui dicit: Super te onus ne levaveris. Qui ergo in regularis vitae forti proposito aliis praesunt, tanto discretius debent ad eamdem vitam conversos recipere, quanto et utilius praenoscendum est, accedentium petitio ex virtute sit animi, an ex praecipitatione voluntatis. Nam qui in suis actibus faciles sunt, solent instanter vitae spiritalis asperitatem appetere, ut videantur magna animi virtute, quod expetunt, desiderare.

(Vers. 19, 20.) Noluit autem populus audire vocem Samuelis, et dixerunt: Nequaquam, sed rex erit super nos, et erimus nos quoque sicut omnes gentes, et judicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis. Hoc quia superius late expositum est, in eorum exquisitione otiose retinemur. Sequitur: (Vers. 21.) Et audivit Samuel omnia verba populi, et locutus est ea in auribus Domini.

18. Audire vocem populi, est quae sanctae conversationis habitum petentes, exterius dicant agnoscere. Nam velut solam accedentium vocem audimus, cum scimus quae exterius asserunt: sed quales inter sponsionis assertiones futuri sint, non videmus. Loqui ergo ea in auribus Domini debemus, ut ipse sponsionis verba suscipiat: qui dum verba audit, corda discutit, et ex textu profectionis, usuras exquirit robusti operis. Hoc namque novitiorum nostrorum mentes audiant, et expavescant: quia videlicet quod nobis dicunt, in auribus Domini loquimur. Nam quod coram nobis promittunt, Deo offerimus, ut ipse jam de manibus nostris teneat, quod exquirat. Quae profecto libertas rectoris, est obligatio subditi: quia tanto districtiori sententiae subditur, quanto apertius scire potest: quia de eo, quod respondet, omnipotenti Deo reddere rationem debet. Cum ergo ea quae novitii promittunt, Deo offerimus, quasi chirographum, quod nobis faciunt, illi damus. Et quia latenter hoc agitur, in auribus Domini Samuel ea, quae populus dixerat, locutus fuisse perhibetur. In auribus quippe amicorum loquimur, quando ea quae dicimus, extraneis celamus.

Por lo cual también el óptimo maestro de la misma vida estrechísima, el instruido discípulo de la suma verdad, manda diciendo: Probad los espíritus si son de Dios (1 Jn. 4, 1). And likewise: Let the hard and rough things be announced to him, through which one goes to God, so that he may know to what he enters. Predica, pues, el Señor el derecho del rey, diga, sepa todas las cosas, cómo han de ser los carnales en su observancia; y para que los débiles no accedan fácilmente a la vida de la virtud, los superiores fuertes de ninguna manera reciban fácilmente a los débiles. La celeridad de la conversión nace frecuentemente de la precipitación del consejo, no del incremento de la devoción. Pues cuando los enfermos prometen cosas fuertes, no es fuerza probada del ánimo, sino confusión de la discreción. A todos los cuales el sabio amonesta bajo una sola denotación, el cual dice: No levantes una carga sobre ti. Por tanto, quienes en el fuerte propósito de la vida regular presiden a otros, deben recibir tanto más discretamente a los conversos a la misma vida cuanto más útil es preconocer si la petición de los que acceden es por la virtud del ánimo o por la precipitación de la voluntad. Pues quienes son ligeros en sus actos, suelen desear instantes la aspereza de la vida espiritual, para que parezca que desean con gran virtud de ánimo lo que piden.

(Vers. 19, 20.) Pero el pueblo no quiso oír la voz de Samuel, y dijeron: De ninguna manera, sino que habrá un rey sobre nosotros, y seremos nosotros también como todas las gentes, y nos juzgará nuestro rey, y saldrá ante nosotros, y peleará nuestras batallas por nosotros. Porque esto ha sido expuesto extensamente arriba, nos detenemos ociosamente en su investigación. Sigue: (Vers. 21.) Y oyó Samuel todas las palabras del pueblo, y las habló a los oídos del Señor.

Oír la voz del pueblo es reconocer lo que dicen exteriormente quienes piden el hábito de la santa conducta. Pues oímos como si fuera solo la voz de los que acceden cuando sabemos lo que afirman exteriormente; pero cómo han de ser entre las afirmaciones de la promesa, no lo vemos. Debemos, pues, hablar esas cosas a los oídos del Señor, para que él mismo reciba las palabras de la promesa; el cual, mientras oye las palabras, discute los corazones, y del texto del progreso busca los intereses de una obra robusta. Oigan esto las mentes de nuestros novicios y se espanten: porque a saber, lo que nos dicen a nosotros, lo hablamos a los oídos del Señor. Pues lo que prometen ante nosotros, lo ofrecemos a Dios, para que él mismo tenga ya de nuestras manos lo que ha de buscar. Lo cual es ciertamente libertad del rector y obligación del súbdito; porque es sometido a una sentencia tanto más estrecha cuanto más claramente puede saber que, de aquello que responde, debe dar razón al Dios omnipotente. Cuando, pues, ofrecemos a Dios lo que los novicios prometen, le damos como un quirógrafo que nos hacen a nosotros. Y porque esto se hace ocultamente, se dice que Samuel habló a los oídos del Señor lo que el pueblo había dicho. Hablamos, en efecto, a los oídos de los amigos cuando ocultamos a los extraños lo que decimos.

Sequitur: (Vers. 21.) Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, et constitue super eos regem.

19. Superius propheta futura prospiciens, ait: Clamabitis ad Dominum, et non exaudiet, quia petistis vobis regem. Nunc vero Dominus dicit: Audi vocem eorum, et constitue super eos regem (I Reg. VIII, 18). Quid per hoc nobis ostenditur, nisi quod saepe bonis rectoribus sanctae Ecclesiae divinitus inspiratur, ut coelestis vitae studiis eos subdant, qui sub disciplina ejusdem professionis postea devoti non sunt? Qui profecto postea a facie regis clamaturi sunt, et tamen divino praecepto regem recipiunt: quia divinitus inspirantur ad servitutem Dei devote accedere, quos in augmento mercedis aeternae pastorum sollicitudo magni laboris, sub ejusdem servitutis vinculo debeat cohibere. Ad Dominum nempe clamare dicuntur, a facie regis sui: sed quid a Domino missus propheta respondeat, ipsi reges audiant, ut quid agere debeant, inter ipsos clamores sciant. Non, inquit, exaudiet vos. Ergo nec ipsi exaudire debent. Qui enim in sanctis monasteriis sunt tepidi, medendi sunt, quasi aegri; non sunt ejiciendi, ut mortui. Nam si a Domino missi sunt, inter spiritualium unguentorum fomenta resipiscent. Dicat ergo Dominus: Constitue super eos regem: quia profecto nonnulli ad servitutem Dei veniunt devoti, qui et refrigescere permittuntur, sed pastorum studio, quorum se praecepto subdiderant divina inspiratione, ad amorem coelestis patriae recalescunt.

Sed jam qualis pastor ad haec sit idoneus, exponit, dicens: (I Reg. IX, 1, 2.) Erat vir de Benjamin, nomine Cis, filius Abiel, filii Seror, filii Bechorath, filii Aphia, filii viri Jemini fortis robore. Et erat illi filius vocabulo Saul, electus et bonus, et non erat vir de Israel melior illo, ab humero et sursum eminebat super omnem populum.

20. Quid est, quod cum rex constituendus ostenditur, patrum nomina praedicantur: nisi quia indigne assumitur ad principatum sanctae Ecclesiae, qui sanctorum Patrum in moribus nobilitatem non tenet? Sex autem patrum nomina assignantur, ut sanctae conversationis eorum in bona actione perfectio designetur. Sex enim diebus mundus conditus est, sex aetatibus consummatur. Sex ergo sunt patres, qui in genealogiae ordine electorum pastorum sanctae Ecclesiae nominantur: quia nimirum illorum sunt per imitationem filii, qui in forma sequentium culmen obtinent perfectionis.

Sigue: (Vers. 21.) Dijo, pues, el Señor a Samuel: Oye su voz, y constituye sobre ellos un rey.

19. Arriba el profeta, previendo las cosas futuras, dice: Clamaréis al Señor, y no os oirá, porque pedisteis para vosotros un rey. Pero ahora el Señor dice: Oye su voz, y constituye sobre ellos un rey (1 Rey. 8, 18, 22). ¿Qué se nos muestra por esto sino que a menudo se inspira divinamente a los buenos rectores de la santa Iglesia que sometan a los estudios de la vida celestial a quienes después no son devotos bajo la disciplina de la misma profesión? Los cuales ciertamente después han de clamar ante la faz del rey, y sin embargo por precepto divino reciben un rey: porque son inspirados divinamente a acceder devotamente al servicio de Dios aquellos a quienes la solicitud de los pastores, con gran trabajo, debe cohibir bajo el vínculo del mismo servicio para el aumento de la recompensa eterna. Se dice que claman al Señor ante la faz de su rey: pero oigan los mismos reyes lo que responde el profeta enviado por el Señor, para que sepan qué deben hacer entre esos mismos clamores. No, dice, os oirá. Por tanto, tampoco ellos mismos deben oír. Pues quienes en los santos monasterios son tibios, deben ser sanados como enfermos; no deben ser echados como muertos. Pues si son enviados por el Señor, revivirán entre los fomentos de los ungüentos espirituales. Diga, pues, el Señor: Constituye sobre ellos un rey: porque ciertamente algunos vienen devotos al servicio de Dios que también se permiten enfriar, pero por el estudio de los pastores, a cuyo precepto se habían sometido por inspiración divina, vuelven a calentarse en el amor de la patria celestial.

Pero ya expone qué clase de pastor sea idóneo para esto, diciendo: (1 Rey. 9, 1, 2.) Había un varón de Benjamín, de nombre Quis, hijo de Abiel, hijo de Seror, hijo de Becorat, hijo de Afía, hijo de un varón de Jemini, fuerte en valor. Y tenía un hijo de nombre Saúl, elegido y bueno, y no había varón de Israel mejor que él; del hombro para arriba sobresalía sobre todo el pueblo.

20. ¿Qué significa que cuando se muestra al rey que ha de ser constituido, se proclaman los nombres de los padres? sino porque indignamente es asumido al principado de la santa Iglesia quien no mantiene la nobleza de los santos Padres en sus costumbres. Se asignan seis nombres de padres para que se designe la perfección de su santa conducta en la buena acción. Pues en seis días fue fundado el mundo, en seis edades es consumado. Son, pues, seis los padres que se nombran en el orden de la genealogía de los pastores elegidos de la santa Iglesia: porque sin duda son hijos por imitación de aquellos que obtienen la cumbre de la perfección en la forma de los que les siguen.

Pater vero regis, Cis, id est durus dicitur: quia profecto ii, quorum sancti praedicatores imitatores sunt, vita et zelo remissi non sunt. Duri namque sunt, quia peccatoribus mollia non loquuntur: duri etiam sunt, quia ut alios bene corrigant, dura quae illis praecipiunt, in sua conversatione demonstrant. Durus namque videbatur, qui Judaeos arguebat, dicens: Genimina viperarum, quis ostendit vobis effugere a ventura ira? Facite dignos fructus poenitentiae (Matth. III, 7). Sed qui aliis durus erat, sibi remissus non erat. Nam ut poenitentiae duritiam, quam praedicabat, Evangelista eum tenere ostenderet, ait: Habebat vestimentum de pilis camelorum, et zona pellicea cinctus lumbis: esca autem ejus locustae et mel sylvestre (Marc. I, 6). Ad Ezechiel quoque dicitur: Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum, ut adamantem et silicem dedi faciem tuam (Ezec. III, 8). Sed qui tam durus contra duros in malo veniebat, ut dura, quae ventura erant, locuturus ostenderet, diebus septem in medio eorum, antequam loqueretur, flebat. Sic enim dicit: Et sedi ubi illi sedebant, et mansi septem dies moerens in medio eorum. Quia ergo sancti praedicatores, obstinatis peccatoribus, lenes et mansueti non sunt, et quod asperum praedicant operantur, duri filius Saul recte perhibetur. Illos enim imitari electus praedicator debet, qui et acuta praedicant, et quae loquuntur, observant. Unde et de eodem regis patre subjungitur: Fortis robore. Sunt nonnulli intra sanctam Ecclesiam, qui elatione sunt, et arrogantia fortes. Nam magna agunt; sed cum laudare homines ea quae agunt, desinunt, eadem magna ipsi agere praetermittunt. Fortis ergo robore est, qui virtutem, quam monstrat in opere bono, habet a Spiritu sancto. De quo nimirum robore superius Anna in cantico vaticinata est, dicens: Infirmi accincti sunt robore. De hoc Dominus discipulis repromittit, dicens: Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto (Luc. XXIV, 49). In hoc robore fortiter gradiebatur ille de quo scriptum est: Regressus est Jesus in virtute spiritus in Galilaeam (Luc. IV, 14). Qui ergo durus dicitur, fortis robore perhibetur: quia electi viri, dum summa praedicant, ingentia demonstrant: et omne quod altum praecipiunt, omneque quod magnum agunt, in virtute sancti Spiritus operantur. De quo digne subjungitur: Et erat ei filius Saul nomine, electus et bonus. Nam qui talium imitator est, utilis non solum est ad laborem ministerii, sed aptus ad fructum haereditatis. Electus quippe etiam Judas ad ministerium fuit: sed quia bonus non fuit, jus amisit successionis. Qui ergo in Saul adhuc electo et bono significantur, nisi sanctorum Patrum electi imitatores, qui per doctrinam aliis utiles sunt, et per conversationem sibi: qui sic alios possunt regere, ut sibimetipsis nequaquam desinant providere?

El padre del rey, Quis, se dice que significa duro: porque ciertamente aquellos cuyos imitadores son los santos predicadores, no son remisos en la vida y el celo. Son duros, en efecto, porque no hablan cosas blandas a los pecadores; son duros también porque, para corregir bien a otros, demuestran en su propia conducta las cosas duras que les mandan. Pues duro parecía aquel que reprendía a los judíos diciendo: Prole de víboras, ¿quién os enseñó a huir de la ira venidera? Haced frutos dignos de penitencia (Mt. 3, 7). Pero el que era duro con los otros, no era remiso consigo mismo. Pues para que el Evangelista mostrara que mantenía la dureza de la penitencia que predicaba, dijo: Tenía su vestido de pelos de camello, y una zona de piel ceñida a sus lomos; su comida eran langostas y miel silvestre (Mc. 1, 6). A Ezequiel también se le dice: He aquí que he dado tu frente más dura que las frentes de ellos, y como diamante y sílice he dado tu faz (Ez. 3, 8). Pero aquel que venía tan duro contra los duros en el mal, para mostrar hablando las cosas duras que habían de venir, lloraba durante siete días en medio de ellos antes de hablar. Pues así dice: Y me senté donde ellos se sentaban, y permanecí siete días llorando en medio de ellos. Porque, pues, los santos predicadores no son suaves y mansos con los pecadores obstinados, y obran lo áspero que predican, rectamente se afirma que Saúl es hijo de un hombre duro. Pues el predicador elegido debe imitar a aquellos que predican cosas agudas y observan lo que hablan. De donde también se añade sobre el mismo padre del rey: Fuerte en valor. Hay algunos dentro de la santa Iglesia que son fuertes por elocuencia y arrogancia. Pues hacen grandes cosas; pero cuando los hombres dejan de alabar lo que hacen, ellos mismos dejan de hacer esas mismas cosas grandes. Es, pues, fuerte en valor quien la virtud que muestra en la buena obra la tiene del Espíritu Santo. De tal valor vaticinó arriba Ana en su cántico diciendo: Los débiles han sido ceñidos de fortaleza. De esto promete el Señor a los discípulos diciendo: Sentaos en la ciudad hasta que seáis investidos de virtud de lo alto (Lc. 24, 49). En esta fortaleza caminaba fuertemente aquel de quien está escrito: Jesús regresó en la virtud del espíritu a Galilea (Lc. 4, 14). El que, pues, es llamado duro, es afirmado como fuerte en valor: porque los varones elegidos, mientras predican lo sumo, demuestran cosas ingentes; y todo lo alto que mandan, y todo lo grande que hacen, lo obran en la virtud del Espíritu Santo. De lo cual dignamente se añade: Y tenía un hijo por nombre Saúl, elegido y bueno. Pues quien es imitador de tales personas, no solo es útil para la labor del ministerio, sino apto para el fruto de la herencia. Pues ciertamente incluso Judas fue elegido para el ministerio; pero porque no fue bueno, perdió el derecho de la sucesión. ¿Quiénes son, pues, significados en Saúl, todavía elegido y bueno, sino los imitadores elegidos de los santos Padres, que por la doctrina son útiles a otros, y por la conducta a sí mismos; que pueden regir a otros de tal modo que de ninguna manera dejen de proveer para sí mismos?

Electi namque et boni sunt, quia sic lucra aliorum expetunt, ut sui nulla damna patiantur. Pleni quippe in seipsis sunt, effluentes aliis, et de abundantia sui sic aliis tribuunt, ut suae plenitudinis aliquid non amittant. Habent quae aliis praebeant, sed habentes quae sibi possint sufficere, nulli praebent. Sic aliis praebere oleum nituntur, ut a se fomenta luminis non tollantur: ut dum illuminant alios, se non extinguant. Bene ergo electus et bonus dicitur: quia certe, qui sanctae Ecclesiae regimen suscipit, dives esse debet, et ornatus donorum spiritalium et plenitudine meritorum. Et quia de communi ordine, qui praecellant, eligendi sunt, sequitur: Et non erat de filiis Israel melior illo. Cujus profecto excellentia commendatur, cum subditur: Ab humero, et sursum eminebat super omnem populum. Hac quippe specie corporis in persona ordinandi antistitis, praesignantur acta virtutis. Quid enim in humero nisi fortitudo designatur? Sed qui ab humero, et sursum super omnem populum eminebat, tam sublimis staturae erat, ut qui altior esset in populo, capite usque ad humerum regis pertingeret: futurus vero rex collo et capite altitudinem omnium superaret. Capita vero quae sunt, nisi subjectae plebis mentes? Quae cum valde tenduntur, usque ad humerum ordinandi regis pertingunt: quia is qui ad regendum culmen sanctae Ecclesiae quaeritur, tantae debet esse perfectionis, ut quidquid populus de bono opere sibi vult proponere, in sua conversatione debeat demonstrare. Quasi enim regis humerum capita plebis tangunt, quando eorum corda, quidquid virtutis in suo pastore quaerunt, inveniunt. Sed rex praecellit collo, praecellit et capite. Quid enim in collo, nisi locutio: quid in capite, nisi mentis contemplatio designatur? Capite ergo et collo subditorum omnium capita excellit, si contemplationis altitudine mirabilis est, et sublimitate doctrinae. Quasi enim capite sublimis est, cum illa de secretis coelestibus contemplatur, quae alii contemplari non possunt. Collum quoque super alios habet, qui altitudine locutionis suae mirabilis, aequandus ab aliis non est. Quasi enim caput in sublime extulerat, qui dicebat: Veniam ad visiones et revelationes Domini. Scio hujusmodi hominem sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit (II Cor. XII, 1, 2). Sed velut electus et bonus rex, ut collum etiam super capita omnia se tenere ostenderet, ait: Audivit arcana verba, quae non licet homini loqui (Ibid., 4). Quid vero quasi eminens collum ejus miramur in iis, quae tacuit? Adaequemus eum, si possumus, in iis quae dixit. De collo apostoli Pauli processerunt epistolae ejus, et cum ab illo tempore coeperint eas viri sapientes exponere, adhuc conantur ea quae dixit melius scire. Cumque quotidie in ejus eruditione proficiunt, quasi ad summitatem colli innitentes, pertingere nequaquam possunt.

Pues son elegidos y buenos porque de tal modo buscan las ganancias de otros que no sufren pérdidas propias. Pues están llenos en sí mismos, rebosando hacia otros, y de su abundancia de tal modo atribuyen a otros que no pierden nada de su propia plenitud. Tienen lo que ofrecer a otros, pero teniendo lo que les puede bastar a sí mismos, no lo ofrecen a nadie. De tal modo se esfuerzan en ofrecer aceite a otros que no se quitan a sí mismos los fomentos de la luz: para que mientras iluminan a otros, no se extingan ellos mismos. Con razón, pues, es llamado elegido y bueno: porque ciertamente quien asume el régimen de la santa Iglesia debe ser rico, adornado de dones espirituales y de plenitud de méritos. Y porque del orden común han de ser elegidos los que sobresalen, sigue: Y no había entre los hijos de Israel nadie mejor que él. Cuya excelencia es ciertamente recomendada cuando se añade: Del hombro para arriba sobresalía sobre todo el pueblo. Por esta especie del cuerpo, en la persona del prelado que ha de ser ordenado, se presignan los actos de virtud. Pues ¿qué se designa en el hombro sino la fortaleza? Pero el que sobresalía sobre todo el pueblo del hombro para arriba, era de una estatura tan sublime que quien fuera más alto en el pueblo llegaría con su cabeza solo hasta el hombro del rey; pero el futuro rey superaría la altura de todos con el cuello y la cabeza. ¿Y qué son las cabezas sino las mentes del pueblo sujeto? Las cuales, cuando se extienden mucho, llegan hasta el hombro del rey que ha de ser ordenado: porque el que es buscado para la cumbre del gobierno de la santa Iglesia debe ser de tanta perfección que todo lo que el pueblo quiera proponerse de buena obra, él deba demostrarlo en su conducta. Pues las cabezas del pueblo tocan como el hombro del rey cuando sus corazones encuentran en su pastor cualquier virtud que buscan. Pero el rey sobresale por el cuello, sobresale también por la cabeza. Pues ¿qué se designa en el cuello sino la locución? ¿qué en la cabeza sino la contemplación de la mente? Por la cabeza, pues, y el cuello excede las cabezas de todos los súbditos si es admirable por la altura de la contemplación y por la sublimidad de la doctrina. Pues es como sublime de cabeza cuando contempla aquellas cosas de los secretos celestiales que otros no pueden contemplar. También tiene el cuello sobre los otros quien, admirable por la altura de su locución, no puede ser igualado por los demás. Pues tenía como la cabeza levantada a lo alto aquel que decía: Vendré a las visiones y revelaciones del Señor. Sé de un hombre en Cristo... (si en el cuerpo, no lo sé; si fuera del cuerpo, no lo sé; Dios lo sabe) (2 Cor. 12, 1, 2). Pero como rey elegido y bueno, para mostrar que también mantenía el cuello sobre todas las cabezas, dijo: Oyó palabras arcanas que no es lícito al hombre hablar (Ibíd., 4). ¿Pero por qué admiramos como su cuello eminente en aquellas cosas que calló? Igualémoslo, si podemos, en las cosas que dijo. Del cuello del apóstol Pablo procedieron sus epístolas, y aunque desde aquel tiempo los varones sabios comenzaron a exponerlas, todavía se esfuerzan por conocer mejor lo que dijo. Y mientras diariamente progresan en su erudición, apoyándose como en la cumbre del cuello, de ninguna manera pueden alcanzarla.

Emineat ergo rex collo, emineat capite, sit humero sublimis; ut conversatione perfectus sit, eloquio mirabilis, prae caeteris arduus in arce contemplationis. Sed, qui conversatione magnus est, eloquio praecipuus, prae omnibus contemplatione suspensus, priusquam perveniat ad culmen regiminis, signa exterius habere debet fraternae charitatis: ut videlicet sic proximorum sollicitudinem habeat, ut ad aeternam vitam lucra animarum quaerat. Bene ergo in eorum typo subjungitur:

(Vers. 3, 4.) Perierant autem asinae Cis, patris Saul: et dixit Cis ad Saul filium suum: Tolle tecum unum de pueris, et surgens vade, et quaere asinas. Qui cum transissent per montem Ephraim, et per terram Salisa, et non invenissent, transierunt etiam per terram Salim, et non erant, et per terram Jemini, et minime reperere.

21. Cis, qui durus dicitur, non solum electos ejus, sed ipsum etiam Redemptorem significat. Nemo enim sibi eo durior exstitit. Hujus namque duritiae asperitatem propheta insinuans, ait: Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit (Isa. LIII, 4). Mori enim mortalibus non est pati, passibiles damnatae naturae. Ille ergo sibi durus vehementer exstitit, qui in se unde pateretur, non habuit: sed ut nos patiendo liberaret, in quo sibi durus esset, et pati posset dignanter assumpsit. Asinae Cis sunt animae peccatrices (I Reg. X). Quia etiam in fide Redemptoris regeneratae sunt, durae esse dicuntur: perditae autem asinae, quia per immunditiam ab ejus sunt servitio separatae. Hinc est enim, quod ad passionem tendens, absolutae asinae, et pullo insedit (Matth. XXI, 7); ut patenter ostenderet, quia ad hoc pati venerat, ut peccatoribus subveniret. Pereuntes namque asinas se quaerere fatebatur, cum dicebat: Venit filius hominis quaerere, et salvum facere quod perierat (Luc. XIX, 10). Has asinas et per semetipsum quaesivit, et adhuc praedicatores ad quaerendum mittit. Dicit ergo Cis filio suo, ut asinas quaerat, quando electorum cordibus spirituali inspiratione Redemptor imperat, ut in praedicationis ministerium pergant. In praedicationis autem officio pergentes, quia solum spiritalem sensum secum debent ducere, unum de pueris tollere jubentur. Unum namque puerum tollit, qui dum ad praebendum aliis formam vivendi pergit, in omne quod agit spiritualis est. Unum namque de pueris tulit, de quo praedictum est: Ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute Eliae (Luc. I, 17).

Sobresalga, pues, el rey por el cuello, sobresalga por la cabeza, sea sublime por el hombro; para que sea perfecto en la conducta, admirable en la elocuencia, arduo sobre los demás en la fortaleza de la contemplación. Pero el que es grande por la conducta, principal por la elocuencia, suspendido sobre todos por la contemplación, antes de llegar a la cumbre del gobierno, debe tener exteriormente signos de caridad fraterna: para que, a saber, tenga tal solicitud por los prójimos que busque las ganancias de las almas para la vida eterna. Con razón, pues, en el tipo de ellos se añade:

(Vers. 3, 4.) Se habían perdido las asnas de Quis, padre de Saúl; y dijo Quis a Saúl su hijo: Toma contigo a uno de los criados, y levantándote ve, y busca las asnas. Los cuales, habiendo pasado por el monte Efraín, y por la tierra de Salisa, y no habiéndolas hallado, pasaron también por la tierra de Salim, y no estaban allí; y por la tierra de Jemini, y de ninguna manera las encontraron.

21. Quis, que es llamado duro, no solo significa a sus elegidos, sino también al mismo Redentor. Pues nadie fue más duro para consigo mismo que él. Insinuando el profeta la aspereza de esta dureza, dijo: Verdaderamente él llevó nuestros sufrimientos y soportó nuestros dolores (Is. 53, 4). Pues morir para los mortales no es padecer, siendo pasibles de una naturaleza condenada. Él, pues, fue vehementemente duro consigo mismo, quien no tenía en sí de qué padecer; pero para liberarnos padeciendo, asumió dignamente aquello en lo que fuera duro para sí mismo y pudiera padecer. Las asnas de Quis son las almas pecadoras (1 Rey. 10). Porque también han sido regeneradas en la fe del Redentor, se dicen duras; pero asnas perdidas, porque por la inmundicia han sido separadas de su servicio. De aquí es, en efecto, que tendiendo a la pasión, se sentó sobre una asna liberada y un pollino (Mt. 21, 7); para mostrar patentemente que había venido a padecer para esto, para socorrer a los pecadores. Pues confesaba que buscaba a las asnas que perecían cuando decía: El hijo del hombre ha venido a buscar y a salvar lo que se había perdido (Lc. 19, 10). Estas asnas las buscó tanto por sí mismo como todavía envía predicadores a buscarlas. Dice, pues, Quis a su hijo que busque las asnas cuando por inspiración espiritual el Redentor manda a los corazones de los elegidos que partan al ministerio de la predicación. Pero partiendo al oficio de la predicación, porque solo deben llevar consigo el sentido espiritual, se les manda tomar a uno de los criados. Pues toma a un criado quien, mientras parte para ofrecer a otros una forma de vivir, es espiritual en todo lo que hace. Pues tomó a uno de los criados de quien se predijo: Él mismo precederá ante él en el espíritu y la virtud de Elías (Lc. 1, 17).

Unum puerum secum tulerat, qui ait: Non habemus spiritum hujus mundi, sed spiritum qui ex Deo est (I Cor. II, 12). Hinc iterum dicit: Nos sensum Christi habemus (Ibid., 16). Hinc per Ezechielem de sanctis animalibus dicitur: Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur (Ezec. I, 12). Quaerens ergo asinas, unum de pueris tollit: quando is, qui noviter animarum lucra quaerere incipit, quae agere putat, omnia spiritaliter agere disponit. Invenire autem asinas, est peccatores in luce sanctitatis conversos aspicere. Nam velut perditae asinae non inveniuntur, quando in peccatorum tenebris, reproba corda se obruunt.

22. Et quia per quinque sensus corporis ad easdem peccatorum tenebras decidunt, quinque regionibus non inveniendae perquiruntur, videlicet monte Ephraim, terra Salisa, et Salim, et viri Gemini, et Zuph. Unusquisque etenim ubi per peccatum projicitur, ibi occultatur; et quasi perditus, ubi sit nescitur, quando justitiae lucem, in qua eum Deus posuit, derelinquit. Hinc est, quod in paradiso post peccatum, primum hominem quaerit, dicens: Adam, ubi es (Gen. III, 9)? Quasi dicat: Quia te in luce qua posui non invenio, demonstra te ubi posuisti. Hinc de mortuo Lazaro exquirit, dicens: Ubi posuistis eum (Joan. XI, 34)? Sed quem quasi perditum quaerebat, ut inveniret progredi imperabat, dicens: Lazare, veni foras. Perditur ergo homo, cum peccat: invenitur, cum peccatum adversum se, jam poenitendo pronuntiat. Quia enim per sacra eloquia peccatori praecipitur: Dic tu prior iniquitates tuas, ut justificeris (Isa. XLIII, 26, sec. LXX): dum ille, qui peccavit, confitendo justificari incipit, in luce jam cernitur, ubi jam positus invenitur.

Saul autem, qui asinas quaerens, non invenit, eruditi quidem praedicatoris personam designat, sed noviter incipientis. Quem profecto omnipotens Deus praedicationis fructum afferre non patitur, ne vilem peccatorum conversionem aestimet, dum leviter convertere eos ad Dominum potest. Differtur ergo conversio, ut conversi diligantur: et eos praedicator tanto amplius amet, quanto clarius videt, quia eos lucrari cito non praevalet. Sed dum sancti viri de praedicatione sua alios convertere non possunt, de se vehementer timere incipiunt: ne inde omnipotenti Deo displiceant, unde se ei vehementer placere cogitabant: et plerumque agitur, ut sic novorum praedicatorum corda terreantur, ut jam proponant ejusdem praedicationis officium deserere, et Deo per silentium vacare. Quare et subditur:

(Vers. 5.) Cum autem venisset in terram Zuph, et non invenisset, dixit Saul ad puerum suum: Veni, revertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, et sollicitus sit pro nobis.

Había llevado consigo a un criado quien dijo: No tenemos el espíritu de este mundo, sino el espíritu que es de Dios (1 Cor. 2, 12). De aquí de nuevo dice: Nosotros tenemos el sentido de Cristo (Ibíd., 16). De aquí se dice por Ezequiel sobre los animales santos: A donde era el ímpetu del espíritu, allá caminaban (Ez. 1, 12). Buscando, pues, las asnas, toma a uno de los criados: cuando aquel que comienza de nuevo a buscar las ganancias de las almas, dispone hacer espiritualmente todo lo que piensa hacer. Encontrar las asnas es mirar a los pecadores convertidos en la luz de la santidad. Pues como asnas perdidas no son encontradas cuando en las tinieblas de los pecados los corazones réprobos se sepultan a sí mismos.

22. Y porque por los cinco sentidos del cuerpo caen en esas mismas tinieblas de los pecados, son buscadas sin ser halladas por cinco regiones, a saber, el monte Efraín, la tierra de Salisa, y Salim, y del hombre de Jemini, y Zuf. Pues cada uno es ocultado allí donde es arrojado por el pecado; y como perdido, no se sabe dónde está, cuando abandona la luz de la justicia en la que Dios lo puso. De aquí es que en el paraíso, después del pecado, busca al primer hombre, diciendo: Adán, ¿dónde estás? (Gén. 3, 9). Como si dijera: Porque no te encuentro en la luz en que te puse, demuestra dónde te pusiste. De aquí inquiere sobre Lázaro muerto, diciendo: ¿Dónde lo habéis puesto? (Jn. 11, 34). Pero a quien buscaba como perdido, para encontrarlo le mandaba avanzar, diciendo: Lázaro, ven fuera. Se pierde, pues, el hombre cuando peca; es encontrado cuando ya pronuncia el pecado contra sí mismo arrepintiéndose. Porque pues por los sagrados elocuentes se manda al pecador: Di tú primero tus iniquidades, para que seas justificado (Is. 43, 26, sec. LXX): mientras aquel que pecó comienza a ser justificado confesando, ya se discierne en la luz, donde ya colocado es encontrado.

Pero Saúl, que buscando las asnas no las encontró, designa la persona de un predicador ciertamente instruido, pero que comienza de nuevo. A quien ciertamente Dios todopoderoso no permite ofrecer el fruto de la predicación, para que no estime como cosa vil la conversión de los pecadores, mientras puede convertirlos ligeramente al Señor. Se difiere, pues, la conversión para que los convertidos sean amados; y el predicador los ame tanto más cuanto más claramente ve que no prevalece para ganarlos pronto. Pero mientras los varones santos no pueden convertir a otros por su predicación, comienzan a temer vehementemente por sí mismos; no sea que por ello desagraden a Dios todopoderoso, por donde pensaban que le agradarían vehementemente; y frecuentemente se actúa de modo que así se aterren los corazones de los nuevos predicadores, que ya propongan desertar del oficio de esa misma predicación, y vacar para Dios por el silencio. Por lo cual también se añade:

(Vers. 5.) Cuando hubieron llegado a la tierra de Zuf, dijo Saúl a su criado: Ven, volvámonos, no sea que mi padre haya dejado a las asnas, y esté solícito por nosotros.

23. Ad patrem reverti deliberat, qui postposita intentione praedicationis, Deo vacare appetit in secreto silentii. Reverti quidem dicitur, qui missus ante perhibetur. Quasi enim coram patre sunt filii, quando electi viri immorantur in secreta contemplatione Redemptoris. Revertuntur itaque, quando a publico sanctae praedicationis veniunt ad rimanda gaudia aeternae claritatis. Sed quia sancti viri nihil agunt inconsulti, Saul de reversione ad patrem puerum consuluit. Tunc namque puerum consulimus, quando intenta mente providemus, ut quod tentamus disponere, a spirituali sensu non debeat differre. Ad patrem quippe reverti disposuerat, qui dicebat: Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea: Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator contra me (Psal. XXXVIII, 1, 2). Adversus praedicatores peccator consistit, quando ad praedicationem eorum, statum suae iniquitatis non deserit. Et quia tunc praedicator ei silere, et Deo vacare proponit, ut ad patrem redeat, obmutescit. Sed quia per silentium voluntatem Dei melius didicit, cor ejus concaluit, et exardescente igne internae meditationis, locutus est. Quod in hoc etiam loco ostenditur, quia consultus puer, consulenti se consilium impendit, dicens: (Vers. 6.) Ecce est vir Dei in civitate hac, vir nobilis, omne quod loquitur absque ambiguitate venit: nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra propter quam venimus.

24. Virum Dei Samuelem dicit, in quo praedicatores sanctae Ecclesiae designari jam diximus. Qui vir quidem dicitur, pro reverentia sanctae conversationis, et omne quod loquitur, absque ambiguitate venire perhibetur: quia quidquid minatur de aeternis suppliciis, quidquid de aeterna laetitia promittit justis, ita ut denuntiat, et impii abibunt ad poenam, et electi ad gloriam. Qui etiam in civitate esse perhibetur: quia electus pastor in communi subjectae plebis custodia, semper vigilare cognoscitur. In civitate est pastor, quia cum custodit alios, in se munitus est. Unde et per prophetam in omnium virorum Dei laudibus, sub unius descriptione dicitur: In excelsis habitat, munimenta saxorum sublimitas ejus (Isa. XXXIII, 16). Nam quo altius in aeternorum civium visione suspenditur, eo et sibi fortior, et proximis utilior invenitur.

25. Nobilis etiam dicitur: quia superna conversatione conspicuus est, et de mundanae vitae rusticitate nihil habet. Inde enim nobilis cernitur, unde civis. Saecularium quippe hominum, quia nulla est morum compositio, quasi in exterioribus locis nutriti, rustici sunt. Ex consueta namque animi inhonestate, turpes proferunt motus corporis; et velut valde degeneres, urbanae consuetudinis gestum nesciunt, dum per omne quod agunt, vitae suae speciem vilitate terrenae obscuritatis operiunt.

23. Delibera volver al padre quien, pospuesta la intención de la predicación, apetece vacar para Dios en el secreto del silencio. Se dice, en efecto, que vuelve quien se manifiesta haber sido enviado antes. Pues los hijos están como ante el padre cuando los varones elegidos moran en la secreta contemplación del Redentor. Vuelven, por tanto, cuando vienen de lo público de la santa predicación a escudriñar los gozos de la claridad eterna. Pero porque los varones santos nada hacen sin consultar, Saúl consultó al criado sobre la vuelta al padre. Pues entonces consultamos al criado cuando con mente intenta prevemos que lo que intentamos disponer no deba diferir del sentido espiritual. Había dispuesto, en efecto, volver al padre aquel que decía: Dije: custodiaré mis caminos para no delinquir con mi lengua: Puse guardia a mi boca, cuando el pecador se alzaba contra mí (Sal. 38, 1, 2). Contra los predicadores el pecador se alza cuando, ante la predicación de ellos, no deserta del estado de su iniquidad. Y porque entonces el predicador propone callar para él y vacar para Dios, para que vuelva al padre, enmudece. Pero porque por el silencio aprendió mejor la voluntad de Dios, su corazón se calentó, y al inflamarse el fuego de la meditación interna, habló. Lo cual se muestra también en este lugar, porque el criado consultado impartió consejo al que le consultaba, diciendo: (Vers. 6.) He aquí que hay un hombre de Dios en esta ciudad, un hombre noble, todo lo que habla sucede sin ambigüedad: ahora, pues, vayamos allá, si por ventura nos indique sobre nuestro camino por el cual hemos venido.

24. Llama hombre de Dios a Samuel, en quien ya dijimos que se designan los predicadores de la santa Iglesia. El cual ciertamente se dice hombre, por la reverencia de la santa conversación, y se manifiesta que todo lo que habla sucede sin ambigüedad: porque todo lo que amenaza sobre los suplicios eternos, todo lo que promete sobre la alegría eterna a los justos, es así como lo denuncia, y los impíos irán a la pena, y los elegidos a la gloria. El cual también se manifiesta estar en la ciudad: porque el pastor elegido se reconoce estar siempre vigilante en la común custodia del pueblo sujeto. En la ciudad está el pastor, porque cuando custodia a otros, en sí mismo está fortalecido. De donde también por el profeta, en las alabanzas de todos los varones de Dios, se dice bajo la descripción de uno: En lo excelso habita, las fortalezas de las rocas son su alteza (Is. 33, 16). Pues cuanto más altamente se suspende en la visión de los ciudadanos eternos, tanto más fuerte para sí y más útil para los prójimos se encuentra.

25. También se dice noble: porque es conspicuo por la conversación suprema, y de la rusticidad de la vida mundana nada tiene. Pues de donde se ve noble, de allí es ciudadano. De los hombres seculares, en efecto, porque ninguna es la composición de las costumbres, como criados en lugares exteriores, son rústicos. Pues por la acostumbrada deshonestidad del ánimo, profieren torpes movimientos del cuerpo; y como muy degenerados, desconocen el gesto de la costumbre urbana, mientras por todo lo que hacen, cubren la belleza de su vida con la vileza de la oscuridad terrena.

Quo contra viri Dei nobiles sunt, qui dum fortiter ea, quae divina sunt, agunt, in omni suo opere, superna luce resplendent: et nihil degenerositatis habent, qui in magna luce omnis suae conversationis radios proferunt coelestis originis.

Ad hoc ergo a puero Saul ducitur, ut instruatur: quia qui in arce praelationis ponendi sunt, spirituali sensui perfectorum praedicatorum magisterio subjici monentur. Ab hoc puero nos duci admonet, qui dicit: Si spiritu ducimini, non estis sub lege (Gal. V, 18). Quaerendum vero est, cur dubitative dicatur: Si forte indicet nobis de via nostra, propter quam venimus. Sed quia spiritualia discere appetit, quia ingentia dona gestit accipere: utrum eisdem donis sit dignus, scire non potest. Dubitare ergo incipit, qui tam magna promereri se suis meritis non praesumit. Quae nimirum dubitatio electis oritur ex virtute humilitatis. Quare et comitantis pueri voce Sauli dicitur: Si forte indicet nobis de via nostra. Quia nimirum spiritualis sensus non alta nobis sapere suggerit, non audacter de omnipotenti Deo praesumere, sed ejus dona cum summa sancti timoris reverentia postulare. Merito ergo puer dicitur, qui humilia semper docere praedicatur. Dum ergo dicit: Eamus illuc, et repente subjungit: Si forte indicet de via nostra, aperte indicat, quia in sensu electorum Dei spiritus operetur, dum ad spiritualia dona expetenda, et devote eos facit accedere, et de largitoris omnipotentia magna cum reverentia formidare.

(Vers. 7.) Dixitque Saul ad puerum suum: Ecce ibimus, quid feremus ad virum? Panis defecit in sitarciis nostris, et sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud.

26. Habent proprium mentes humilium, ut spiritualia dona habeant, sed in iis quae habent, se non attendant. Quia enim a Spiritu sancto virtutum dona percipiunt, ideo sanctus spiritus, qui dona tribuit, ea eis ab aestimatione tollit, ut in virtute conversationis haec habeant, in tumore elationis non habeant. Bene ergo de Saule dicitur: Ab humero et sursum eminebat super omnem populum. Et dixit ad puerum suum: Panis defecit in sitarciis nostris, et sportulam non habemus: quia electi viri, et ad disponendum sanctae Ecclesiae culmen idonei, in eo etiam se per humilitatem parvos aspiciunt, in quo per virtutem magni sunt.

Por el contrario, los varones de Dios son nobles, quienes mientras hacen fuertemente aquellas cosas que son divinas, en toda su obra resplandecen con la luz suprema: y nada tienen de degeneración, quienes en la gran luz de toda su conversación profieren los rayos del origen celestial.

A este, pues, es conducido Saúl por el criado para que sea instruido: porque los que han de ser puestos en la cumbre de la prelatura son amonestados a ser sometidos al sentido espiritual por el magisterio de los predicadores perfectos. A ser conducidos por este criado nos amonesta quien dice: Si sois conducidos por el espíritu, no estáis bajo la ley (Gál. 5, 18). Ha de buscarse, en verdad, por qué se dice dubitativamente: Si por ventura nos indique sobre nuestro camino por el cual hemos venido. Pero porque apetece aprender cosas espirituales, porque ansía recibir ingentes dones: si es digno de los mismos dones, no puede saberlo. Comienza, pues, a dudar quien no presume merecer cosas tan grandes por sus propios méritos. Cuya duda ciertamente surge a los elegidos de la virtud de la humildad. Por lo cual también se dice a Saúl por la voz del criado acompañante: Si por ventura nos indique sobre nuestro camino. Porque ciertamente el sentido espiritual no nos sugiere saber cosas altas, no presumir audazmente sobre Dios todopoderoso, sino postular sus dones con la suma reverencia del santo temor. Merecidamente, pues, se dice criado (o niño), que se predica que siempre enseña cosas humildes. Mientras, pues, dice: Vayamos allá, y de repente subraya: Si por ventura indique sobre nuestro camino, indica abiertamente que el espíritu obra en el sentido de los elegidos de Dios, mientras los hace tanto acceder devotamente a pedir dones espirituales, como temer con gran reverencia sobre la omnipotencia del dador.

(Vers. 7.) Y dijo Saúl a su criado: He aquí que iremos: ¿qué llevaremos al hombre? El pan ha faltado en nuestras alforjas; y no tenemos presente para dar al hombre de Dios, ni ninguna otra cosa.

26. Las mentes de los humildes tienen esto como propio: que tengan dones espirituales, pero en aquellas cosas que tienen, no se atiendan a sí mismos. Porque pues perciben los dones de las virtudes del Espíritu Santo, por eso el Espíritu Santo, que otorga los dones, se los quita de su estimación, para que tengan estos en la virtud de la conversación, pero no los tengan en el tumor de la elación. Bien, pues, se dice de Saúl: Desde el hombro y arriba sobresalía sobre todo el pueblo. Y dijo a su criado: El pan ha faltado en nuestras alforjas, y no tenemos presente: porque los varones elegidos, e idóneos para disponer la cumbre de la santa Iglesia, en aquello mismo se miran pequeños por la humildad, en lo que por la virtud son grandes.

Et panem quidem ad refectionem fidelium animarum habent in sapientia verbi, sportulam vero in memoria internae meditationis. Cum enim ea quae in secreta meditatione colligunt, servant in memoria ad eruditionem fidelium, velut panem in sportula reponunt. De his enim sportis in Evangelio dicitur: Impleverunt septem sportas de fragmentis (Matth. XV, 37; Marc. VIII, 8). Cum in mensa Domini panes abundant, sportae impleri praecipiuntur: quia cum electi anima in superna Redemptoris contemplatione reficitur, in eadem contemplatione veritatis eruditur, ut verbi alimonia, quae in se excrescere cernitur, in memoria ad eruditionem fidelium reponatur. Aliud etiam praeter panem et sportulam abundanter habent, qui cum virtute contemplationis, et doctrina verbi, abundant copia sanctae operationis.

Ut ergo humilitas sanctorum in ordinandi regis locutione resonet, dicit: Panis defecit in sitarciis nostris, et sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud: quia sanctus spiritus eos, qui ad ecclesiastici culminis regimen praeparantur, magnos facit in virtute interni muneris, sed omnino parvos in respectu propriae aestimationis. Dicat ergo puer: Eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra. Saul autem vacuum se inspiciat: quia Spiritus sanctus dum sensus honeste viventium instruit, audaces modo, modo timidos reddit. Audaces quidem, ut praesumant... (Vers. 8.) Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, et indicet nobis de via nostra.

27. Quasi puer bona loquitur sensus electi hominis, quando ad loquendum impellitur, nutu Spiritus sancti. Quid est ergo, quod dicit: Inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti? Quae est ista pars stateris argenti? Sed quia argenti nomine divina eloquia designantur, argentum in manu pueri, est sermo divinus in virtute sciendi. Sermonem quidem aliud est posse dicere, aliud est posse sentire. Nam divina eloquia etiam reprobi eloquuntur, sentire autem nisi electi non possunt. Sentitur etenim ea res, cujus virtus agnoscitur.

Y el pan ciertamente para la refacción de las almas fieles lo tienen en la sabiduría de la palabra, pero la espuerta (sportula) en la memoria de la meditación interna. Pues cuando guardan en la memoria para instrucción de los fieles aquellas cosas que recogen en la secreta meditación, las reponen como pan en la espuerta. De estas espuertas, en efecto, se dice en el Evangelio: Llenaron siete espuertas de los fragmentos (Mt. 15, 37; Mc. 8, 8). Cuando en la mesa del Señor abundan los panes, se manda llenar las espuertas: porque cuando el alma del elegido se refresca en la suprema contemplación del Redentor, en la misma contemplación de la verdad es instruida, para que el alimento de la palabra, que se ve crecer en sí mismo, se reponga en la memoria para instrucción de los fieles. Tienen también otra cosa abundantemente además del pan y la espuerta quienes, con la virtud de la contemplación y la doctrina de la palabra, abundan en la copia de la santa operación.

Para que, pues, la humildad de los santos resuene en la locución del rey que ha de ser ordenado, dice: El pan ha faltado en nuestras alforjas, y no tenemos presente para dar al hombre de Dios, ni ninguna otra cosa: porque el Espíritu Santo hace a los que se preparan para el régimen de la cumbre eclesiástica grandes en la virtud del don interno, pero totalmente pequeños en el respeto de la propia estimación. Diga, pues, el criado: Vayamos allá, si por ventura nos indique sobre nuestro camino. Pero Saúl mírese a sí mismo vacío: porque el Espíritu Santo, mientras instruye los sentidos de los que viven honestamente, los vuelve unas veces audaces, otras veces tímidos. Audaces ciertamente, para que presuman... (Vers. 8.) He aquí que se ha encontrado en mi mano la cuarta parte de un siclo de plata: démosla al hombre de Dios, y que nos indique sobre nuestro camino.

27. Como un criado (o niño) el sentido del hombre elegido habla cosas buenas cuando es impulsado a hablar por el signo del Espíritu Santo. ¿Qué es, pues, lo que dice: Se ha encontrado en mi mano la cuarta parte de un siclo de plata? ¿Qué es esa parte de un siclo de plata? Pero porque con el nombre de plata se designan los oráculos divinos, la plata en la mano del criado es la palabra divina en la virtud de saber. Una cosa es, en efecto, poder decir la palabra, otra es poder sentirla. Pues los oráculos divinos también los pronuncian los réprobos, pero sentirlos no pueden sino los elegidos. Se siente, en efecto, aquella cosa cuya virtud se reconoce.

Nam et aegri pisces comedunt, sed vis aegritudinis tollit eis experimentum saporis: ut quod videntur comedere, prohibeantur et sentire. Sic sic nimirum carnales quique dum coelestia loquuntur, quae non diligunt, velut aegri rebus utuntur, quas sentire prohibentur. In manu ergo pueri argentum invenitur, quando per humilitatis meritum sancti viri, coelestia quae loquuntur, in magno affectu charitatis excipiunt: ut valde dulce sit eis superna dicere, eo quod dulciter, ac valde dulcius per amorem saturantur. Unde etiam scriptum est: Edent pauperes, et saturabuntur (Psal. XXI, 27). Quia enim cibus animae est sermo Dei: pauperes edunt et saturantur, divites saturari non possunt: quia nimirum electi viri, qui superna diligunt, quoties haec audiunt, ad haec ferventius incalescunt; reprobi superna loquuntur, et audiunt, quae in nulla dulcedine, ad mentis suae refectionem suscipiunt. Quarta vero pars stateris argenti dicitur, pro qualitate temporis. Nam ut alias partes hujus stateris videamus, prophetae, apostoli, martyres intuendi sunt. Quia enim pro qualitate temporis, singulis ordinibus distributa est sonoritas praedicationis, velut singuli quartam partem stateris habuere. Quartam ergo partem stateris illi exhibuerunt, cum Synagogae adventum Redemptoris promitterent. Apostoli partem suam dederunt, cum Judaeis eum, qui promissus fuerat, jam venisse praedicarent. Martyres etiam partem suam tribuerunt, cum infideles ad fidem Redemptoris adducerent.

(Vers. 9.) Vocabatur enim Videns.

28. Vocari etenim, est publica relatione dici. Videns autem est qui interna etiam respicit, quae mens carnalium non attendit. Unde et de sanctis animalibus dicitur: In circuitu et intus plena erant oculis. Qui in exterioribus circumspecti, et intrinsecus providi sunt. Quo contra carnalium doctorum praesumptionem in Evangelio Dominus arguens, ait: Si caecus caeco ducatum praestat, ambo in foveam cadunt (Matth. XV, 14). Videns etiam dicitur, cui remota et absentia, praesentia sunt. Quod sanctis praedicatoribus bene convenit, qui per cognitionem tanto sunt praesentes spiritalibus, quanto in exterioribus intentionem figere dedignantur. Tal namque esse pastor sanctae Ecclesiae debet: quia in via coelestis patriae ad praebendum lumen subditis constitutus est. Semper ergo spargat radios lucis, ut fideles subjecti ex illuminationis suae experientia, alios ad illuminationem trahant. Sequitur, et dicit:

Pues también los peces enfermos comen, pero la fuerza de la enfermedad les quita la experiencia del sabor: de modo que lo que parecen comer, se les prohíbe también sentirlo. Así, así ciertamente todos los carnales, mientras hablan cosas celestiales que no aman, usan las cosas como enfermos, las cuales se les prohíbe sentir. En la mano del criado, por tanto, se encuentra la plata cuando, por el mérito de la humildad, los varones santos reciben con gran afecto de caridad las cosas celestiales que hablan: para que les sea muy dulce decir cosas supremas, por el hecho de que dulce, y mucho más dulcemente, se sacian por el amor. De donde también está escrito: Comerán los pobres y se saciarán (Sal. 21, 27). Porque pues el alimento del alma es la palabra de Dios: los pobres comen y se sacian, los ricos no pueden saciarse: porque ciertamente los varones elegidos, que aman las cosas supremas, cuantas veces oyen estas, se encienden más fervientemente hacia ellas; los réprobos hablan y oyen cosas supremas, las cuales no reciben en ninguna dulzura para refacción de su mente. Pero se dice la cuarta parte de un siclo de plata por la calidad del tiempo. Pues para que veamos las otras partes de este siclo, han de considerarse los profetas, apóstoles y mártires. Porque pues según la calidad del tiempo se distribuyó a cada orden la sonoridad de la predicación, como si cada uno tuviera la cuarta parte del siclo. La cuarta parte del siclo, pues, la exhibieron ellos cuando prometían a la Sinagoga el advenimiento del Redentor. Los Apóstoles dieron su parte cuando predicaban a los judíos que aquel que había sido prometido ya había venido. Los Mártires también otorgaron su parte cuando conducían a los infieles a la fe del Redentor.

(Vers. 9.) Pues se llamaba Vidente.

28. Ser llamado, en efecto, es ser dicho por pública relación. Pero Vidente es quien también mira hacia las cosas internas, que la mente de los carnales no atiende. De donde también se dice de los animales santos: En el circuito y por dentro estaban llenos de ojos. Los cuales son circunspectos en las cosas exteriores, y próvidos en las intrínsecas. Por el contrario, arguyendo el Señor en el Evangelio la presunción de los doctores carnales, dice: Si un ciego guía a otro ciego, ambos caen en la fosa (Mt. 15, 14). También se dice Vidente aquel para quien las cosas remotas y ausentes son presentes. Lo cual conviene bien a los santos predicadores, que por el conocimiento están tanto más presentes a las cosas espirituales cuanto desdeñan fijar su intención en las exteriores. Tal, en efecto, debe ser el pastor de la santa Iglesia: porque ha sido constituido en el camino de la patria celestial para ofrecer luz a los súbditos. Siempre, pues, esparza rayos de luz, para que los fieles súbditos, por la experiencia de su iluminación, atraigan a otros a la iluminación. Sigue, y dice:

(Vers. 9.) Olim sic loquebatur in Israel unusquisque vadens consulere Deum: Venite, eamus ad Videntem. 29. Dominum imus consulere, quando ad eruditos praedicatores pergimus, ut salutis nostrae consilium inveniamus. Sed quia modo tam perfectorum virorum raritas est, dum antiquorum temporum florem religionis attendimus, defectum ejus in praesenti tempore defleamus. De miseria praesentis temporis et calamitate compuncti, florem elapsi temporis cum pulchritudine sanctitatis emarcuisse suspiremus. Dum ergo pastores Ecclesiarum cernimus terrenis inhaerere, labentia quaerere, nulla spiritalis vitae insignia proferre, dum nulla nobis praelatorum nostrorum lux infunditur, ad laborem compunctionis illa, quae praeierunt, memorantes, dicamus: Olim sic loquebatur in Israel unusquisque vadens consulere Dominum: Venite, eamus ad Videntem.

Israel dicitur videns Deum, sive in quo est Deus. Quod certe nomen sanctae Ecclesiae convenienter aptatur, cujus populus dicitur. Nam et in Evangelio dicitur: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi (Matth. XXVIII, 20). Quae nimirum, quia in priori tempore pastores habuit spiritali conversatione floridos, magna scientia eruditos, qui magno despectu terrena vilipenderent, coelestia cogitarent: ad lumen, quod in eis videbat populus, se invicem exhortari poterant, dicentes: Eamus ad Videntem. Si ergo eundum est ad videntes, pariter est divertendum a caecis: quia reproborum praelatorum exempla non debemus imitari, sed fugere: ab eis autem, qui conversationis merito spiritualia cognoscunt, semper aedificationis nostrae eruditionem postulare. Et quia hoc non nisi viri spiritales faciunt, sequitur:

(Vers. 10.) Et dixit Saul ad puerum suum: Optimus sermo tuus; veni, eamus. 30. Optimus sermo est, quo melior audiri nequaquam potest. Quoties nobis ergo salutis nostrae consilia spiritaliter suggeruntur, intus nobis sermo fit, quo melior inveniri non possit. Pueri ergo sermonem laudamus, quoties nobis in spiritualis sensus nostri proposito complacemus. Et cum eo ire promittimus, quando spiritualibus cogitationibus consentimus. Sed quia tunc fructuosa est bona cogitatio, quando in operatione perficitur, sequitur: (Vers. 10, 11.) Et venerunt in civitatem, in qua erat eir Dei: Cumque ascenderent clivum civitatis, invenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, et dixerunt ad eas: Nunquid hic est Videns?

(Vers. 9.) Antiguamente así hablaba en Israel cada uno que iba a consultar a Dios: Venid, vayamos al Vidente. Vamos a consultar al Señor cuando acudimos a predicadores instruidos, para que encontremos el consejo de nuestra salvación. Pero porque ahora hay tal rareza de varones perfectos, mientras atendemos a la flor de la religión de los tiempos antiguos, deploremos su falta en el tiempo presente. Compungidos por la miseria y calamidad del tiempo presente, suspiremos porque la flor del tiempo transcurrido se haya marchitado con la belleza de la santidad. Mientras, pues, vemos a los pastores de las Iglesias adherirse a las cosas terrenas, buscar las caducas, no proferir ninguna insignia de vida espiritual, mientras no se nos infunde ninguna luz de nuestros prelados, recordando para el trabajo de la compunción aquellas cosas que precedieron, digamos: Antiguamente así hablaba en Israel cada uno que iba a consultar al Señor: Venid, vayamos al Vidente.

Israel se dice que ve a Dios, o en quien está Dios. Cuyo nombre ciertamente se adapta convenientemente a la santa Iglesia, de quien se dice pueblo. Pues también en el Evangelio se dice: He aquí que yo estoy con vosotros hasta la consumación del siglo (Mt. 28, 20). La cual ciertamente, porque en el tiempo anterior tuvo pastores floridos por la conversación espiritual, instruidos en gran ciencia, que con gran desprecio vilipendiaban las cosas terrenas y pensaban las celestiales: hacia la luz que el pueblo veía en ellos, podían exhortarse mutuamente, diciendo: Vayamos al Vidente. Si, pues, hay que ir a los videntes, igualmente hay que apartarse de los ciegos: porque no debemos imitar los ejemplos de los prelados réprobos, sino huir de ellos; y postular siempre la instrucción de nuestra edificación de aquellos que por el mérito de la conversación conocen las cosas espirituales. Y porque esto no lo hacen sino los varones espirituales, sigue:

(Vers. 10.) Y dijo Saúl a su criado: Óptima es tu palabra; ven, vayamos. Óptima palabra es aquella que mejor no puede oírse de ninguna manera. Cuantas veces, pues, se nos sugieren espiritualmente los consejos de nuestra salvación, se produce en nuestro interior la palabra que mejor no podría encontrarse. Alabamos, pues, la palabra del criado cuantas veces nos complacemos en el propósito de nuestro sentido espiritual. Y con él prometemos ir cuando consentimos a los pensamientos espirituales. Pero porque entonces es fructuoso el buen pensamiento cuando se perfecciona en la operación, sigue: (Vers. 10, 11.) Y vinieron a la ciudad en que estaba el hombre de Dios: y cuando subían la cuesta de la ciudad, encontraron muchachas que salían a sacar agua, y les dijeron: ¿Está aquí el Vidente?

31. Qui virum Dei quaerunt, in civitatem veniunt: quia plerumque fit, ut vita atque doctrina praelati in subditorum conversatione requiratur. Sic nimirum et arbores saepe requiruntur, quarum species non in foliis, sed in fructu inveniuntur. Plerumque autem suborta fruteta magnis arboribus admiscentur, et fructus suos earum arborum, quibus sunt mixtae, esse mentiuntur. Qui ergo fructum discernere vult, prius discernat et ramos: ut ex qua arbore fructus procedat, agnoscat. Sic sic nimirum est in conversatione fidelium: quia in electa plebe boni praedicatoris, dum plures mali admixti sunt, velut intra bonas arbores spinae oriuntur. Conversatio itaque electi praedicatoris non est exploranda in omnibus subditis, sed in solis electis. Tunc quidem velut ramos bonae arboris cum discretione secernimus, quando in plebe rectores illos velut electa poma imitamur, qui magistri sui exemplo proficiunt: et illos velut vepres fugimus, qui antiqui hostis fraude reprobantur. Bene ergo de Saul, et ejus puero dicitur: quia venerunt in civitatem, et clivum ejusdem civitatis ascenderunt; quia nimirum perfectio sanctorum virorum cum in subditis quaeritur, non imperfecta membra, sed electa atque perfecta requirenda sunt. Nam et artifices opera sua prius inchoant, deinde comunt. Pictor etiam cum pulchros colores, aut aurum superducere appetit, prius viliorem colorem sternit. Qui ergo judicare de peritia artificum vult, non inchoata eorum opera, sed perfecta respiciat. Clivum ergo civitatis ascendat, ut qui invenire appetit Videntem, reperiat. Clivus enim infimus et defossus locus est. In qua nimirum parte civitatis illi signantur, qui adhuc in altiorem conversationem minime profecere. Clivum ergo ascendimus, cum planitiem infirmorum auditorum ad exemplum nobis proponere vitamus.

32. Et tunc quidem puellas egredientes ad hauriendam aquam invenimus: quia pulchritudinem sanctarum mentium in perfectiori conversatione respicimus. Puellae quidem sunt mentes electorum, integrae per innocentiam, decorae per virtutum claritatem. Et quia in secretiori vita pulchritudinem suam conservant, videri nequeunt, nisi cum ad hauriendam aquam egrediuntur. Puellae aquam hauriunt, quando electae animae ex profundo dolore praesentis exsilii fluenta lacrymarum fundunt.

31. Los que buscan al hombre de Dios vienen a la ciudad: porque frecuentemente sucede que la vida y doctrina del prelado se busque en la conversación de los súbditos. Así ciertamente también se buscan a menudo los árboles, cuyas especies se encuentran no en las hojas, sino en el fruto. Pero frecuentemente arbustos surgidos se mezclan con los grandes árboles, y mienten que sus frutos son de aquellos árboles con los que están mezclados. El que, por tanto, quiere discernir el fruto, discierna primero también las ramas: para que reconozca de qué árbol procede el fruto. Así, así ciertamente es en la conversación de los fieles: porque en el pueblo elegido de un buen predicador, mientras se mezclan muchos malos, surgen como espinas entre los árboles buenos. La conversación, por tanto, del predicador elegido no ha de ser explorada en todos los súbditos, sino en los solos elegidos. Entonces ciertamente separamos con discreción como ramas de un árbol bueno, cuando en el pueblo imitamos a aquellos rectores como manzanas elegidas, que aprovechan por el ejemplo de su maestro: y huimos de aquellos como de zarzas, que son reprobados por el fraude del antiguo enemigo. Bien, pues, se dice de Saúl y de su criado: que vinieron a la ciudad, y subieron la cuesta de la misma ciudad; porque ciertamente la perfección de los varones santos cuando se busca en los súbditos, no han de buscarse los miembros imperfectos, sino los elegidos y perfectos. Pues también los artífices primero comienzan sus obras, luego las adornan. Un pintor también, cuando apetece superponer hermosos colores u oro, primero extiende un color más vil. El que, por tanto, quiere juzgar sobre la pericia de los artífices, no mire sus obras iniciadas, sino las perfectas. Suba, pues, la cuesta de la ciudad para que, quien apetece encontrar al Vidente, lo halle. Pues la cuesta (clivus) es un lugar ínfimo y excavado. En cuya parte de la ciudad ciertamente se significan aquellos que todavía han aprovechado muy poco en una conversación más alta. Subimos, pues, la cuesta cuando evitamos proponernos como ejemplo la llanura de los oyentes enfermos.

32. Y entonces ciertamente encontramos a las muchachas que salían a sacar agua: porque miramos la belleza de las mentes santas en una conversación más perfecta. Las muchachas ciertamente son las mentes de los elegidos, íntegras por la inocencia, decorosas por la claridad de las virtudes. Y porque en la vida más secreta conservan su belleza, no pueden ser vistas sino cuando salen a sacar agua. Las muchachas sacan agua cuando las almas elegidas, por el profundo dolor del presente exilio, derraman torrentes de lágrimas.

Haurire quidem aquam dicuntur: quia dum se projectas in hac valle lacrymarum lugentes memorant, quasi ad profundum, funem cogitationis mittunt, a quo cum labore aquas lacrymarum trahunt. Tunc etiam egressae videntur: quia quae quales sunt intus latent, apparent tamen in oculis; et quantum diligant Conditorem, indicant, quae in tanto dolore praesentis saeculi vitam sustinent. Ab istis ergo quaerendum est: Ubi est Videns? Quia locus perfectorum tunc bene cognoscitur, cum ab eis nobis ostenditur, qui per profectum vitae eorum conversationi vicini sunt. Sed habent praedicatores loca diversa. Alium quippe locum habent pro se, alium pro subditis: quia nimirum in seipsis in altissima contemplatione morantur, pro subditis ad doctrinae montem descendunt. Per contemplationem velut in coelo sunt; et quia alta sunt quae docent, et descendunt cum docent, et sublimia loquentes in alto se retinent. Perfectiores igitur auditores vicini suo rectori sunt, non cum in summa contemplatione est, sed in inferiori monte doctrinae. Quare et puellae respondentes dicunt:

(Vers. 12.) Hic est, ecce ante te: hodie enim venit in civitatem.

33. Quasi dicant: Ideo locum ejus indicare possumus, quia illuc venit, ubi eum videre solebamus. Nam si in suae sublimitatis arce resideret, eum tibi nemo ostenderet. In civitate etenim doctor est, quando per ministerium praedicationis moratur in eruditione populi subjecti. In civitate est doctor, quando relinquit propria, ut communia disponat. Quia enim boni praedicatoris plebes per ejus exhortationem munitae ac fortes sunt, quando in eorum ministerio moratur, in civitate esse cognoscitur. Item quia in subjectae plebis multitudine alii simplices, alii sapientes sunt, puellae subjungunt:

(Vers. 12, 13.) Festina nunc, hodie venit in civitatem: quia sacrificium est populi in excelso. Ingredientes autem statim invenietis eum, antequam ascendat in excelsum, ad vescendum. Neque enim comesturus est populus, donec ille veniat: quia ipse benedicet hostiae, et deinde comedent, qui vocati sunt.

34. Cum in civitatem venit Samuel, in excelsum ascendit: quia electus praedicator in eruditione subditorum, modo plana verba, modo alta pronuntiat. Quando igitur plana et intelligibilia praecipit, in civitate est; quando sublimia, et quae vix intelliguntur, in excelso. In civitate est, quando simplicibus proponit exempla: in excelso autem, quando perfectis verborum spiritualium alta pronuntiat. Quasi enim in civitate erat, qui dicebat: Nihil judicavi me scire inter vos, nisi Christum, et hunc crucifixum (I Cor. II, 2).

Se dice ciertamente que sacan agua: porque mientras se recuerdan arrojadas en este valle de lágrimas llorando, envían como al profundo la cuerda del pensamiento, de donde con trabajo extraen las aguas de las lágrimas. Entonces también se ven haber salido: porque las que son tales por dentro yacen ocultas, aparecen sin embargo en los ojos; e indican cuánto aman al Creador aquellas que en tanto dolor del presente siglo sostienen la vida. A estas, por tanto, hay que preguntarles: ¿Dónde está el Vidente? Porque el lugar de los perfectos entonces se conoce bien cuando nos es mostrado por aquellos que, por el provecho de la vida, son cercanos a su conversación. Pero los predicadores tienen diversos lugares. Tienen, en efecto, un lugar para sí, otro para los súbditos: porque ciertamente en sí mismos moran en la altísima contemplación, por los súbditos descienden al monte de la doctrina. Por la contemplación están como en el cielo; y porque son altas las cosas que enseñan, tanto descienden cuando enseñan, como hablando cosas sublimes se retienen en lo alto. Los oyentes más perfectos, por tanto, son cercanos a su rector, no cuando está en la suma contemplación, sino en el monte inferior de la doctrina. Por lo cual también las muchachas respondiendo dicen:

(Vers. 12.) Aquí está, he aquí ante ti: porque hoy ha venido a la ciudad.

33. Como si dijeran: Por eso podemos indicar su lugar, porque vino allá donde solíamos verlo. Pues si residiera en la cumbre de su sublimidad, nadie te lo mostraría. En la ciudad, en efecto, está el doctor cuando por el ministerio de la predicación mora en la instrucción del pueblo súbdito. En la ciudad está el doctor cuando deja lo propio para disponer lo común. Porque pues los pueblos de un buen predicador por su exhortación están fortalecidos y fuertes, cuando mora en el ministerio de ellos, se reconoce estar en la ciudad. Asimismo, porque en la multitud del pueblo súbdito unos son simples, otros sabios, las muchachas añaden:

(Vers. 12, 13.) Dateos prisa ahora, hoy ha venido a la ciudad: porque hay sacrificio del pueblo en el lugar alto. Al entrar, pues, lo encontraréis inmediatamente, antes de que suba al lugar alto para comer. Pues el pueblo no ha de comer hasta que él venga: porque él bendecirá la víctima, y después comerán los que han sido invitados.

34. Cuando Samuel viene a la ciudad, sube al lugar alto: porque el predicador elegido en la instrucción de los súbditos, unas veces pronuncia palabras llanas, otras veces altas. Cuando, por tanto, preceptúa cosas llanas e inteligibles, está en la ciudad; cuando cosas sublimes, y que apenas se entienden, en el lugar alto. Está en la ciudad cuando propone ejemplos a los simples; pero en el lugar alto cuando pronuncia las alturas de las palabras espirituales a los perfectos. Pues estaba como en la ciudad el que decía: Nada juzgué saber entre vosotros, sino a Cristo, y a este crucificado (1 Cor. 2, 2).

Item in civitate erat, quando infirmis remedia demonstrabat, dicens: Propter fornicationem vir suam uxorem habeat, et uxor suum virum habeat (Ibid., 2). Sed in excelsum ascendit, quia non multo post subdit: De virginibus autem praeceptum non habeo, consilium autem do. Vellem omnes homines esse sicut meipsum (Ibid., 25, 7). In excelsum etiam verborum se saepe ascendere fatetur, quia dicit: Sapientiam loquimur inter perfectos (Ibid., 6).

35. Quid est ergo, quod dicunt puellae: Festina nunc, hodie venit in civitatem, nisi quia raro videbatur in civitate, videlicet tarde veniens, cito recedens? Quo nimirum magisterio sanctae Ecclesiae doctor instruitur, ut videlicet raro sit in publico, frequens in secreto: ut quo tardius aspicitur, devotius veneretur. Tunc quidem quasi coelestis excipitur: quia quo amplius in secreto contemplationis latuit, verbi Dei thesauros ad eos, qui se exspectant, ditiores trahit. Ille enim potest multa bona in infimis dicere, cui per secretum mentis intuitum conceditur summa videre. Et quia dulcius videntur illa quae dicuntur, puellae dicunt: Festina. Quasi dicant: si id, pro quo in civitate venit, expleverit, videre in secreto suo repositum non potestis.

36. Quod profecto verbum jam litteram non ad verbum, sed exemplum religiosorum est. Nam sanctus vir tantae erat districtionis, ut statutas dies et horas haberet, in quibus eum, qui cuperet, videre potuisset. Dicunt ergo: Festina. Ac si dicant: Si statutum tempus transierit, in horis suae quietis, verbis, aut actionibus non intendit. Qui ergo remotae vitae ordinem sumpsimus, hoc observare attentius debemus. Statuendae sunt nobis horae ministerii, ut breviter persistamus in opere, festinanter redire valeamus ad contemplationis arcem. Ipsae autem secreti silentii nostri morae, tanta lege districtionis custodiendae sunt, ut ipsi etiam, qui accedere solent, sciant, quia contra propositum nostrum ad nos accessum non habeant.

37. Quia vero haec spiritualiter explanare coepimus, contra simplices hoc dici convenienter intelligi potest. In civitate quippe is, qui videtur extraneus, Samuelem alloqui posse putatur, in excelso autem non putatur: quia quos simplices esse credimus, plana, non alta eruditione eos indigere existimamus. Tunc ergo praedicatores sanctos audire debent, quando plana simplicibus loquuntur, quae intelligunt: non quando dicunt alta, quae intelligere nequaquam possunt. Dicunt ergo: Festina nunc, hodie venit in civitatem: quia sacrificium est populi in excelso.

Asimismo estaba en la ciudad cuando demostraba remedios a los enfermos, diciendo: Por causa de la fornicación tenga cada uno su mujer, y cada mujer tenga su marido (Ibíd., 2). Pero sube al lugar alto, porque no mucho después añade: De las vírgenes, empero, no tengo precepto, pero doy consejo. Quisiera que todos los hombres fueran como yo mismo (Ibíd., 25, 7). También confiesa que a menudo sube al lugar alto de las palabras, porque dice: Hablamos sabiduría entre los perfectos (Ibíd., 6).

35. ¿Qué es, pues, lo que dicen las muchachas: Dateos prisa ahora, hoy ha venido a la ciudad, sino porque raramente se veía en la ciudad, a saber, viniendo tarde y retirándose pronto? Por cuyo magisterio ciertamente se instruye al doctor de la santa Iglesia, a saber, para que raramente esté en público, y sea frecuente en el secreto: para que cuanto más tarde sea visto, más devotamente sea venerado. Entonces ciertamente es recibido como celestial: porque cuanto más se ha ocultado en el secreto de la contemplación, atrae tesoros más ricos de la palabra de Dios para los que lo esperan. Pues puede decir muchas cosas buenas en lo ínfimo aquel a quien se le concede ver las cosas sumas por la secreta intuición de la mente. Y porque se ven más dulcemente aquellas cosas que se dicen, las muchachas dicen: Dateos prisa. Como si dijeran: si hubiera cumplido aquello por lo que vino a la ciudad, no podéis verlo repuesto en su secreto.

36. Cuya palabra ciertamente ya no es según la letra, sino que es ejemplo de los religiosos. Pues el varón santo era de tanta severidad (districtio) que tenía días y horas señaladas en las que podía ser visto por quien lo deseara. Dicen, pues: Dateos prisa. Como si dijeran: si hubiera pasado el tiempo señalado, en las horas de su quietud no atiende a palabras o acciones. Nosotros, por tanto, que hemos asumido el orden de la vida retirada, debemos observar esto más atentamente. Se nos han de señalar horas de ministerio, para que persistamos brevemente en la obra, y podamos volver de prisa a la cumbre de la contemplación. Las mismas demoras de nuestro secreto silencio han de ser custodiadas con tal ley de severidad, que ellos mismos también, los que suelen acercarse, sepan que no tienen acceso a nosotros contra nuestro propósito.

37. Como hemos comenzado a explicar estas cosas espiritualmente, se puede entender convenientemente que esto se dice contra los simples. Pues en la ciudad se piensa que aquel que parece ser un extraño puede hablar con Samuel, pero en el lugar alto no se piensa así: porque a los que creemos que son simples, consideramos que necesitan una instrucción llana y no elevada. Por tanto, deben oír a los santos predicadores entonces, cuando dicen cosas llanas a los simples que ellos entienden: no cuando dicen cosas altas que de ninguna manera pueden entender. Dicen, pues: "Apresúrate ahora, hoy ha venido a la ciudad: porque hay sacrificio del pueblo en el lugar alto".

Quod tale est, ac si dicat: Quia multi sunt, qui summa audire desiderant, nunc tu debes festinare, quando ille similes tui simplices videtur instruere. Sacrificium quidem populi est devotio electae plebis. Quae nimirum devotio, quia verbo praedicationis in electorum cordibus excitatur, quasi a Samuele perficitur. In excelso est autem sacrificium populi, quando corda fidelium subditorum alta verba sanctae praedicationis devote audire concupiscunt. Unde et apte dicitur: Quia populus non comedit, nisi prius Samuel hostiae benedixerit: quia perfectiores auditores, dum ad summam virtutum perfectionem pervenire desiderant, verbum scientiae, per quod ad desiderata perveniant, in magno desiderio exspectant. Quo in loco notandum est, quia oblatum sacrificium nondum erat, et tamen dicit: Sacrificium est populi in excelso. Si enim sacrificium antequam offerri incipiat, non est, quomodo erat sacrificium, quod non erat? Sed quia nos spiritalia sequimur, nondum erat sacrificium, et erat: quia cum electi fideles altius erudiri appetunt, jam quidem magnam devotionem audiendi habent, quam, post auditam praedicationem, valde majorem habent. Non est ergo adhuc oblatum sacrificium: quia illa magnitudo devotionis, quae nascitur in corde electi de verbo praedicationis, ante praedicatoris verbum in corde non est. Et est quidem in excelso sacrificium: quia de exspectatione verbi, magna jam est in corde audire volentis vis devotionis. Quare et bene dicitur: Quia populus non comedit, donec ille hostiae benedicat. Quia enim summa inhianter diligunt, donec eadem summa percipiunt, non quiescunt. Si enim hostia mentis, ejus devotio est: hostiae benedicitur, quando ad vocem praedicationis sanctificatur, ut quo purior efficitur, divina susceptione acceptior habeatur. Quod enim in Dei sacrificio benedicitur, mundum quidem est cum offertur, et materiale: oblatum vero tanto est mundius, quanto non solum materiale, sed spirituale: quanto non solum mundum, sed etiam mundans est. Hostiarum quippe oblationibus mundari peccata quis dubitet? Sic namque, sic est mentis devotio: nam cum bona audire gestit, munda est; sed cum sanctae praedicationis accepta et benedicta manibus fuerit, tanto ardentior et sacratior redditur, quanto clarius didicit, quem amare dulcius notum possit. Munda quidem ante, velut praeparatio sacrificii fuerat, quae bonum nosse cupiebat, et tamen materialis erat apparatus: quia nondum novit, quae discere appetit, sed munda valde et spiritalis, cum jam doctrinae sanctificata vocibus, non jam appetit audire, quod sciat, sed audita delectatur experiri, quae amat.

Lo cual es tal como si dijera: "Porque hay muchos que desean oír las cosas más elevadas, ahora debes apresurarte, cuando él parece instruir a los simples semejantes a ti". El sacrificio del pueblo es, en efecto, la devoción de la plebe elegida. Esta devoción, porque se excita en los corazones de los elegidos por la palabra de la predicación, es como perfeccionada por Samuel. Pero el sacrificio del pueblo está en el lugar alto cuando los corazones de los fieles súbditos desean devotamente oír las altas palabras de la santa predicación. De donde también se dice aptamente: "Porque el pueblo no come, si antes Samuel no ha bendecido la víctima": porque los oyentes más perfectos, mientras desean llegar a la suma perfección de las virtudes, esperan con gran deseo la palabra de la ciencia, por la cual lleguen a las cosas deseadas. En cuyo lugar se ha de notar que el sacrificio ofrecido aún no existía, y sin embargo dice: "El sacrificio del pueblo está en el lugar alto". Pues si el sacrificio no existe antes de que comience a ofrecerse, ¿cómo existía el sacrificio que no existía? Pero porque nosotros seguimos las cosas espirituales, aún no existía el sacrificio, y existía: porque cuando los fieles elegidos apetecen ser instruidos más profundamente, ya tienen ciertamente una gran devoción de oír, la cual, después de oída la predicación, tienen mucho mayor. Por tanto, aún no se ha ofrecido el sacrificio: porque aquella grandeza de devoción, que nace en el corazón del elegido por la palabra de la predicación, no está en el corazón antes de la palabra del predicador. Y ciertamente el sacrificio está en el lugar alto: porque por la expectación de la palabra, ya es grande en el corazón del que quiere oír la fuerza de la devoción. Por lo cual también se dice bien: "Porque el pueblo no come hasta que él bendiga la víctima". Porque, como aman ansiosamente las cosas más elevadas, hasta que perciben esas mismas cosas más elevadas, no descansan. Pues si la víctima de la mente es su devoción: se bendice la víctima cuando se santifica a la voz de la predicación, para que, cuanto más pura se hace, sea tenida por más aceptable para la recepción divina. Porque lo que se bendice en el sacrificio de Dios es ciertamente limpio cuando se ofrece, y material; pero lo ofrecido es tanto más limpio, cuanto no es sólo material, sino espiritual: cuanto no es sólo limpio, sino también purificador. Pues ¿quién dudará que los pecados se limpian con las ofrendas de las víctimas? Porque así, así es la devoción de la mente: pues cuando desea oír cosas buenas, es limpia; pero cuando ha sido recibida y bendecida por las manos de la santa predicación, se vuelve tanto más ardiente y sagrada, cuanto más claramente ha aprendido a quién puede serle más dulce amar tras haberlo conocido. Limpia ciertamente antes, como había sido la preparación del sacrificio, la cual deseaba conocer el bien, y sin embargo era un aparato material: porque aún no conocía lo que apetecía aprender, pero es muy limpia y espiritual cuando, ya santificada por las voces de la doctrina, ya no apetece oír lo que sepa, sino que se deleita en experimentar tras lo oído las cosas que ama.

Tunc etiam non solum munda est hostia, sed mundans: quia quo ferventiori coelestium amore succenditur, ab ea negligentiae carnalis tenebrae potentius effugantur. Scriptum quippe est: Quia charitas operit multitudinem peccatorum (I Petr. IV, 8): quia nimirum carnalia nostra destruimus, cum ardenti devotione ad coelestia sublevamur.

38. Et quia subditur: Et tunc comedent, qui vocati sunt. Quid aliud designat, nisi quia devotionis affectus mentis est cibus? Tunc namque comedemus, cum hostiae benedicitur: quia cum ad praedicatorum vocem devotio nostra in amorem Conditoris extollitur, anima, quae ad dulcedinem Conditoris pervenit, habet jam cibum suum. Tunc ergo comedunt, qui ante benedictionem hostiae comedere noluerunt. Nam qui summa intentionis exspectatione ad divinae dulcedinis perceptionem se praeparant, dum mala desideria per appetitum nulla recipiunt, velut jejuni, refectione devotionis avidius replentur. Velut enim benedictionem hostiae ad refectionem exspectant, qui cuncta illicita desideria fugiunt, ut de visione internae gloriae per devotionem satientur. Scriptum quippe est: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (Matth. V, 8). Qui enim in corde inepta non recipit, dum superna desiderat, mundus corde est: et dum per bonum praedicationis ad divinae contemplationis dulcedinem ducitur, quasi benedictionem hostiae habet in animae saturitate. Dicit ergo: Deinde comedent, qui vocati sunt. Jejuni quippe vocantur ad comestionem, dum praedicator foris loquitur, qui a pravis desideriis mentem custodiunt, et per gratiam Spiritus sancti ad internae dulcedinis experientiam trahuntur. Vocati enim tunc erant invitati, qui venerant. Vocati ergo jejuni tunc comedunt, quando hi spiritualis gratiae devotione pascuntur, qui ad eam percipiendam se magna mentis suae custodia paraverunt. Quid vero est quod dicunt: (Vers. 13.) Ascendite, quia hodie reperietis eum?

39. Sed dum electi bona praedicatorum laudant, auditorum corda magna luce irradiant. Coelestis namque illa conversatio boni doctoris, quam praedicant, dies est. Dicant ergo: Hodie reperietis eum. Eo namque die praedicator invenitur, quando non est minor vita, quam fama: quando electorum voce laudatur, sed qui laudes audiunt, omne quod audiunt, in ejus laudabili conversatione inveniunt, atque cognoscunt. Quo contra Pharisaeos increpans Dominus, ait: Vae vobis, Scribae, et Pharisaei, qui similes estis sepulcris dealbatis, quae foris videntur hominibus pulchra, intus autem plena sunt ossibus mortuorum (Matth. XXIII, 27). Hinc iterum vane gloriosos infidelibus comparat, dicens: Quomodo potestis credere, gloriam ab hominibus accipientes (Joan. V, 44)?

Entonces también la víctima no sólo es limpia, sino purificadora: porque cuanto más ferviente amor de las cosas celestiales se enciende, más poderosamente se ahuyentan de ella las tinieblas de la negligencia carnal. Escrito está, en efecto: "Porque la caridad cubre la multitud de los pecados" (1 Pe 4, 8): porque ciertamente destruimos nuestras cosas carnales cuando con ardiente devoción somos elevados a las celestiales.

38. Y porque se añade: "Y entonces comerán los que han sido llamados". ¿Qué otra cosa designa, sino que el afecto de la devoción es el alimento de la mente? Pues entonces comemos cuando se bendice la víctima: porque cuando por la voz de los predicadores nuestra devoción es elevada al amor del Creador, el alma, que ha llegado a la dulzura del Creador, tiene ya su alimento. Entonces, por tanto, comen los que antes de la bendición de la víctima no quisieron comer. Porque los que se preparan con suma expectativa de intención para la percepción de la dulzura divina, mientras no reciben ningún mal deseo a través del apetito, son llenados más ávidamente, como en ayunas, con el refrigerio de la devoción. Pues como quien espera la bendición de la víctima para el refrigerio, así son los que huyen de todos los deseos ilícitos, para que por la devoción sean saciados de la visión de la gloria interna. Escrito está, en efecto: "Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios" (Mt 5, 8). Pues el que no recibe cosas ineptas en su corazón, mientras desea las cosas celestiales, es limpio de corazón; y mientras es conducido por el bien de la predicación a la dulzura de la contemplación divina, tiene como la bendición de la víctima en la saciedad del alma. Dice, pues: "Después comerán los que han sido llamados". Pues los que ayunan son llamados a la comida, mientras el predicador habla exteriormente, los cuales custodian su mente de los deseos depravados y son atraídos por la gracia del Espíritu Santo a la experiencia de la dulzura interna. Pues los que habían venido entonces eran invitados. Los llamados que ayunan comen entonces cuando estos son alimentados por la devoción de la gracia espiritual, los cuales se han preparado para recibirla con una gran custodia de su mente. ¿Qué es, pues, lo que dicen: (Vers. 13.) "Subid, porque hoy le hallaréis"?

39. Pero mientras los elegidos alaban las cosas buenas de los predicadores, los corazones de los oyentes son irradiados con una gran luz. Pues aquella conversación celestial del buen doctor que predican es el día. Digan, pues: "Hoy le hallaréis". Pues en ese día se halla al predicador cuando su vida no es menor que su fama: cuando es alabado por la voz de los elegidos, pero los que oyen las alabanzas hallan y conocen en su laudable conversación todo lo que oyen. Al contrario, el Señor, reprendiendo a los fariseos, dice: "Ay de vosotros, escribas y fariseos, que sois semejantes a sepulcros blanqueados, que por fuera parecen hermosos a los hombres, pero por dentro están llenos de huesos de muertos" (Mt 23, 27). De aquí otra vez compara a los vanagloriosos con los infieles, diciendo: "¿Cómo podéis creer vosotros, que recibís gloria unos de otros?" (Jn 5, 44).

In die quidem laudantur, qui ejusmodi sunt, sed eo die non reperiuntur: quia qui eorum laudes audiunt, quasi candorem sepulcri a foris aspiciunt; sed cum laudatas virtutes quaerunt, intus peccatorum noctem quasi tristia atque putentia mortuorum ossa inveniunt. Dicant ergo, pro significanda vera gloria justi: Hodie reperietis eum: quia cum justi laudantur, in veritate conversationis habent, quidquid lucidum emicat de eis voce laudis. Et quia tanti viri festina devotione quaerendi sunt, sequitur: (Vers. 14.) Et ascenderunt in civitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel, egrediens obviam eis, ut ascenderet in excelsum.

40. Cum sanctorum virorum praeconia audimus, in civitate ascendimus: quia illic eos quaerimus, ubi descendunt, non ubi sunt. Sed, ut superius dixi, praedicatorum locus, quem pro se habent, secreta divinitatis contemplatio est: locus autem pro subditis, praedicatio. Aliquando vero plana, aliquando alta loquuntur. Habent ergo communem locum pro omnibus, habent sublimem specialemque pro quibusdam, habent secretum pro se. Haec nimirum tria spiritualia loca signantur: quia Samuel egredi dicitur, et apparere in medio urbis, et ascendere in excelsum. Nam qui, ut appareret, egressus est, erat ubi, antequam appareret, latuisset. Egrediuntur ergo sacerdotes, quando a secreto meditationis ad praedicandum veniunt. In civitate apparent, quando planiora, id est ad agendum, vel ad intelligendum dicunt. In excelsum ascendunt, quando sapientibus aut fortia praecipiunt operis, aut revelant alta mysterii. Ordinatus ergo ascensus noster ostenditur, per hoc, quod Saul in civitate ascendere perhibetur. Nam nobis Pastorum nostrorum loca, in quibus orare, aut secreti esse consueverunt, veneranda, non adeunda sunt. Quod non solum exemplo, sed etiam divina cohortatione cognoscere possumus. In Cantico quidem canticorum sponsus denuntiat, dicens: Obsecro vos, filiae Jerusalem, ne evigilare faciatis dilectam, quousque ipsa velit (Cant. III, 5). Mentes enim perfectorum sponsae sunt: quia dum secreto divini amoris se velut in thalamo collocant, ibi per visionem inveniunt, cui ineffabili amore junguntur. Cum ergo sponsa dormit in thalamo, conjungitur sponso: quia dum electa praedicatoris anima in secreta contemplatione reconditur, quasi in sponsi thalamo collocatur. Qui ergo hanc suscitat, sponso tollit: quia nimirum requies electae animae non solum sua, sed etiam delectatio sponsi est. Unde et per prophetam dicitur: Gaudebit sponsus super sponsam (Isai. LXII, 5). Merito ergo Jerusalem filias sponsus adjurat, ut ab eis sponsa, quandiu dormire voluerit, non excitetur: ne, dum illa surgit a quiete thalami, ipse perfruitionem perdat amoris. Egressus ergo Samuelis exspectetur, quia viri sancti in secreto sui silentii venerandi sunt, inquietandi non sunt.

En el día, ciertamente, son alabados los que son de tal clase, pero en ese día no se hallan: porque los que oyen sus alabanzas miran como la blancura del sepulcro desde fuera; pero cuando buscan las virtudes alabadas, hallan por dentro la noche de los pecados como huesos de muertos tristes y hediondos. Digan, pues, para significar la verdadera gloria del justo: "Hoy le hallaréis": porque cuando los justos son alabados, tienen en la verdad de su conversación cualquier cosa lúcida que emane de ellos por la voz de alabanza. Y porque hombres tan grandes han de ser buscados con apresurada devoción, se sigue: (Vers. 14.) "Y subieron a la ciudad. Y mientras ellos caminaban por medio de la ciudad, apareció Samuel, saliendo a su encuentro, para subir al lugar alto".

40. Cuando oímos los elogios de los varones santos, subimos a la ciudad: porque allí los buscamos, donde descienden, no donde están. Pero, como dije arriba, el lugar de los predicadores, que tienen para sí, es la secreta contemplación de la divinidad; pero el lugar para los súbditos es la predicación. A veces hablan cosas llanas, a veces cosas altas. Tienen, pues, un lugar común para todos, tienen uno sublime y especial para algunos, tienen uno secreto para sí. Estos tres lugares espirituales se señalan ciertamente: porque se dice que Samuel sale, y aparece en medio de la ciudad, y sube al lugar alto. Pues el que salió para aparecer, estaba donde se había escondido antes de aparecer. Salen, pues, los sacerdotes cuando vienen del secreto de la meditación a predicar. Aparecen en la ciudad cuando dicen cosas más llanas, es decir, para obrar o para entender. Suben al lugar alto cuando prescriben a los sabios obras fuertes o revelan altas cosas de misterio. Nuestro ascenso ordenado se muestra, pues, por esto de que se dice que Saúl sube en la ciudad. Pues para nosotros los lugares de nuestros Pastores, en los cuales han solido orar o estar en secreto, han de ser venerados, no invadidos. Lo cual podemos conocer no sólo por el ejemplo, sino también por la exhortación divina. En el Cantar de los cantares, en efecto, el esposo anuncia diciendo: "Os adjuro, hijas de Jerusalén, que no despertéis a la amada hasta que ella quiera" (Cant 3, 5). Pues las mentes de los perfectos son esposas: porque mientras en el secreto del divino amor se colocan como en un tálamo, allí por la visión encuentran a aquel a quien se unen con inefable amor. Cuando, pues, la esposa duerme en el tálamo, se une al esposo: porque mientras el alma elegida del predicador se esconde en la secreta contemplación, se coloca como en el tálamo del esposo. El que, pues, despierta a esta, se la quita al esposo: porque ciertamente el descanso del alma elegida no es sólo delectación suya, sino también del esposo. De donde también se dice por el profeta: "Se gozará el esposo sobre la esposa" (Is 62, 5). Con razón, pues, el esposo adjura a las hijas de Jerusalén para que la esposa no sea despertada por ellas mientras quiera dormir: no sea que, mientras ella se levanta del reposo del tálamo, él mismo pierda el disfrute del amor. Espérese, pues, la salida de Samuel, porque los varones santos han de ser venerados en el secreto de su silencio, no han de ser inquietados.

In civitate igitur ascendendum est; quia electus doctor in communi loco doctrinae tanto lucro suis videtur, quanto ut prosit, exire cognoscitur. Quo in loco notandum, quia de Samuele non dicitur: Hodie ascendit in civitate, sed, hodie venit in civitatem: de Saule autem, et puero: non venerunt, sed ascenderunt, dicitur. Ille enim velut per planum venit, iste velut in alta conscendit. Quid aliud per hoc nobis ostenditur, nisi quia plana quae loquuntur praedicatores, nobis plana non sunt? In civitate ergo non venimus, sed ascendimus, quando aut plana praedicationis difficulter aspicimus, aut parva, quae praecipimur, cum labore portamus. Sed quia stare in civitate, munitum esse est, idcirco ascendimus; quia cum nos summi viri parva bona agere docent, malignorum spirituum consiliis acquiescere vehementer prohibent. Et quia valde laboriosum est, omnia tentamenta vincere, ad verba doctorum, quae hoc nobis praecipiunt, quasi per ascensus laborem conamur pervenire. Sed quia scriptum est, quod Unusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem (quod nimirum non solum de aeterna retributione accipitur, sed etiam de praesenti) omnipotens Deus pro merito operis, electis suis tribuit augmenta virtutis (I Cor. III, 8). Nam et Abrahae filio non parcenti dicitur: Per memetipsum juravi: quia fecisti rem hanc, et non pepercisti filio propter me: benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum (Gen. XXII, 16). Plerumque enim, qui fideliter laborant, in faciendis iis quae sciunt, per divinam gratiam majora, quae agant, cognoscere merentur. In quorum typo bene Saul in civitate prius ascendere dicitur, in excelsum postea a Samuele ductus perhibetur. Verum obviam venire, est per eamdem viam venienti occurrere. Cum ergo a sanctis praedicatoribus salutis viam discere volumus, nobis quidem obviam veniunt, quando cum verbo salutis, quod quaerimus, occurrunt. Quasi enim eadem via veniunt, cum id nos docere festinant, quod nos proposuimus discere. Hoc profecto morale est omnium: si enim ea quae spiritualiter quibusdam competunt, indagamus, obviam venit; quia ordinandum regem ad se venire praecognoscit. Unde autem cognoscat, adjungitur:

(Vers. 15, 16.) Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis ante unam diem, quam veniret Saul, dicens: Hac ipsa, quae nunc est, hora, cras mittam ad te virum de terra Benjamin, et unges eum ducem super populum meum Israel, et salvabit populum meum de manu Philisthiim. 41. Exiit ergo ei obviam, ut in excelsum ducat: quia is, qui ad sanctae Ecclesiae regimen quaeritur, et divino munere demonstrandus est, et ad sublimem conversationem vocandus. Auricula Samuelis, quia diminutive dicitur, quid designat, nisi humilem intelligentiam doctoris spiritalis?

En la ciudad, por tanto, se ha de subir; porque el doctor elegido es visto en el lugar común de la doctrina con tanto lucro para los suyos cuanto se conoce que sale para ser útil. En cuyo lugar se ha de notar que de Samuel no se dice: "Hoy subió en la ciudad", sino "hoy vino a la ciudad"; de Saúl, en cambio, y del criado, no se dice que vinieron, sino que "subieron". Aquel, en efecto, vino como por un plano; estos subieron como a lugares altos. ¿Qué otra cosa se nos muestra por esto, sino que las cosas llanas que hablan los predicadores no son llanas para nosotros? En la ciudad, por tanto, no venimos, sino que subimos, cuando o bien miramos con dificultad las cosas llanas de la predicación, o bien llevamos con trabajo las cosas pequeñas que se nos mandan. Pero porque estar en la ciudad es estar fortalecido, por eso subimos; porque cuando los varones sumos nos enseñan a obrar bienes pequeños, nos prohíben vehementemente asentir a los consejos de los espíritus malignos. Y porque es muy laborioso vencer todas las tentaciones, intentamos llegar a las palabras de los doctores que nos mandan esto, como por el trabajo del ascenso. Pero porque escrito está que "Cada uno recibirá su recompensa según su propio trabajo" (lo cual ciertamente se toma no sólo de la retribución eterna, sino también de la presente), el Dios omnipotente, por el mérito de la obra, otorga a sus elegidos aumentos de virtud (1 Cor 3, 8). Pues incluso a Abraham, que no perdonó a su hijo, se le dice: "Por mí mismo he jurado: porque has hecho esto y no has perdonado a tu hijo por mí, te bendeciré y multiplicaré tu descendencia" (Gén 22, 16). Pues la mayoría de las veces, los que trabajan fielmente en hacer aquellas cosas que saben, merecen por la gracia divina conocer cosas mayores que hagan. En cuyo tipo bien se dice que Saúl sube primero en la ciudad, y después se refiere que es llevado por Samuel al lugar alto. Pero salir al encuentro es concurrir con el que viene por el mismo camino. Cuando, pues, queremos aprender el camino de la salvación de los santos predicadores, nos salen ciertamente al encuentro cuando concurren con la palabra de salvación que buscamos. Pues vienen como por el mismo camino cuando se apresuran a enseñarnos aquello que nosotros nos hemos propuesto aprender. Esto es ciertamente el sentido moral de todo: pues si indagamos aquellas cosas que espiritualmente competen a algunos, sale al encuentro; porque preconoce que el rey que ha de ser ordenado viene a él. Pero de dónde lo conozca, se añade:

(Vers. 15, 16.) Pero el Señor había revelado la oreja de Samuel un día antes de que viniese Saúl, diciendo: "A esta misma hora que es ahora, mañana enviaré a ti a un varón de la tierra de Benjamín, y le ungirás por caudillo sobre mi pueblo Israel, y él salvará a mi pueblo de la mano de los filisteos". 41. Salió, pues, a su encuentro para llevarle al lugar alto: porque aquel que se busca para el régimen de la santa Iglesia ha de ser tanto mostrado por don divino como llamado a una conversación sublime. La oreja de Samuel, porque se dice en diminutivo (auricula), ¿qué designa sino la humilde inteligencia del doctor espiritual?

Auricula ergo revelatur a Domino, quando humilis intelligentia praedicatoris a Spiritu sancto instruitur; ut quae facturus est, audiat, et audita disponat. Sed subtiliter est intuendum quod dicitur: Ante unam diem. Dies enim est vita justi, Paulo attestante, qui ait: Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino (Ephes. V, 8). Quando autem vita electi ostenditur, dies latens revelatur. Nam homo videt praetextum boni operis, Deus autem lucem cordis. Quia ergo electi, et reprobi intentione cordis absconditi sunt, ante unam diem Dominus venientem regem insinuat; quando per ejus gratiam sancti praedicatores agnoscunt in eis, qui promovendi sunt, testimonium boni operis praecedere puritatem intentionis. Nulla enim est lux operis, quam non praecedit rectitudo intentionis. Recte ergo ante unam diem rex ordinandus agnoscitur. Sed subsequentem quidem diem non aspiciunt, nisi ex praecedente nascatur: ut diem ante diem intentionem ante operationem considerent, et a Deo missum in luce sanctae operationis aspiciant, quem lucere per propositum cordis divina gratia demonstrat. Et quia eadem hora, qua promittitur, exhibetur: quid dat intelligi, nisi quia perfectus debet esse, qui eligitur, non solum corpore, sed mente? Nam quando Deus loquitur sanctis viris, plena lux diei est. Habet namque originem dies, habet et finem. Juxta finem peccatorum arguit, dicens: Adam, ubi es (Gen. III, 2)? Et quia nec qui bona incipiunt, nec qui a bono opere torpescunt, promovendi sunt, hora perfectae locutionis praedicator mittitur, quando talis exhibetur, qui plena fulgeat luce boni operis, et pleno resplendeat fulgore veritatis. Qui etiam vir de terra Benjamin venire describitur. Vir quidem dicitur, pro operis fortitudine; de terra Benjamin, pro recta fidei confessione. Benjamin quidem dicitur filius dexterae. Quis ergo hic filius dextrae dicitur, quam ille, de quo scriptum est: Ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris (Marc. XVI, 19)? Terra ergo Benjamin sancta Ecclesia est. Quia ergo haeretici ab hac terra expulsi sunt, de terra Benjamin venit rex, quando non aliqua haeresi pollutus, sed fide catholicus sanctae Ecclesiae primatum suscipit. Qui viri praeconio fruitur, si fide firmus est, operatione fortis. Hic nimirum super populum Domini dux ungi praecipitur: quia exteriora sacramenta sacerdotibus illis prosunt, qui eorumdem sacramentorum donis indigni non sunt. Vel sacerdotes unguntur, quando per ordinantium se ministerium, gratiarum spiritualium incrementa percipiunt. Unde et sequitur: Salvabit populum meum de manu Philisthiim.

La oreja, pues, es revelada por el Señor cuando la humilde inteligencia del predicador es instruida por el Espíritu Santo; para que oiga las cosas que ha de hacer y disponga lo oído. Pero se ha de mirar sutilmente lo que se dice: "Un día antes". Pues un día es la vida del justo, como atestigua Pablo, que dice: "Fuisteis en otro tiempo tinieblas, mas ahora luz en el Señor" (Ef 5, 8). Pero cuando se muestra la vida del elegido, se revela el día latente. Pues el hombre ve el pretexto de la buena obra, pero Dios la luz del corazón. Porque, pues, los elegidos y los réprobos están escondidos por la intención del corazón, el Señor insinúa al rey que viene un día antes; cuando por su gracia los santos predicadores reconocen en aquellos que han de ser promovidos que el testimonio de la buena obra precede a la pureza de la intención. Pues no hay luz de obra a la que no preceda la rectitud de la intención. Rectamente, pues, un día antes es reconocido el rey que ha de ser ordenado. Pero no miran el día subsiguiente a no ser que nazca del precedente: para que consideren el día antes del día, la intención antes de la operación, y vean como enviado de Dios en la luz de la santa operación a aquel a quien la gracia divina demuestra que brilla por el propósito del corazón. Y porque a la misma hora en que se promete es exhibido: ¿qué da a entender sino que debe ser perfecto el que es elegido, no sólo de cuerpo, sino de mente? Pues cuando Dios habla a los varones santos, es la plena luz del día. Pues tiene su origen el día, tiene también su fin. Cerca del fin arguye a los pecadores diciendo: "Adán, ¿dónde estás?" (Gén 3, 2). Y porque ni los que comienzan las cosas buenas, ni los que se entorpecen de una buena obra han de ser promovidos, el predicador es enviado a la hora de la perfecta locución, cuando se exhibe tal que brille con la plena luz de la buena obra y resplandezca con el pleno fulgor de la verdad. El cual también se describe como un varón que viene de la tierra de Benjamín. Varón, ciertamente, se llama por la fortaleza de la obra; de la tierra de Benjamín por la recta confesión de la fe. Benjamín, en efecto, se llama hijo de la diestra. ¿Quién es, pues, llamado aquí hijo de la diestra sino aquel de quien está escrito: "Subió al cielo y está sentado a la diestra del Padre" (Mc 16, 19)? La tierra de Benjamín, por tanto, es la santa Iglesia. Porque, pues, los herejes han sido expulsados de esta tierra, de la tierra de Benjamín viene el rey cuando, no contaminado por alguna herejía sino católico en la fe, recibe el primado de la santa Iglesia. El cual disfruta del elogio de varón si es firme en la fe y fuerte en la operación. Aquí ciertamente se manda que sea ungido por caudillo sobre el pueblo del Señor: porque los sacramentos exteriores aprovechan a aquellos sacerdotes que no son indignos de los dones de los mismos sacramentos. O los sacerdotes son ungidos cuando por el ministerio de quienes los ordenan perciben incrementos de las gracias espirituales. De donde también se sigue: "Él salvará a mi pueblo de la mano de los filisteos".

Velut uncti salvare alios possunt; quia spiritales gratias abundantius perceperunt. Nam qui populum salvant, super populum uncti sunt: quia qui a Domino ad regendos alios ordinantur, spiritualia charismatum dona, quibus eis prodesse possunt, accipiunt; et eis, quos ordine praecedunt, meritis etiam superiores sunt. Et quia plerumque bonus pastor merito bonae plebis eligitur, bene subjunctum est: (Vers. 16.) Quia respexi populum meum. Item quia magnis precibus a Domino bonus pastor quaerendus est, subditur: (Vers. 16.) Venit clamor eorum ad me.

42. Sed fortasse nonnulli moventur, quia contrarium videtur, quod hic dicitur, et quod superius dicebatur. Ibi enim ait: Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos, juxta omnia opera sua, quae fecerunt a die, qua eduxi eos de terra Aegypti, usque in diem hanc (I Reg. VIII, 7). Nunc vero dicit: Unges eum ducem super populum meum Israel, et salvabit populum meum de manu Philistiim: quia respexi populum meum: venit enim clamor eorum ad me. Superius quasi ab irato rex ordinari permittitur, nunc quasi a pio et benigno ordinatur. Hujus etiam benignitatis verba quis non videat, quantum a sententia illa dissentiant, quae eidem a Samuele illata fuit? Quia, inquit, projecisti sermonem Domini, projecit te Dominus, ne sis rex (I Reg. XV, 26). Quod profecto celeriter solvimus, si ipsam verborum vim subtiliter intueamur. Nam omnia haec divinae benignitatis verba populi meritis ascribuntur: Salvabit populum meum; et, respexi populum meum; et, clamor eorum venit ad me. Pro illis ergo rex ordinari decernitur, quorum clamor exauditur. Nam etsi pro futura nequitia repellendus a regno erat Saul, tamen habebat in se, donec regnaret, unde populo sibi subdito prodesse potuisset. Futurus certe erat bello strenuus, mente elatus. Habiturus erat unde sibi caderet, et unde aliis staret. Illud ergo unde prodesse subditis poterat, Dominus providens dicit: Salvabit populum meum de manu Philistiim; et, venit clamor eorum ad me. Adhuc tamen valde contrarium videtur, ut ejus populi clamorem exaudire credatur, qui eum abjecisse reprehenditur. Ad quod respondendum est: quia erant in illo populo et reprobi et electi.

Como ungidos pueden salvar a otros; porque percibieron más abundantemente las gracias espirituales. Pues los que salvan al pueblo son ungidos sobre el pueblo: porque los que son ordenados por el Señor para regir a otros reciben dones espirituales de carismas por los cuales pueden serles útiles; y a aquellos a quienes preceden en el orden, son también superiores en méritos. Y porque la mayoría de las veces el buen pastor es elegido por el mérito de la buena plebe, bien se añade: (Vers. 16.) "Porque he mirado a mi pueblo". Igualmente, porque con grandes ruegos se ha de buscar al buen pastor del Señor, se añade: (Vers. 16.) "Ha llegado su clamor hasta mí".

42. Pero tal vez algunos se muevan porque lo que aquí se dice parece contrario a lo que se decía arriba. Pues allí dice: "No te han desechado a ti, sino a mí, para que no reine sobre ellos, conforme a todas las obras que han hecho desde el día en que los saqué de la tierra de Egipto hasta este día" (1 Sam 8, 7). Ahora, en cambio, dice: "Le ungirás por caudillo sobre mi pueblo Israel, y él salvará a mi pueblo de la mano de los filisteos; porque he mirado a mi pueblo: pues su clamor ha llegado hasta mí". Arriba se permite que el rey sea ordenado como por uno airado, ahora es ordenado como por uno piadoso y benigno. Además, ¿quién no ve cuánto disienten estas palabras de benignidad de aquella sentencia que le fue impuesta por Samuel? "Porque", dijo, "desechaste la palabra del Señor, también el Señor te ha desechado para que no seas rey" (1 Sam 15, 26). Lo cual resolvemos ciertamente con rapidez si miramos sutilmente la fuerza de las palabras mismas. Pues todas estas palabras de la benignidad divina se atribuyen a los méritos del pueblo: "Salvará a mi pueblo"; y, "he mirado a mi pueblo"; y, "su clamor ha llegado hasta mí". Por ellos, pues, se decreta que el rey sea ordenado, cuyo clamor es escuchado. Pues aunque Saúl por su futura maldad había de ser repelido del reino, sin embargo tenía en sí, mientras reinaba, aquello por lo cual habría podido ser útil al pueblo a él sujeto. Había de ser ciertamente esforzado en la guerra, pero elevado en su mente. Había de tener aquello por lo cual caería para sí mismo, y aquello por lo cual se mantendría en pie para otros. Aquello, pues, por lo cual podía ser útil a los súbditos, lo dice el Señor previendo: "Él salvará a mi pueblo de la mano de los filisteos"; y, "su clamor ha llegado hasta mí". Con todo, todavía parece muy contrario que se crea que se escucha el clamor de aquel pueblo que es reprendido por haberle desechado. A lo cual se ha de responder: porque había en aquel pueblo tanto réprobos como elegidos.

Ibi ergo abjecisse Dominum reprobi arguuntur, hic electorum desideria ad omnipotentis Dei aures perveniunt. Qua ex re quid colligendum est, nisi quia saepe electis bonum est, quod mali rectores ordinantur? Non ergo mirum est, si Deus quasi de abjectione sua irascitur, et regem ordinat: quia ipsa dignitas futuri regis et mala erat, et bona. Mala denique, quia superba: bona vero, quia in defensione subjectorum strenua. Quod totum, et in sancta Ecclesia nunc fieri cernimus: quia plerumque ille ejus primatum suscipit, qui verbo utilis est aliis, mente tumidus sibi. Praedicando virtutes, velut stando vitia destruit, sed alta de se sentiendo, cadit. Hic itaque praedicando populum Dei salvat, sed semetipsum tumendo praecipitat. Quasi rex potens verbo populi Dei occultos adversarios atterit, sed elatione a regni sublimitate cadit. Non ergo pro se, sed solum pro populo rex constituitur; quando ille in sancta Ecclesia praeesse permittitur, qui bona quae praedicat, superbiendo, aut nequiter vivendo, conculcat.

Quo in loco notandum est, quia cum in sancta Ecclesia pastor eligitur, aliquando ordinatur pro se, et populo; aliquando nec pro populo, nec pro se; aliquando pro se, non pro populo; aliquando vero pro populo, non pro se. Pro se et populo, quando electus praedicator electis subditis datur: quia unde subjectorum multitudo ad aeternam patriam ducitur, bono pastori meritorum dona cumulantur. Nec pro se, nec pro populo pastor datur; quando reproba plebs reprobum pastorem habere permittitur, cum sic ille praeest, sic illi obediunt, ut ad aeterna bona, nec ille qui docet, nec illi qui docentur, pervenire mereantur. De quibus per Oseam Dominus dicit - Dabo eis reges in furore meo (Osee, XIII, 11). In furore etenim Dei rex datur, quando malis pejor praeesse decernitur. Talis quippe pastor tunc datur, cum talis populus regendus suscipitur, qui pariter aeterna poena damnetur. Pro se, non pro populo pastor datur, quando bonus malis praeponitur; sicut ad Ezechielem Dominus dicit: Mitto ego te ad filios Israel, ad gentem apostatricem, quae recessit a me (Ezec. III, 3). Pro se quidem, non pro populo tunc pastor datur, quando etsi auditores suos electus praedicator convertere ad Deum non poterit, ipse tamen laboris sui aeterna lucra non perdit. Pro populo autem, non pro se; quando bonis subditis pastor tribuitur, qui dona habeat, per quae illis prosit, et sibi non prosit.

Allí, pues, se arguye a los réprobos por haber desechado al Señor; aquí los deseos de los elegidos llegan a los oídos del Dios omnipotente. Por lo cual, ¿qué se ha de colegir sino que a menudo es bueno para los elegidos que se ordenen rectores malos? No es, pues, de maravillar si Dios se aíra como por su desecho y ordena un rey: porque la misma dignidad del futuro rey era tanto mala como buena. Mala, en fin, porque era soberbia; buena, en cambio, porque era esforzada en la defensa de los súbditos. Todo lo cual vemos que se hace ahora también en la santa Iglesia: porque la mayoría de las veces recibe su primado aquel que es útil de palabra para otros, pero hinchado en su mente para sí mismo. Predicando las virtudes, como estando en pie, destruye los vicios, pero sintiendo cosas altas de sí mismo, cae. Este, pues, predicando salva al pueblo de Dios, pero hinchándose se precipita a sí mismo. Como un rey poderoso, por la palabra del pueblo de Dios tritura a los adversarios ocultos, pero por la elación cae de la sublimidad del reino. No para sí mismo, pues, sino sólo para el pueblo es constituido el rey; cuando se permite que aquel presida en la santa Iglesia que pisotea los bienes que predica, ensoberbeciéndose o viviendo inicuamente.

En este lugar debe notarse que, cuando se elige un pastor en la santa Iglesia, a veces es ordenado para sí mismo y para el pueblo; a veces ni para el pueblo ni para sí mismo; a veces para sí mismo, no para el pueblo; y a veces, en cambio, para el pueblo, no para sí mismo. Para sí mismo y para el pueblo, cuando un predicador elegido es dado a súbditos elegidos: porque mientras la multitud de los súbditos es conducida a la patria eterna, se acumulan en el buen pastor los dones de los méritos. No se da el pastor ni para sí mismo ni para el pueblo cuando se permite que una plebe réproba tenga un pastor réprobo, pues él preside de tal modo, y ellos le obedecen de tal modo, que ni el que enseña ni los que son enseñados merecen llegar a los bienes eternos. Sobre los cuales dice el Señor por Oseas: *Les daré reyes en mi furor* (Oseas 13, 11). Pues el rey es dado en el furor de Dios cuando se decreta que uno peor que los malos presida. Ciertamente, tal pastor es dado entonces, cuando se recibe para ser gobernado a un pueblo tal que sea igualmente condenado a la pena eterna. El pastor es dado para sí mismo, no para el pueblo, cuando un hombre bueno es antepuesto a los malos; como dice el Señor a Ezequiel: *Yo te envío a los hijos de Israel, a una nación apóstata que se ha apartado de mí* (Ezeq. 2, 3). Ciertamente, el pastor es dado entonces para sí mismo, no para el pueblo, cuando, aunque el predicador elegido no pueda convertir a sus oyentes a Dios, él mismo no pierde las ganancias eternas de su trabajo. Pero para el pueblo, no para sí mismo, cuando se concede a buenos súbditos un pastor que posee dones mediante los cuales les aprovecha a ellos, y no se aprovecha a sí mismo.

Tales quidem erant, de quibus Dominus discipulis praecipit, dicens: Quae dicunt, facite: quae autem faciunt, facere nolite (Matth. XXIII, 3). Quasi dicat: Quod utile pro vobis acceperunt, ab eis quasi vestrum tollite; et in eis quasi suum dimittite, quod non habent ad lucrum vestrum, sed ad interitum suum. Saul ergo, abjecto Domino, eligitur, et tamen populum Domini de manu Philistinorum liberaturum perhibetur, quia omnipotens Deus saepe suis bonis fidelibus per illos praelatos prodest, qui de officio ejusdem praelationis sibi non placent. Sequitur:

(Vers. 17.) Cumque respexisset Samuel Saul, Dominus ait: Ecce vir, quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo.

44. Hoc namque in sequenti die actum est, quod praecedenti Dominus repromisit, dicens: Cras hac eadem hora mittam ad te virum de terra Benjamin, et unges eum super populum meum Israel. Aspicitur ergo in secundo die, qui primo promittitur: quia praedicatores sanctae Ecclesiae virtutes electorum in secreta eorum vita perquirunt. Hi enim qui promovendi sunt, dum bona proferunt, aliquid magnum ex se repromittunt. Primo igitur die rex promittitur; quia magna electorum opera praedicatores aspiciunt, et, quasi Domino loquente, intus agnoscunt, quos ordinare sanctae Ecclesiae rectores volunt. Aspicit ergo Samuel in sequenti die, quando praedicator eum, qui promovendus est, in magna luce conversationis videt. Et tunc quidem, quasi indicante Domino, ordinandum regem cognoscit: quia eum, qui in alta arce sanctitatis praeeminet, praeferre aliis dignum videt. Et quia qui magni sunt meritis, parvi sunt per humilitatem, sequitur:

(Vers. 18.) Accessit Saul ad Samuelem in medio portae. Indica, oro, mihi, inquiens, ubi est domus Videntis.

Si in civitate tunc est praedicator, cum plana et communia loquitur, quae intelliguntur, porta civitatis hujus quae est, nisi humilitas? Nam divini verbi cognitio superbis absconditur, humilibus revelatur. Unde et in Evangelio Patri loquitur, dicens: Confiteor tibi, Pater, rex coeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis (Matth. XI, 25). Sapientes quidem superbos et alta de se sentientes, parvulos vero dixit humiles. Quorum certe alia Scriptura meminit, dicens: Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam (I Petr. V, 5).

Tales eran, en efecto, aquellos de quienes el Señor manda a los discípulos, diciendo: *Lo que dicen, hacedlo; pero lo que hacen, no lo hagáis* (Mat. 23, 3). Como si dijera: Tomad de ellos lo que recibieron útil para vosotros, como si fuera vuestro; y dejad en ellos, como si fuera suyo, lo que no tienen para vuestra ganancia, sino para su propia perdición. Saúl, por tanto, habiendo rechazado al Señor, es elegido, y sin embargo se afirma que librará al pueblo del Señor de la mano de los filisteos, porque Dios omnipotente a menudo aprovecha a sus buenos fieles por medio de aquellos prelados que no le agradan en el oficio de esa misma prelatura (*praelationis*). Sigue:

(Vers. 17) *Y cuando Samuel hubo mirado a Saúl, el Señor dijo: He aquí el hombre de quien te había hablado, este dominará a mi pueblo.*

44. Pues esto se hizo en el día siguiente, lo que el Señor había prometido en el anterior, diciendo: *Mañana a esta misma hora enviaré a ti un hombre de la tierra de Benjamín, y lo ungirás sobre mi pueblo Israel.* Se ve, pues, en el segundo día, al que se promete en el primero: porque los predicadores de la santa Iglesia escudriñan las virtudes de los elegidos en su vida secreta. Pues estos que han de ser promovidos, mientras presentan cosas buenas, prometen algo grande de sí mismos. En el primer día, por tanto, se promete un rey; porque los predicadores ven las grandes obras de los elegidos y, como si el Señor hablara por dentro, reconocen a quienes quieren ordenar como rectores de la santa Iglesia. Mira, pues, Samuel en el día siguiente, cuando el predicador ve a aquel que ha de ser promovido en la gran luz de su conducta. Y entonces, ciertamente, como por indicación del Señor, reconoce al rey que ha de ser ordenado: porque ve que es digno de anteponer a otros a aquel que sobresale en la alta torre de la santidad. Y porque quienes son grandes en méritos son pequeños por la humildad, sigue:

(Vers. 18) *Se acercó Saúl a Samuel en medio de la puerta. Indícame, te ruego, diciendo, dónde está la casa del Vidente.*

Si el predicador está entonces en la ciudad cuando habla cosas llanas y comunes que se entienden, ¿qué es la puerta de esta ciudad sino la humildad? Pues el conocimiento de la palabra divina se esconde a los soberbios y se revela a los humildes. Por lo cual también habla al Padre en el Evangelio, diciendo: *Te confieso, Padre, Señor del cielo y de la tierra, porque escondiste estas cosas a los sabios y prudentes, y las revelaste a los pequeñitos* (Mat. 11, 25). Llamó "sabios" a los soberbios y a los que sienten cosas altas de sí mismos, pero llamó "pequeñitos" a los humildes. De los cuales ciertamente hace mención otra Escritura, diciendo: *Dios resiste a los soberbios, pero da gracia a los humildes* (1 Pe. 5, 5).

Resistit namque superbis, ne aeterna bona intelligant sed parvulis gratiam dat, ut eadem bona aeterna, ipso revelante, cognoscant. Electi ergo, quia ad spiritalem sententiam per humilitatem veniunt, ad audiendos praedicatores, quasi per portam vadunt. Electus etiam praedicator, quia spiritualia humiliter dicit, Samuel Sauli in eadem porta occurrit. Quasi enim ambo in porta sunt, quando ea, quae electus praedicator loquitur, ab electo alio humiliter audiuntur.

Sed qui noviter venerat, quem quaerebat, invenerat, et ignorabat. Quare et idem Saul ad Samuelem dicit: Indica mihi, oro, ubi est domus Videntis. Hoc namque proprium magnorum virorum est, ut a minimis difficile cognoscantur. Carne quidem despecti sunt, sed mente sublimes. Foris contemptibiles apparere appetunt, sed agere venerabilia non desistunt. Quia ergo valde proficere per eorum exempla appetunt, eos non solum in exterioribus, sed in intimis admirantur. Vident ergo in eis exterius, quod possit a carnalibus despici, sed et pariter attendunt, quod intus spirituales viri magna admiratione debeant venerari. Quos dum fama sublimes audiunt, in altitudine suae conversationis agnoscere concupiscunt. Secundum historiam ergo Saul Samuelem videbat, et non cognoscebat; ut quod in figura contingebat illis, nobis spiritualia designaret. Nam cum parvuli sumus, quasi videmus perfectos viros, dum eorum virtutes a referentibus audimus; sed quos videmus, non cognoscimus, quia per experientiam scire non possumus, quia hoc, quod auditu percipimus, in cordis oculis tenemus. Quando igitur ab eis conversationis ejus secreta ad imitandum requirimus, eos nimirum quasi de propria domo interrogamus. Domus namque eorum conversatio est. Hanc domum scire volebat discipulus Joannis, quando Dominum interrogavit, dicens: Magister ubi habitas (Joan. I, 38)? Qui nimirum, quia ad familiaritatem illius, quasi domesticus perducendus erat, audivit: Veni, et vide. Hanc domum visam Philippus non cognoscebat, cui dicit: Tanto tempore vobiscum sum et non cognovistis me: Philippe, qui videt me, videt et Patrem meum (Joan. XIV, 9). De Domino etiam scriptum est, quia loquebatur Moysi sicut cum amico suo; sed idem Moyses videns, et non cognoscens, interrogabat, dicens: Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam (Exod. XXXIII, 13). Spiritualis autem conversatio sanctorum, quia nonnisi devotis, ac supplicibus panditur, domum Samuelis Saul indicari sibi similiter deprecatur.

(Vers. 19.) Et respondit Samuel Saul dicens: Ego sum Videns. Sed ascende ante me in excelsum hodie, ut comedas mecum, et dimittam te mane.

Pues resiste a los soberbios para que no entiendan los bienes eternos, pero da gracia a los pequeñitos para que conozcan esos mismos bienes eternos por su revelación. Los elegidos, por tanto, porque llegan al sentido espiritual por la humildad, van como por una puerta a oír a los predicadores. También el predicador elegido, porque dice humildemente las cosas espirituales, Samuel sale al encuentro de Saúl en esa misma puerta. Pues ambos están como en la puerta cuando aquellas cosas que el predicador elegido habla son oídas humildemente por otro elegido.

Pero el que había llegado recientemente había encontrado a quien buscaba, y lo ignoraba. Por lo cual también el mismo Saúl dice a Samuel: *Indícame, te ruego, dónde está la casa del Vidente.* Pues esto es propio de los grandes hombres, que sean difícilmente reconocidos por los mínimos. En la carne ciertamente son despreciados, pero en la mente son sublimes. Por fuera desean aparecer como despreciables, pero no desisten de obrar cosas venerables. Porque, por tanto, desean aprovecharse grandemente de sus ejemplos, los admiran no solo en lo exterior, sino en lo íntimo. Ven en ellos exteriormente, pues, lo que puede ser despreciado por los carnales, pero igualmente observan lo que dentro de los hombres espirituales debe ser venerado con gran admiración. Mientras oyen por la fama que son sublimes, desean reconocerlos en la altura de su conducta (*conversatio*). Según la historia, pues, Saúl veía a Samuel y no lo conocía; para que lo que les sucedía a ellos en figura nos designara a nosotros cosas espirituales. Pues cuando somos pequeñitos, casi vemos a los hombres perfectos mientras oímos sus virtudes de quienes las relatan; pero a quienes vemos no los conocemos, porque no podemos saber por experiencia, porque tenemos en los ojos del corazón aquello que percibimos por el oído. Cuando, por tanto, buscamos de ellos los secretos de su conducta para imitarlos, sin duda los interrogamos casi sobre su propia casa. Pues la casa de ellos es su conducta (*conversatio*). El discípulo de Juan quería conocer esta casa cuando interrogó al Señor, diciendo: *Maestro, ¿dónde habitas?* (Juan 1, 38). El cual sin duda, porque debía ser conducido a su familiaridad como alguien de la casa, oyó: *Ven y ve.* Felipe no conocía esta casa vista, a quien dice: *¿Tanto tiempo estoy con vosotros y no me habéis conocido? Felipe, el que me ve a mí, ve también a mi Padre* (Juan 14, 9). Del Señor también está escrito que hablaba a Moisés como con su amigo; pero el mismo Moisés, viendo y no conociendo, interrogaba diciendo: *Si he hallado gracia en tu presencia, muéstrame tu rostro* (Éx. 33, 13). Pero la conducta espiritual de los santos, porque no se abre sino a los devotos y suplicantes, Saúl suplica igualmente que se le indique la casa de Samuel.

(Vers. 19) *Y respondió Samuel a Saúl diciendo: Yo soy el Vidente. Pero sube delante de mí al lugar excelso hoy, para que comas conmigo, y te dejaré ir por la mañana.*

47. Quid est dicere: Ego sum Videns: nisi se, sicut in oculis videbatur, humilem demonstrare? Quasi dicat: Tu in aestimatione tua magnum habes, quem quaeris, sed parvus est ille, quem vides. Hoc namque in verbo, Videns, non praedicatur, sed ego. Quasi dicat: Videns ille, est, ego: non quod aestimas, sed quod cernis. Sed qui humiliare se novit, novit dare dona non humilis, sed sublimis. Quare et in excelsum ante se ascendere eum, ut secum comedat, praecipit. In excelsum ascendit, qui ad scienda altiora mentem erigit. In excelsum quidem ascendere, est cor ad altiora intelligenda praeparare. Unde et Petrus in monte assumitur, ut gloriam transformati Redemptoris videre mereatur (Matth. XVII, 1). In illo etenim ascensu montis, sublimis praeparatio mentis exprimitur: quia alta videre non poterit, qui per intentionem animum in sublimibus non ponit. Quia ergo sublimia praeparati melius intelligimus, ante Samuelem Saul in excelsum ascendere jubetur. Quasi enim ante praedicatorem in excelsum ascendimus, quando nos prius ad alta scienda animum intendimus, et ipsi nobis ea, ad quae intendimus, postmodum loquuntur. Quid vero est, quod ait: Ut comedas mecum hodie? Sed quando praedicatores sancti coelestia loquuntur, electorum suorum auditorum corda reficiunt: testante etenim veritate, quia cibus animae est verbum Dei, Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei (Matth. IV, 4). Panis namque alimentum corporis est, verbum mentis. Qui vero corpus sine mente reficiunt, mente mortui sunt, carne vivi. Quare et de delicata vidua Paulus ait: Vivens mortua est (I Tim. V, 6). Nam per ciborum delicias non moreretur vidua, si animam verbi Dei cibo satiaret, cum ipse Paulus dicat: Nihil esse immundum, quod cum gratiarum actione percipitur (I Tim. IV, 4). Sed vivens vidua moritur, quando cibo corpus nutrit, animam fame interficit (Matth. IV). In solo ergo pane homo non vivit: quia cum ex anima et corpore constet homo, sicut aliter per corpus vivit, ita et necesse est ut alimentis diversis singula nutriantur. Ut comedamus itaque, cum propheta ascendimus, quando ad alta divini verbi mentem erigimus, ut ejus coelesti sapore per devotionem satiemur.

48. Et quia ipsi praedicatores valde amant coelestia, quae loquuntur, quasi simul comedimus, cum devote illi loquendo proferunt, quod nos devote audiendo, in ventre animae locamus. Simul enim comedimus: quia verbum Dei pariter audimus. Praedicatoribus namque Veritas dicit: Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis (Matth. X, 20). Quod et Paulus probat, cum suos auditores interrogat, dicens: An experimentum quaeritis ejus, qui in me habitat Christus (II Cor. XIII, 3)?

8. Quienes bien se dice que suben al Señor en Betel. Pues Betel se llama casa de Dios. ¿Qué es la casa de Dios, sino aquella casa que habita la luz inaccesible? Luz inaccesible es también la revelación de su divinidad. Pues es luz; porque por los corazones limpios de cualquier modo puede ser vista. Plenísima ciertamente en sí misma lo llena todo, pero llenando abundantemente el universo, no es captada. Es captada ciertamente para que llene, pero llenando no es captada, la cual, llenados todos, no se agota. Por tanto, la revelación del Creador, porque es tanta la inmensidad de la luz que ilumina todo y en nada se angosta; mientras se ve y no se comprende, es luz inaccesible. Estos tres varones, pues, suben al Señor; porque quienes se custodian en vida más secreta, en la contemplación de la luz divina son sublimados. Pero porque a la misma visión de Dios omnipotente todavía no pueden llegar, se dice que suben a Betel. Pues cualquier cosa que sobre Dios omnipotente la mente humana puede pensar, no es Dios. Pero mientras pensando todo lo trasciende, mientras cualquier cosa que pueda de luz íntima, cualquier cosa de interna suavidad y dulzura, cualquier cosa de espiritual delectación imaginarse para sí, se cree que es menos que aquello, llega sin embargo a una cierta luz que no es Dios, sino la que habita Dios. Y porque entonces el alma del elegido maravillosamente se inflama, maravillosamente se restaura, inefablemente goza de la delectación, se ve compelida a pensar cuán inefable luz, dulzura y delectación sea la que es Él mismo, si tan inmensa luz es aquella que habita, y no es Él mismo. Al Señor ciertamente en Betel había subido Moisés, cuando con Él en el monte hablaba. Pero quien había llegado a la luz que habita Dios, buscaba la luz que era Dios mismo, diciendo: Muéstrame tu faz (Éx. 33, 13). De quien también está escrito que hablaba el Señor a Moisés cara a cara (Ibíd.). ¿Qué es que cara a cara Moisés con el Señor habla, y sin embargo al Señor suplica que el Señor muestre su faz? Pero la faz de Dios es el conocimiento de Él. Se conoce, empero, a Dios por el espejo, se conoce por sí mismo. Por el espejo aquí, por sí mismo en el cielo. El espejo verdaderamente es aquella luz que habita Dios; pero Él es aquella luz que Él mismo es (1 Cor. 13, 12). Pero Moisés, que cara a cara se dice que ve a Dios, y su faz para verla postula (Éx. 33, 13), ¿qué más rectamente designa que la perfección de los elegidos, que ya intuyen el espejo de aquella suma luz, pero que sin embargo llegar a la misma verdad de la luz vehementemente desean? Ese conocimiento de la luz ciertamente no sabe saciar los deseos de los elegidos, sino excitarlos; pero aquel otro tanto saciar como excitar. Pues es cosa tan gozosa que inefablemente se codicia; y tan plena que quienes ya siempre han visto esta con gran deseo, siempre con inefable plenitud se sacian. Los varones, por tanto, que suben al Señor, se dice que suben en Betel; porque cuando mucho aprovechamos en esta vida, podemos ver la misma luz del Creador por el espejo, pero en sí misma mínimamente podemos.

9. Et quia ad hanc sublimem visionem nonnisi humiles exaltantur, bene de eisdem viris dicitur: Quia unus tres haedos, alius tres tortas panis ferebat. Tres denique haedos portat, qui ore, corde, et opere se deliquisse poenitendo considerat. Quia enim per haedos, peccatores significantur, ii qui in extremo examine ad sinistram aeterni judicis statuendi sunt, haedorum nomine exprimuntur. Tres ergo haedos ad Dominum portat, qui peccata operis, verbi, et cogitationis poenitendo considerare non desinit. Et vir quidem est, et tamen haedos portat; quia peccare fortiter cavet, sed quasi peccator non desinit satisfacere. Nam vir erat, et haedos portabat, qui dicebat: In multis offendimus omnes (Jac. III, 2). Et quia peccata, quae confitentur, delere poenitendo satagunt: unus tres haedos, alius vero tres tortas panis portat. Tortas quippe panis superius ad afflictionem poenitentiae retulimus; quia si panis aliquando delectationem praesentis vitae significat, panis torquetur, cum pro praeterita carnis delectatione cruciamur. Unde et rex Ezechias cum poenitendo compungitur, delectationes regias se torturum promittit, dicens: Recogitabo omnes dies meos in amaritudine animae meae (Isai. XXXVIII, 15). Quando etenim carnalis mens in culpae delectationes resolvitur, quasi diem habet; quia hoc quod agit, laetanter videt. Dies ergo mentis reprobae sunt delectationes malae. Omnes ergo dies suos peccator recogitat; quia cum per divinam gratiam resipiscit, satisfacere pro universis malis non desinit. Prius enim dicitur unus portare tres haedos, deinde alius tres tortas panis; ut electi cujusque virtus appareat, qui fortis est in bono opere, humilis per aestimationem, afflictus per contritionem poenitentiae. Et quia tantae perfectionis esse nequeunt, nisi qui amore aeternorum bonorum, temporalium obliti sunt, tertius lagenam vini portare dicitur. Lagenam quippe vini portat, qui mentem replevit calore Spiritus sancti, quo et anteriora fortiter currendo appetat, et ea quae retro sunt, velut in magna ebrietatis oblivione derelinquat. Nam haedos portabat, qui dicebat: Venit Christus vocare peccatores, quorum primus ego sum (I Tim. I, 15). Et quia etiam tortam panis portabat, dicit: Castigo corpus meum, et in servitutem redigo (I Cor. IX, 27). Sed quasi amphorae vino ebrius, dicit: Quae retro sunt obliviscens, ad ea vero, quae sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor 236 bravium supernae vocationis Dei, in Christo Jesu (Phil. III, 13).

9. Y porque a esta sublime visión no se exaltan sino los humildes, bien se dice de esos mismos varones: Que uno llevaba tres cabritos, otro tres tortas de pan. Finalmente, lleva tres cabritos quien considera por el arrepentimiento que ha delinquido de boca, de corazón y de obra. Pues porque por los cabritos se significan los pecadores, aquellos que en el examen extremo han de ser puestos a la izquierda del juez eterno, se expresan con el nombre de cabritos. Tres cabritos, pues, lleva al Señor quien no cesa de considerar los pecados de obra, de palabra y de pensamiento arrepintiéndose. Y es varón ciertamente, y sin embargo lleva cabritos; porque se guarda fuertemente de pecar, pero como pecador no cesa de satisfacer. Pues era varón, y llevaba cabritos, quien decía: En muchas cosas ofendemos todos (Sant. 3, 2). Y porque se esfuerzan por borrar arrepintiéndose los pecados que confiesan: uno lleva tres cabritos, pero otro lleva tres tortas de pan. Las tortas de pan ciertamente las referimos arriba a la aflicción de la penitencia; porque si el pan alguna vez significa la delectación de la presente vida, el pan se tuerce (se tortura) cuando somos atormentados por la pasada delectación de la carne. Por lo cual también el rey Ezequías, cuando se compunge arrepintiéndose, promete que torturará sus delectaciones regias, diciendo: Recapacitaré todos mis días en la amargura de mi alma (Is. 38, 15). Pues cuando la mente carnal se disuelve en las delectaciones de la culpa, casi tiene un día; porque esto que hace, lo ve alegremente. Los días, pues, de la mente réproba son las delectaciones malas. Todos sus días, por tanto, recapacita el pecador; porque cuando por la divina gracia recapacita, no cesa de satisfacer por todos los males. Pues primero se dice que uno lleva tres cabritos, luego otro tres tortas de pan; para que aparezca la virtud de cada uno de los elegidos, que es fuerte en la buena obra, humilde por la estimación, afligido por la contrición de la penitencia. Y porque de tanta perfección no pueden ser sino quienes por el amor de los bienes eternos, se han olvidado de los temporales, el tercero se dice que lleva un frasco de vino. Ciertamente lleva un frasco de vino quien llenó su mente con el calor del Espíritu Santo, por el cual tanto busque las cosas anteriores corriendo fuertemente, como abandone aquellas que están atrás, como en un gran olvido de ebriedad. Pues llevaba cabritos quien decía: Cristo vino a llamar a los pecadores, de los cuales yo soy el primero (1 Tim. 1, 15). Y porque también llevaba una torta de pan, dice: Castigo mi cuerpo y lo reduzco a servidumbre (1 Cor. 9, 27). Pero como ebrio por el vino de una ánfora, dice: Olvidando ciertamente lo que queda atrás, y extendiéndome a lo que está delante, prosigo hacia la meta, hacia el premio de la soberana vocación de Dios en Cristo Jesús (Fil. 3, 13).

Viri ergo tres ad Dominum ascendunt, et tres haedos, et tres panis tortas, et vini lagenam deferunt: quia remotioris vitae studiis dediti, ad contemplationem veri luminis surgunt ex merito humilitatis. Sed quales sunt in se, quales vero sint aliis exponit, dicens: Cumque te salutaverint, dabunt tibi tres tortas panis, et accipies de manu eorum. Salutant nos viri sancti, quando nobis bona aeterna salutis annuntiant. Qui vero nos per corpus salutant, caput inclinant, ut reverentiam salutatis exhibeant. Viris autem spiritualibus caput inclinare, est mentem a summa contemplatione deponere. Nam si caput non inclinant, salutare non possunt: quia nos salutari eruditione non instruunt, si mentem a summa contemplatione coelestium non deponunt. Tunc enim nobis magnam reverentiam exhibent: quia eos, pro quibus ab alto suo culmine descendere dignantur, parvos esse non tenent.

10. Sed dum futurus rex salutatur, duo ei panes tribuuntur. Duo enim panes ordinando praedicatori dantur, quando flere docetur peccata non solum sua, sed aliena. Habet ergo panem unum tortum, quando pro peccatis suis affligitur, habet alium, quando subditorum peccata plangere conatur. Sed et hunc panem Psalmista clarius insinuans, ait: Surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris (Psal. CXXVI, 2). Hinc Domino confitetur, dicens: Cibabis nos pane lacrymarum, et potum dabis nobis in lacrymis cum mensura (Psal. LXXIX, 9). Panis ergo torta, panis est doloris, et panis lacrymarum. Et fortasse idcirco ille vir unus tres panis tortas portabat: quia tres erant, qui simul pergebant, ut cum inter se eos dividerent, singuli singulos panes haberent. Quod etiam de haedis intelligi convenienter potest. Qua in re quid notandum est, nisi quia remotioris vitae viri dum singularem conversationem tenent, sollicitudinem aliorum non habent? Unum ergo haedum, et unum panem habent, qui pro solis suis peccatis compunguntur, et alienis per pastorale officium non gravantur. Et quia, qui ejusdem perfectae conversationis sunt, in seipsis afflictionem carnis aemulantur; bene tres panes unus, et alius tres haedos, et tertius vini lagenam portat. Velut enim unus portat, quod oblaturi, aut comesturi sunt omnes; et omnes manducant vel offerunt, quod portat unus, quando pia aemulatione eorum quisque succensus, in se habet bona exempla pro aliis, et bona, quae habent alii, non negligit imitari. Et quia feminino genere dicuntur tortae panis, hoc profecto insinuat; quia qui ex consuetudine compungitur, ei nimirum ex lacrymis aliis aliae plures oriuntur. Quasi enim in femineo sexu foecunda est poenitentis afflictio; quia quo saepius quisque compungitur, eo et largiora ei lacrymarum fluenta ministrantur. Saul ergo non unus panis, sed duo dantur, quia flere praedicatori pro se solo non sufficit. Accipiat ergo de virorum manibus duos panes; ut videlicet flere exemplo perfectorum discat, sed...

Tres varones, pues, suben al Señor, y llevan tres cabritos, y tres tortas de pan, y un frasco de vino: porque dedicados a los estudios de una vida más remota, surgen a la contemplación de la verdadera luz por el mérito de la humildad. Pero cuáles son en sí, cuáles sean para los otros lo expone, diciendo: Y cuando te saludaren, te darán tres tortas de pan, y las recibirás de su mano. Nos saludan los varones santos cuando nos anuncian los bienes eternos de la salvación. Pero quienes nos saludan por el cuerpo, inclinan la cabeza para exhibir reverencia al saludado. Pero para los varones espirituales inclinar la cabeza es deponer la mente de la suma contemplación. Pues si no inclinan la cabeza, no pueden saludar: porque no nos instruyen con erudición saludable si no deponen la mente de la suma contemplación de las cosas celestiales. Entonces, pues, nos exhiben gran reverencia: porque no consideran pequeños a aquellos por quienes se dignan descender de su alta cumbre.

10. Pero mientras el futuro rey es saludado, se le entregan dos panes. Pues se dan dos panes al predicador que se ordena, cuando se le enseña a llorar los pecados no solo suyos, sino ajenos. Tiene, pues, un pan torta, cuando es afligido por sus propios pecados; tiene otro, cuando se esfuerza por llorar los pecados de sus súbditos. Pero insinuando el Salmista más claramente este pan, dice: Levantaos después de haber estado sentados, los que coméis el pan del dolor (Sal. 126, 2). De aquí confiesa al Señor, diciendo: Nos alimentarás con pan de lágrimas, y nos darás de beber en lágrimas con medida (Sal. 79, 6). La torta de pan, pues, es el pan del dolor y el pan de las lágrimas. Y tal vez por eso aquel único varón llevaba tres tortas de pan: porque eran tres los que caminaban juntos, para que cuando los dividieran entre sí, cada uno tuviera un pan. Lo cual también puede entenderse convenientemente de los cabritos. En lo cual, ¿qué ha de notarse, sino que los varones de vida más remota, mientras mantienen una conducta singular, no tienen la solicitud de los otros? Tienen, pues, un cabrito y un pan, quienes se compungen solo por sus propios pecados, y no son gravados con los ajenos por el oficio pastoral. Y porque quienes son de la misma conducta perfecta emulan en sí mismos la aflicción de la carne; bien lleva uno tres panes, otro tres cabritos, y el tercero un frasco de vino. Pues como uno lleva lo que todos han de ofrecer o comer; y todos comen u ofrecen lo que lleva uno, cuando cada uno de ellos, encendido por su piadosa emulación, tiene en sí buenos ejemplos para los otros, y no descuida imitar los bienes que otros tienen. Y porque las tortas de pan se dicen en género femenino, esto ciertamente insinúa que a quien se compunge por costumbre, sin duda le brotan de unas lágrimas muchas otras. Pues como en el sexo femenino es fecunda la aflicción del penitente; porque cuanto más a menudo se compunge uno, tanto más abundantes flujos de lágrimas se le administran. A Saúl, pues, no se le da un pan, sino dos, porque al predicador no le basta llorar solo por sí mismo. Reciba, pues, de las manos de los varones dos panes; para que a saber aprenda a llorar por el ejemplo de los perfectos, pero...

11. Et notandum, quia uncto regi Samuel praecipit, dicens: Et accipies de manu eorum. Cujus verbi, quae melior ratio colligi potest, quam ea quae palam cernitur: quia videlicet in sanctis viris afflictionem non libenter aemulamur? Nam qui honorem praelationis, et dignitatem ambiant, innumeri sunt: qui vero laborem ministerii, et afflictionem carnis de eadem praelatione appetant, pauci. Libenter quidem volumus super alios sublimari, sed eorum plangere peccata vitamus. Tunc enim panes nobis oblatos videmus, sed de manibus offerentium recipere nolumus: quia in electis viris afflictionem cernimus, quam non imitamur. Praecipiat ergo propheta, dicens: Accipies de manu eorum. Ut qui idoneus esse appetit rector Ecclesiae, quod dictum est, assumere nequaquam vitet. Bene quoque Saul prius ad viros salientes magnas foveas ducitur, deinde ad eos, qui panes, haedos, et vinum portant: ut rudis praedicator in aliis discat, saeculi alta despicere, et in aliis carnis afflictionem, et lacrymarum hostias pro se, et subditis omnipotenti Deo offerre. Sed et adhuc profectus ejus summam insinuans propheta, subjungit, dicens:

(Vers. 5, 6.) Post haec venies ad collem Domini, ubi est statio Philisthinorum, et cum ingressus fueris urbem, obvium habebis gregem prophetarum, descendentem de excelso, et ante eos psalterium, et tympanum, et tibiam, et citharam; ipsosque prophetantes. Et insiliet in te spiritus Domini, et prophetabis cum eis, et mutaberis in virum alium.

12. Collis, altitudo est montis. Quid vero in colle hoc rectius accipitur, quam sancta intentio Scripturarum? Altitudo quidem montis est: quia non jacet in plano litterae, sed nimis erecta est in spiritualium sensuum sublimitate. Recto igitur virtutum itineri rudis innititur praedicator, si postquam publicos praedicatores et remotos anachoretas viderit, Scripturae altitudinem videat et agnoscat. Qua in re notandum est, quia Saul in eo quod ab humero et sursum supra omnem populum eminet, eruditum, et magnae conversationis virum signare diximus. Cur ergo ad collem Domini ascendit, ut ad Scripturarum altitudinem veniat, quam cognoscit? Sed simili modo de eo quaeri potuit, quod ad videndos viros salientes magnas foveas ierit, qui magnae conversationis esse dicebatur. Ad quod dicendum: quia magnos viros designare ostensus est in conversatione, sed ministerio praedicationis rudes. Qui ergo per exempla meliorum proficere, et in contemplationis puritate et officio praedicationis potest, redire ad altitudinem Scripturarum debet: quia quo altiori vita proficit, sublimitatem sacri eloquii valde subtilius attendit. Dicat ergo propheta: Post haec venies ad collem Domini. Quasi dicat: Cum perfectionem sanctorum virorum perfecta imitatione comprehendis, in tantam Scripturae sacrae intelligentiam proficies; ut planum jam esse videas, quod in ea te sublimiter videre cogitabas.

11. Y ha de notarse que Samuel prescribe al rey ungido, diciendo: Y las recibirás de su mano. De cuya palabra, ¿qué mejor razón puede recogerse que la que se ve a las claras: que ciertamente no emulamos de buena gana la aflicción en los varones santos? Pues quienes ambicionan el honor de la prelatura y la dignidad son innumerables; pero quienes buscan el trabajo del ministerio y la aflicción de la carne de esa misma prelatura, pocos. Ciertamente queremos de buena gana ser sublimados sobre otros, pero evitamos llorar sus pecados. Pues entonces vemos los panes ofrecidos a nosotros, pero no queremos recibirlos de las manos de quienes los ofrecen: porque vemos en los varones elegidos la aflicción que no imitamos. Prescriba, pues, el profeta, diciendo: Recibirás de su mano. Para que quien ambiciona ser rector idóneo de la Iglesia, de ningún modo evite asumir lo que se ha dicho. Bien también Saúl es llevado primero a los varones que saltan grandes fosas, luego a aquellos que llevan panes, cabritos y vino: para que el predicador rudo aprenda en otros a despreciar las cosas altas del siglo, y en otros a ofrecer la aflicción de la carne y las hostias de lágrimas por sí y por sus súbditos al Dios omnipotente. Pero todavía insinuando la suma de su progreso, el profeta añade, diciendo:

(Vers. 5, 6.) Después de esto vendrás al collado de Dios, donde está la guarnición de los filisteos; y cuando entres en la ciudad, encontrarás una compañía de profetas que desciende del lugar alto, y delante de ellos salterio, y pandero, y flauta, y cítara; y ellos mismos profetizando. Y saltará sobre ti el espíritu del Señor, y profetizarás con ellos, y serás mudado en otro varón.

12. El collado es la altura del monte. ¿Qué, pues, se acepta más rectamente en este collado que la santa intención de las Escrituras? Ciertamente es la altura del monte: porque no yace en el plano de la letra, sino que está muy erguida en la sublimidad de los sentidos espirituales. Por tanto, el predicador rudo se apoya en el recto camino de las virtudes si, después de haber visto a los predicadores públicos y a los anacoretas remotos, ve y reconoce la altura de la Escritura. En lo cual ha de notarse que dijimos que Saúl, en cuanto que sobresale desde el hombro y hacia arriba sobre todo el pueblo, significa a un varón erudito y de gran conducta. ¿Por qué, pues, asciende al collado del Señor, para venir a la altura de las Escrituras que conoce? Pero de modo semejante podría preguntarse de él por qué fue a ver a los varones que saltan grandes fosas, quien se decía que era de gran conducta. A lo cual ha de decirse: que se mostró que designaba a varones grandes en la conducta, pero rudos en el ministerio de la predicación. Quien, pues, puede aprovechar por los ejemplos de los mejores, y en la pureza de la contemplación y el oficio de la predicación, debe volver a la altura de las Escrituras: porque cuanto más progresa en una vida más alta, con mucha más sutileza atiende a la sublimidad del sacro elocuio. Diga, pues, el profeta: Después de esto vendrás al collado del Señor. Como si dijera: Cuando comprendas la perfección de los varones santos por una perfecta imitación, aprovecharás en tan gran inteligencia de la sagrada Escritura; que ya veas que es llano lo que en ella pensabas ver sublimemente.

13. Ibi est statio Philistinorum: quia qui superbiae potu de coelo ceciderunt, Judaeis atque haereticis per Scripturas illudunt. Stant ergo in colle: quia eorum corda, quae possident, in Scripturis decipiunt intelligentiae falsitate. Quoties ergo Judaei ad collem Domini ascendere praesumunt, a Philisthaeis ibi stantibus captivantur. Dum enim Scripturae sensum se sublimiter intelligere aestimant, eis in ascensu suo daemones obviant, et decipientes necant. Merito ergo Saul non statim, sed prius, visis salientibus foveas, et panes et vinum portantibus, ad collem Domini ire praecipitur: quia viri fideles magna et doctrinae meliorum et exemplorum tutela muniuntur. Unde et eidem Saul dicitur: Obvium habebis gregem prophetarum venientium de excelso. Quasi dicat: Philisthinorum stationem timere tanto minus poteris, quanto ad securitatem obvios prophetas habebis. Et quia grex prophetarum dicitur, magna defensorum nostrorum multitudo signatur. Timeat ergo Judaeus: quia dum solus ascendit, interit. Quid enim iidem prophetae nobis obviam venientes dicunt? Vae soli, quia si ceciderit, non est qui erigat eum (Eccle. IV, 10). Solus namque est, qui a Deo relinquitur. Hunc certe cadentem nullus erigit, quia relictum a Deo sanctorum aliquis non assumit. Electus ergo quisque securus ascendit: quia solus non est. Qui enim per nos loquitur, nobiscum est. Nam et repromittit, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi (Matth. XXVIII, 20). Solus quippe non erat, qui dicebat: Solus non sum, sed qui misit me, mecum est (Joan. VIII, 16). Solus item non erat, qui exquirebat, dicens: An experimentum ejus quaeritis, qui in me loquitur Christus (II Cor. XIII, 3)? Quod non solum de Domini spiritali praesentia, sed et materiali electorum doctrina intelligi convenienter potest. Sancti quidem praedicatores in collem Domini, ubi est statio Philisthinorum, ascendunt: sed quia prophetarum gregem habent obvium, ipsos Philisthaeos nequaquam metuunt. Qui vero sunt hi prophetae, nisi magni praedicatores sanctae Ecclesiae? Prophetae namque ministerium est occulta revelare, et futura praedicere. Doctores autem sanctae Ecclesiae dum occultos Scripturarum sensus ad communem scientiam trahunt, secreta, quae nesciuntur, aperiunt: et dum aeterna gaudia praedicant, futura revelant. Prophetae ergo nobis obviam veniunt: quia doctores sanctae Ecclesiae, Scripturae sanctae veritatem nobis ostendunt. Dum enim ea, quae de sacro eloquio scire volumus, nobis dicunt, per viam, qua ad collem Domini pergitur, euntibus occurrunt.

13. Allí está la guarnición de los filisteos: porque los que cayeron del cielo por el brebaje de la soberbia se burlan de los judíos y de los herejes a través de las Escrituras. Están, pues, en el collado: porque engañan los corazones que poseen en las Escrituras por la falsedad del entendimiento. Cuantas veces los judíos presumen subir al collado del Señor, son cautivados por los filisteos que allí están. Pues mientras estiman que entienden el sentido de la Escritura sublimemente, los demonios les salen al encuentro en su ascenso y, engañándolos, los matan. Merecidamente, pues, se le ordena a Saúl ir al collado del Señor no de inmediato, sino primero, habiendo visto a los que saltan las fosas y a los que llevan panes y vino: porque los varones fieles son protegidos por la gran tutela tanto de la doctrina de los mejores como de los ejemplos. Por lo cual también se le dice al mismo Saúl: Tendrás al encuentro un grupo de profetas que vienen de lo alto. Como si dijera: Tanto menos podrás temer la guarnición de los filisteos cuanto que tendrás al encuentro a los profetas para tu seguridad. Y porque se dice "grupo" (grex) de profetas, se significa la gran multitud de nuestros defensores. Tema, pues, el judío: porque mientras sube solo, perece. Pues, ¿qué dicen estos mismos profetas que nos salen al encuentro? ¡Ay del solo!, porque si cayere, no tiene quien lo levante (Ecl. 4, 10). Pues solo está quien es abandonado por Dios. A este, ciertamente, cuando cae, nadie lo levanta, porque alguno de los santos no asume a quien es abandonado por Dios. Todo elegido, por tanto, sube seguro: porque no está solo. Pues el que habla por nosotros está con nosotros. Pues él también lo promete de nuevo, diciendo: He aquí que yo estoy con vosotros todos los días hasta la consumación del siglo (Mat. 28, 20). Ciertamente no estaba solo el que decía: No estoy solo, sino que el que me envió está conmigo (Juan 8, 16). Asimismo no estaba solo el que buscaba, diciendo: ¿Buscáis una prueba de aquel Cristo que habla en mí? (2 Cor. 13, 3). Lo cual puede entenderse convenientemente no solo de la presencia espiritual del Señor, sino también de la doctrina material de los elegidos. Los santos predicadores, ciertamente, suben al collado del Señor donde está la guarnición de los filisteos: pero porque tienen al encuentro el grupo de los profetas, de ninguna manera temen a los mismos filisteos. ¿Quiénes son estos profetas sino los grandes predicadores de la santa Iglesia? Pues el ministerio del profeta es revelar lo oculto y predecir lo futuro. Pero los doctores de la santa Iglesia, mientras extraen los sentidos ocultos de las Escrituras para la ciencia común, abren los secretos que se ignoran: y mientras predican los gozos eternos, revelan lo futuro. Los profetas, pues, nos salen al encuentro: porque los doctores de la santa Iglesia nos muestran la verdad de la sagrada Escritura. Pues mientras nos dicen aquellas cosas que queremos saber del sagrado elocuio, les ocurren a los que van por el camino por el cual se dirige al collado del Señor.

Ibi ergo per occursum prophetarum securi sumus, ubi Philisthaei sunt: quia per auctoritatem sanctorum praedicatorum Scripturae intellectum agnoscimus, in qua Judaei, et haeretici errorum suorum gladio a daemonibus perimuntur. Ecce enim si ad Legem Moysi recurrimus, collem profecto Domini invenimus. Ibi certe de tabernaculo, ibi de magno pontifice, ibi de hircorum et vitulorum simul, et Agni paschalis sanguine legimus. Judaei hoc suo spiritu juxta litteram intelligunt, in quo quia nullum prophetarum secum habent, moriuntur. Ego si ad hunc montem ascendere volo, ante descendentes prophetas video, et securus ascendo. Et ut novos interim deseram, Isaias ascendenti prius occurrit, dicens: Quasi ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se, non aperiet os suum (Isai. LIII, 7). Hinc Paulus ait: Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum, non manu factum, id est non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, aeterna redemptione inventa (Hebr. IX, 11, 12). Sed si plures habere volumus in isto colle, omnes prophetas requirentes invenimus: quia quod veteres doctores promiserant, hoc in Redemptore nostro novi praedicatores impletum esse demonstrant.

14. Quare et collis nomine Redemptor humani generis convenienter designari potest. Unde Isaias vaticinans, dicit: Erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium (Isai. II, 2). Collis quidem dicitur pro sublimitate sanctitatis: Domini vero, quia summi est filius Genitoris. In quo nimirum colle statio Philisthinorum esse dicitur: quia et in signum natus est, cui contradicatur. Statio quidem Philisthinorum est contrarietas haereticorum. Velut enim in colle stantes, ad collem ascendentibus insidiantur: et dum Scripturas sacras male exponendo pervertunt, ad cognoscendum Redemptorem negligenter ascendentes perimunt. Electus ergo ne trepidet, gregem prophetarum ascendens obvium habet: quia ei ipsum Redemptorem annuntiant omnes praedicatores Testamenti veteris et novi. Qui nimirum de excelso veniunt: quia quae in terra praedicant, in coelo vident. Unde et Joanni quasi vero ex electo grege prophetarum a coelo dicitur: Ascende huc, et ostendam tibi quid oporteat fieri post haec (Apoc. IV, 1). Qui cum ascendisset, agnum quem Moyses occidendum figuraverat, et ipse in cruce oblatum viderat, jam regnantem conspexit et agnovit: et quantas gratias agerent ei ii pro quibus occisus fuerat, didicit. De excelso igitur praedicatores veniunt: quia quod minoribus praedicant, in coelesti contemplatione didicerunt.

Allí, por tanto, por el encuentro de los profetas estamos seguros donde están los filisteos: porque por la autoridad de los santos predicadores reconocemos el entendimiento de la Escritura, en la cual los judíos y los herejes son aniquilados por el cuchillo de sus errores por los demonios. Pues he aquí que si recurrimos a la Ley de Moisés, encontramos ciertamente el collado del Señor. Allí ciertamente leemos del tabernáculo, allí del gran pontífice, allí de la sangre de los machos cabríos y de los becerros a la vez, y del Cordero pascual. Los judíos entienden esto con su espíritu según la letra, en lo cual, porque no tienen a ninguno de los profetas consigo, mueren. Yo, si quiero subir a este monte, antes veo a los profetas que descienden y subo seguro. Y para dejar por ahora a los nuevos, Isaías sale primero al encuentro del que sube, diciendo: Como oveja será llevado al matadero, y como cordero delante de su trasquilador, no abrirá su boca (Is. 53, 7). De aquí dice Pablo: Cristo, asistiendo como pontífice de los bienes futuros, por un tabernáculo más amplio y perfecto, no hecho por manos, es decir, no de esta creación, ni por sangre de machos cabríos o de becerros, sino por su propia sangre, entró una vez en el santuario, hallada la eterna redención (Heb. 9, 11. 12). Pero si queremos tener a más en este collado, encontramos a todos los profetas buscándolos: porque lo que los antiguos doctores habían prometido, esto demuestran los nuevos predicadores cumplido en nuestro Redentor.

14. Por lo cual también el Redentor del género humano puede ser designado convenientemente con el nombre de collado. De donde Isaías vaticinando, dice: En los últimos días estará preparado el monte de la casa del Señor en la cumbre de los montes (Is. 2, 2). Ciertamente se dice collado por la sublimidad de la santidad: pero del Señor, porque es hijo del sumo Engendrador. En cuyo collado, sin duda, se dice que está la guarnición de los filisteos: porque también nació para señal que sea contradicha. La guarnición de los filisteos es ciertamente la contrariedad de los herejes. Pues como si estuvieran en el collado, acechan a los que ascienden al collado: y mientras pervierten las sagradas Escrituras exponiéndolas mal, matan a quienes negligentemente ascienden para conocer al Redentor. No trepide, pues, el elegido, pues al ascender tiene al encuentro una compañía de profetas: porque a él le anuncian al mismo Redentor todos los predicadores del Testamento viejo y nuevo. Quienes sin duda vienen del lugar alto: porque lo que predican en la tierra, lo ven en el cielo. Por lo cual también se dice a Juan desde el cielo, como si fuera ciertamente de la compañía elegida de los profetas: Sube acá, y te mostraré las cosas que deben suceder después de estas (Ap. 4, 1). El cual, cuando hubo subido, contempló y reconoció ya reinando al Cordero que Moisés había figurado que debía ser inmolado, y él mismo había visto ofrecido en la cruz: y aprendió cuántas gracias le daban aquellos por quienes había sido inmolado. Del lugar alto, por tanto, vienen los predicadores: porque lo que predican a los menores, lo aprendieron en la contemplación celestial.

15. Bene etiam grex prophetarum Saul occursus in ingressu urbis asseritur; quia summos praedicatores sanctae Ecclesiae illic videre possumus, ubi descendunt, non ubi sublimantur. Ea enim, quae nobis parvulis dicunt, audimus: sed ea quae vident in coelestibus, quomodo videant, aut dulciter ament, non videmus. Paulus namque apostolus raptus est in paradisum, et assumptus est ad tertium coelum, audivit etiam arcana verba, quae non licet homini loqui (II Cor. XII, 4). Quis ergo invenire tantum praedicatorem possit in paradisum raptum, aut ad tertium coelum assumptum? Sed ista de se coactus beatus Paulus dixit. Unde et in fine expositae sublimitatis se humilians, ait: Factus sum insipiens, vos me coegistis (II Cor. XII, 11). Quanta ergo fuerunt illa, quae dicere noluit, si ad haec manifestanda coactus venit? Nam et qui audivit et quae homini non licet loqui, vidit quae homini non licet scire. Dicas fortasse: Si vellet, humana tamen quomodo dicere posset locutione, illius tertii coeli pulchritudinem, intimae illius claritatis lucem referre, angelorum fulgorem inenarrabilem, et inaccessibilem claritatem, quam dulciter de plenitudine illius electi et beati illi aeterni cives omnes accipiant, quam desideranter sumant, quam pleniter repleantur, quam suaviter divinae bonitatis dulcedinem gustent, quam delectabili plenitudine satientur: qui splendores sunt singulis de una ineffabili illa luce Conditoris, quae simul omnium de una illa gloria pulchritudo: qua excellentia dignitatis alii praeemineant aliis, qua sunt boni melioribus ineffabilis justitiae jucunditate subjecti?

16. Ad hoc ergo excelsum Paulum sequi non possumus, sed urbem ingredimur, in qua velut ab alto descendens, nobis obviam venit. Nam qui cernere non possumus alta quae praedicatores vident, venerabiliter audire debemus plana, quae docent. Sed cum descendunt, ante se psalterium, tympanum, tibiam, et citharam deferunt. Psalterium quippe habent, quia regnum coelorum annuntiant: tympanum habent, quia praedicant mortificationem carnis: tibiam habent, quia flere subditos jubent pro acquisitione aeternae laetitiae: citharam quoque habent, quia gaudere pios pro certitudine aeternorum bonorum edocent. Psalterium quidem, qui a superiori parte resonat, etiam aeternorum gaudiorum praedicationem designat: quia dum superna amare suggerit, quasi a superiori parte suae dulcedinis sonum mittit. Tympanum vero, quia de mortui animalis corio tenditur, in eo non inconvenienter carnis nostroe mortificatio figuratur. Tibiam autem, quia in mortuorum hominum exequiis haberi soleat, de Evangelio didicimus: quia dum Dominus archisynagogi filiam resuscitare vellet, de domo illius tibicines ejecit, et turbam tumultuantem expulit (Matth. IX, 25). Quid ergo in tibia, nisi sanctorum luctus exprimitur?

15. Bien también se afirma que la compañía de los profetas sale al encuentro de Saúl en la entrada de la ciudad; porque a los sumos predicadores de la santa Iglesia podemos verlos allí donde descienden, no donde se subliman. Pues aquellas cosas que nos dicen a nosotros los pequeños, las oímos: pero aquellas cosas que ven en las cosas celestiales, cómo las ven, o dulcemente las aman, no las vemos. Pues Pablo el apóstol fue arrebatado al paraíso, y fue asumido hasta el tercer cielo, oyó también palabras arcanas que no es lícito al hombre hablar (2 Cor. 12, 4). ¿Quién, pues, podría encontrar a tan gran predicador arrebatado al paraíso, o asumido al tercer cielo? Pero estas cosas dijo de sí el bienaventurado Pablo forzado. Por lo cual también al final de la sublimidad expuesta humillándose, dice: Me he hecho necio, vosotros me forzasteis (2 Cor. 12, 11). ¿Cuán grandes, pues, fueron aquellas cosas que no quiso decir, si a manifestar estas vino forzado? Pues también quien oyó lo que no es lícito al hombre hablar, vio lo que no es lícito al hombre saber. Dirías tal vez: Si quisiera, ¿cómo podría decir, sin embargo, con locución humana la belleza de aquel tercer cielo, referir la luz de aquella íntima claridad, el fulgor inenarrable de los ángeles y la inaccesible claridad, cuán dulcemente reciben de la plenitud de Aquel todos aquellos elegidos y bienaventurados ciudadanos eternos, cuán deseosamente toman, cuán plenamente se rellenan, cuán suavemente gustan la dulzura de la divina bondad, con qué deleitable plenitud se sacian: qué esplendores hay para cada uno de aquella única inefable luz del Creador, cuál sea la belleza de todos juntos de aquella única gloria: por qué excelencia de dignidad unos sobrepasan a otros, por qué están los buenos sujetos a los mejores con la inefable jocundidad de la justicia?

16. A este lugar excelso no podemos seguir a Pablo, sino que entramos en la ciudad en la que, como descendiendo de lo alto, nos sale al encuentro. Pues quienes no podemos distinguir las cosas altas que ven los predicadores, debemos escuchar venerablemente las cosas llanas que enseñan. Pero cuando descienden, llevan ante sí el salterio, el pandero (tympanum), la flauta (tibia) y la cítara. Tienen ciertamente el salterio porque anuncian el reino de los cielos; tienen el pandero porque predican la mortificación de la carne; tienen la flauta porque ordenan a los súbditos llorar para la adquisición de la alegría eterna; tienen también la cítara porque enseñan a los piadosos a gozarse por la certeza de los bienes eternos. El salterio, en verdad, que resuena desde la parte superior, designa también la predicación de los gozos eternos: porque mientras sugiere amar lo excelso, envía como desde la parte superior el sonido de su dulzura. El pandero, en cambio, porque se tensa de la piel de un animal muerto, en él se figura no inconvenientemente la mortificación de nuestra carne. Mas la flauta, porque suele tenerse en las exequias de los hombres muertos, lo hemos aprendido del Evangelio: porque queriendo el Señor resucitar a la hija del archisinagogo, echó de su casa a los flautistas y expulsó a la turba tumultuosa (Mat. 9, 25). ¿Qué hay, pues, en la flauta sino el luto de los santos que se expresa?

Nam dum se ab illa vita aeterna, quam appetunt, projectos aspiciunt, semetipsos quasi mortuos plangunt. Cithara autem valde laetum musicum est instrumentum. Quo nimirum instrumento verbum solatii electorum apte figuratur: quia velut ad sonum citharae hilarescimus, quando nos electi praedicatores inter aerumnas praesentis exsilii consolantur. Psalterium ergo primum in promissione praedicatorum ponitur: quia ante omnia coelestis regni gloria praedicanda est; ut dum bonum agnoscimus quod amemus, laborare pro eodem bono adipiscendo cupiamus. Hinc est quod cum in Evangelio Matthaeus principia Dominicae Incarnationis assereret, dixit: Coepit Joannes praedicare, et dicere: Poenitentiam agite, appropinquabit regnum coelorum (Matth. IV, 17). Sed quia cum coelestia noscimus, si ad ea pervenire volumus, necesse est, ut passiones carnis mortificemus, praedicatores sanctae Ecclesiae velut post psalterium, sonum tympani faciunt. Ipsa autem mortificatio corporis quid est aliud, quam praeparatio aeternae beatitudinis? Coelestia ergo praeparari diligimus, et ardentissimis fletibus ea postulare jubemur. Quasi enim tibia mortuos plangimus, quando vehementer dolemus, quia adhuc in illa aeterna vita non vivimus. Post tympanum ergo, praedicatores nostri tibiam habent, quando et membra nostra nos docent mortificare, et pro amore aeternae vitae ingemiscere. Citharam quoque post tibiam ducunt: quia praecipiunt sic deflere aerumnas praesentis exsilii, ut gaudeamus de promissione aeternae haereditatis. Nam psalterium insonabat propheta magnus, cum dicebat: Oves meae vocem meam audiunt, et vitam aeternam do eis (Joan. X, 27). Psalterium item percutiens, ait: Exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam (Joan. III, 14). Tympanum sonabat, qui dicebat: Mortificate membra vestra, quae sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam (Coloss. III, 5). Tibiam sonabat, qui dicebat: Miseri estote, lugete, risus vester vertatur in luctum, et gaudium in moerorem (Jac. IV, 9). Tympanum sonabat, qui dicebat: Propter te mortificamur tota die, aestimati sumus, sicut oves occisionis (Psal. XLIII, 22). Tibiam vero ante se habet, qui item Deo loquitur, dicens: Cibabis nos pane lacrymarum, et potum dabis nobis in mensura (Psal. LXXIX, 6). Tibiam ante se habebat Dominus, cum dicebat: Amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini (Joan. XVI, 20). Sed velut citharae sonum subjungens, ait: Tristitia vestra vertetur in gaudium (Ibid.). Quasi citharam nobis sonabat, qui dicebat: Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus; Dominus prope est (Philip. IV, 4).

Pues mientras se ven arrojados de aquella vida eterna que apetecen, se lloran a sí mismos como muertos. La cítara, por su parte, es un instrumento musical muy alegre. Con cuyo instrumento ciertamente se figura de modo apto la palabra de consuelo de los elegidos: porque como al sonido de la cítara nos alegramos cuando los elegidos predicadores nos consuelan entre las penalidades del presente exilio. El salterio, por tanto, se pone primero en la promesa de los predicadores: porque antes que nada debe predicarse la gloria del reino celestial; para que, mientras conocemos el bien que amamos, deseemos trabajar para alcanzar ese mismo bien. De aquí es que, cuando en el Evangelio Mateo afirmaba los principios de la Encarnación del Señor, dijo: Comenzó Juan a predicar y a decir: Haced penitencia, se acercará el reino de los cielos (Mat. 4, 17). Pero porque cuando conocemos lo celestial, si queremos llegar a ello, es necesario que mortifiquemos las pasiones de la carne, los predicadores de la santa Iglesia hacen, como después del salterio, el sonido del pandero. Esa misma mortificación del cuerpo, ¿qué otra cosa es sino la preparación de la bienaventuranza eterna? Amamos, pues, que se preparen las cosas celestiales y se nos ordena pedirlas con ardentísimos llantos. Como con la flauta lloramos a los muertos cuando nos dolemos vehementemente porque aún no vivimos en aquella vida eterna. Después del pandero, por tanto, nuestros predicadores tienen la flauta cuando nos enseñan tanto a mortificar nuestros miembros como a gemir por el amor de la vida eterna. Llevan también la cítara después de la flauta: porque ordenan llorar de tal modo las penalidades del presente exilio que nos gocemos por la promesa de la herencia eterna. Pues el salterio resonaba el gran profeta cuando decía: Mis ovejas oyen mi voz y yo les doy la vida eterna (Juan 10, 27). Golpeando igualmente el salterio, dijo: Conviene que sea exaltado el hijo del hombre para que todo el que crea en él no perezca, sino que tenga vida eterna (Juan 3, 14). El pandero sonaba el que decía: Mortificad vuestros miembros que están sobre la tierra: la fornicación, la inmundicia, la libido, la concupiscencia (Col. 3, 5). La flauta sonaba el que decía: Sed miserables, llorad, vuestra risa se convierta en llanto y el gozo en tristeza (Sant. 4, 9). El pandero sonaba el que decía: Por ti somos mortificados todo el día, hemos sido estimados como ovejas de matadero (Sal. 43, 22). Mas la flauta tiene ante sí el que igualmente habla a Dios diciendo: Nos alimentarás con pan de lágrimas y nos darás bebida en medida (Sal. 79, 6). La flauta tenía ante sí el Señor cuando decía: Amén os digo que lloraréis y plañiréis vosotros, mas el mundo se gozará, vosotros en cambio os contristaréis (Juan 16, 20). Pero subyugando como el sonido de la cítara, dice: Vuestra tristeza se convertirá en gozo (Ibíd.). Como el sonido de la cítara nos sonaba el que decía: Gozaos en el Señor siempre, otra vez digo: gozaos; vuestra modestia sea conocida por todos los hombres; el Señor está cerca (Fil. 4, 4).

Citharam nobis sonat, qui civitatis nostrae bona annuntians, ait: Gaudium et laetitia invenietur in ea, gratiarum actio et vox laudis (Isa. LI, 3). Quia ergo praedicatores sanctae Ecclesiae coeleste regnum annuntiant, et pro eodem regno adipiscendo, mortificare carnem, flere captivitatem, in spe futurae beatitudinis nos exsultare praecipiunt: prophetae ab excelso descendentes, ante se psalterium, tympanum, tibiam, et citharam habere perhibentur. Et grex quidem prophetarum dicitur, quia multi sunt pastores sanctae Ecclesiae, et pastorem unum habent Dominum Jesum Christum.

17. Et notandum quia psalterium, tympanum, tibiam, et citharam ante se habere prophetae perhibentur, ut electorum praedicatorum forma videatur. Reprobi namque post se, quae praedicant, habent: quia dicunt et non faciunt, negligunt bona agere, quae cognoscunt. Unde et adhuc regi Saul, jam Domini mandata contemnenti, dicitur: Quia projecisti sermonem Domini, projecit te Dominus, ne sis rex (I Reg. XV, 23). Hinc per prophetam de Judaeis Dominus queritur, dicens: Projecerunt me post corpus suum (III Reg. XIV, 9). Sancti ergo doctores, quia iter supernae conversationis, quod praedicant, continuo incessu boni operis servant, in eorum typo dicitur, quia prophetae psalterium, tympanum, tibiam, et citharam ante se descendentes habuerunt. Possunt enim haec instrumenta ad praedicationem redemptoris referri. Et quia non valde superius, collem Domini ipsum esse Redemptorem diximus, organorum convenientiam intueamur. Qui regni aeterni eum regem nominat, nobis profecto psalterium sonat. Et qui disciplinam mortificationis nostrae in eo asserit, velut tympanum ferit. Tibiam sonat, qui mortuum Redemptorem pro salute mundi denuntiat. Citharam percutit, qui eum a mortuis surrexisse, et ad coelos ascendisse dicat. Sed ad tantorum organorum jucunditatem hilarescimus, si ipsum prophetarum gregem insonantem audiamus. David namque dicit: A summo coelo egressio ejus, et occursus usque ad summum (Psal. XVIII, 7). Hinc item dicit: Adorabant eum omnes reges terrae, omnes gentes servient ei (Psal. LXXI, 11). Velut enim psalterium in laudem Redemptoris tenuit, qui superiorem partem laudis obtinuit, et Redemptoris adventum a summo coelo praedicavit. Tympanum mortificationis ejus Isaias tetigit, dicens: Et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum, despectum, et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem: et quasi absconditus vultus ejus et despectus; unde nec reputavimus eum (Isa. LIII, 3). Tibiam mortis ejus item sonans, ait: Tanquam ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus obmutuit (Ibid., 7). Citharam resurrectionis David increpitans, ait: Commoveatur a facie ejus universa terra, dicite in gentibus, quia Dominus regnavit a ligno: etenim firmavit orbem terrae, qui non commovebitur (Psal. XCV, 10).

La cítara nos suena el que, anunciando los bienes de nuestra ciudad, dice: Gozo y alegría se encontrará en ella, acción de gracias y voz de alabanza (Is. 51, 3). Porque, por tanto, los predicadores de la santa Iglesia anuncian el reino celestial y, para alcanzar ese mismo reino, ordenan mortificar la carne, llorar la cautividad, regocijarse en la esperanza de la futura bienaventuranza: se refiere que los profetas, descendiendo de lo alto, tenían ante sí el salterio, el pandero, la flauta y la cítara. Y se dice grupo de profetas porque son muchos los pastores de la santa Iglesia y tienen un solo pastor, el Señor Jesucristo.

17. Y ha de notarse que se refiere que los profetas tenían ante sí el salterio, el pandero (tympanum), la flauta (tibia) y la cítara, para que se vea la forma de los elegidos predicadores. Pues los réprobos tienen tras de sí lo que predican: porque dicen y no hacen, descuidan obrar los bienes que conocen. Por lo cual aún se le dice al rey Saúl, que ya despreciaba los mandatos del Señor: Porque desechaste la palabra del Señor, te ha desechado el Señor para que no seas rey (1 Sam. 15, 23). De aquí que por el profeta se queje el Señor de los judíos diciendo: Me arrojaron tras su cuerpo (1 Rey. 14, 9). Mas los santos doctores, porque guardan el camino de la vida celestial que predican con el continuo paso de la buena obra, se dice en su tipo que los profetas tenían ante sí el salterio, el pandero, la flauta y la cítara al descender. Pues estos instrumentos pueden referirse a la predicación del Redentor. Y porque no mucho antes dijimos que el collado del Señor es el mismo Redentor, miremos la conveniencia de los órganos. Quien lo nombra rey del reino eterno, ciertamente nos suena el salterio. Y quien afirma en él la disciplina de nuestra mortificación, como que golpea el pandero. Suena la flauta quien anuncia al Redentor muerto por la salvación del mundo. Golpea la cítara quien diga que resucitó de entre los muertos y ascendió a los cielos. Mas ante la alegría de tantos órganos nos regocijamos si oímos al mismo grupo de profetas sonando. Pues David dice: Desde lo sumo del cielo es su salida, y su encuentro hasta lo sumo (Sal. 18, 7). De aquí mismo dice: Lo adorarán todos los reyes de la tierra, todas las gentes le servirán (Sal. 71, 11). Como el salterio en alabanza del Redentor tuvo el que obtuvo la parte superior de la alabanza y predicó el advenimiento del Redentor desde lo sumo del cielo. El pandero de su mortificación tocó Isaías diciendo: Y lo vimos, y no había aspecto, y lo deseamos, despreciado y el último de los varones, varón de dolores y que conoce la enfermedad; de donde también su rostro estaba escondido y despreciado, por lo cual ni lo estimamos (Is. 53, 3). Sonando igualmente la flauta de su muerte, dice: Como oveja al matadero será llevado, y como cordero enmudeció (Ibíd. 7). David, golpeando la cítara de la resurrección, dice: Conmuévase ante su faz toda la tierra, decid entre las gentes que el Señor reinó desde el madero; pues afirmó el orbe de la tierra, que no se conmoverá (Sal. 95, 10).

Citharam ascensionis etiam tangens, dixit: Regna terrae cantate Deo, qui ascendit super coelos coelorum ad orientem (Psal. LXVII, 33, 34). Prophetae ergo de excelso descendunt, quando sancti praedicatores illa sacramenta nobis annuntiant, quae alta contemplatione didicere. Et psalterium, tibiam, et citharam dicunt: quia Redemptorem nostrum aeterni regni Dominum asserunt, et per humanam conditionem humiliatum, et morte sua mundum redimere, et resurgendo coelestia reparare. Quae nimirum laudis instrumenta ante se habent: quia ea, quae dicunt, intelligunt. E contra vero Caiphas prophetare dicitur (Joan. XI), et ea quae dixit, ignorare; cum tibiam Dominicae mortis, quam tetigit, et non ut electus propheta haberet ante se, sed post se. Bene ergo de electis prophetis subjungitur: Ipsosque prophetantes. Quia dum vident quae dicant, velut ante se habent instrumenta, quae tangant; et dum praedicant, illud proferunt, quod praevidendo cognoverunt. Saul ergo ad collem Domini venit, quando electus et rudis praedicator spirituali scientia proficit, et Redemptorem humani generis non in plano humanitatis, sed in alta divinitatis ejus majestate cognoscit. Tunc quidem prophetarum choros concinentes audit: quia omnes Scripturas, quae de ipso sunt, perfecte intelligit. Qui igitur viros magnas foveas salientes vidit, qui haedos, et tortas panis, et amphorani vini portantes aspexit, ad collem Domini pervenit; quando is, qui per electorum exempla profecisse cognoscitur, ad culmen scientiae sublimatur, et Redemptorem sublimiter sciens, ineffabiliter diligit, a quo quod item scire de eo appetit, quasi familiaris amicus possit.

18. Bene subditur: Et insiliet in te spiritus Domini, et prophetabis cum eis. Insilire spiritus Domini dicitur, quia electorum corda donis ejus subito replentur. Qui statim prophetare incipiunt: quia qui divino spiritu pleni sunt, Dei magnalia tacere non possunt. Vel prophetaturus asseritur, cui Samuel divini verbi gratiam pollicetur. Quod tale est, ac si dicat: Qui modo in illa abundantia in te supervenientis spiritus loqui non potes, quando illa se tibi plenitudo infuderit, loquendi copia abundabis. Hunc quippe insilientem spiritum discipulis promittens Dominus, ait: Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, et quae ventura sunt, annuntiabit vobis (Joan. XVI, 13). In eos quidem superveniens spiritus insilit, quorum corda repente veniens, illustravit (Act. II, 2). Et illustrati prophetavere, quia Redemptorem humani generis omni lingua praedicaverunt. Quod certe in sancta Ecclesia etiam nunc fieri cernimus: quia saepe qui divina loqui appetunt, ab eodem spiritu subito docentur, et loqui optime ea etiam possunt, quae praemeditatione nulla didicere.

Tocando también la cítara de la ascensión dijo: Reinos de la tierra, cantad a Dios que sube sobre los cielos de los cielos hacia el oriente (Sal. 67, 33. 34). Los profetas, pues, descienden de lo alto cuando los santos predicadores nos anuncian aquellos sacramentos que aprendieron en la alta contemplación. Y dicen el salterio, la flauta y la cítara porque afirman que nuestro Redentor es el Señor del reino eterno, y que fue humillado por la condición humana, y que con su muerte redimió al mundo, y resurgiendo reparó lo celestial. Cuyos instrumentos de alabanza ciertamente tienen ante sí porque entienden lo que dicen. Por el contrario, Caifás es dicho profetizar (Juan 11) e ignorar lo que dijo, cuando tocó la flauta de la muerte del Señor y no como elegido profeta la tuvo ante sí, sino tras de sí. Bien, pues, se añade de los elegidos profetas: Y ellos mismos profetizando. Porque mientras ven lo que dicen, como que tienen ante sí los instrumentos que tocan; y mientras predican, profieren aquello que conocieron por la previsión. Saúl, pues, viene al collado del Señor cuando el elegido y rudo predicador progresa en la ciencia espiritual y conoce al Redentor del género humano no en el plano de la humanidad, sino en la alta majestad de su divinidad. Entonces ciertamente oye los coros de los profetas cantando a una, porque entiende perfectamente todas las Escrituras que son de él. Quien, pues, vio a los varones saltando las grandes fosas, quien miró a los que llevaban los cabritos y las tortas de pan y la vasija de vino, llega al collado del Señor cuando aquel que se reconoce haber progresado por los ejemplos de los elegidos es sublimado a la cumbre de la ciencia y, conociendo al Redentor sublimemente, lo ama inefablemente, de quien puede pedir lo que igualmente desea saber de él como amigo familiar.

18. Bien se añade: Y saltará sobre ti el espíritu del Señor, y profetizarás con ellos. Se dice que el espíritu del Señor salta, porque los corazones de los elegidos se llenan de repente con sus dones. Los cuales de inmediato comienzan a profetizar: porque quienes están llenos del espíritu divino, no pueden callar las maravillas de Dios. Or se afirma que ha de profetizar aquel a quien Samuel promete la gracia del divino verbo. Lo cual es tal como si dijera: Tú que ahora en aquella abundancia no puedes hablar por el espíritu que viene sobre ti, cuando aquella plenitud se te haya infundido, abundarás en la copia del hablar. Ciertamente prometiendo este espíritu saltador a los discípulos, dijo el Señor: Cuando venga aquel espíritu de verdad, os enseñará toda verdad, y os anunciará las cosas que han de venir (Jn. 16, 13). Ciertamente el espíritu que viene sobre ellos salta, cuyos corazones, viniendo de repente, iluminó (Hech. 2, 2). E iluminados profetizaron, porque predicaron al Redentor del género humano en toda lengua. Lo cual ciertamente vemos que se hace en la santa Iglesia también ahora: porque a menudo quienes desean hablar cosas divinas, son súbitamente enseñados por el mismo espíritu, y pueden hablar óptimamente incluso aquellas cosas que no aprendieron con premeditación alguna.

Pro custodia quippe mandatorum Dei, percipiunt gratiam verbi in sublimi revelatione Redemptoris. Quid enim mirum, si lucem scientiae percipere subito possunt, qui per vitae puritatem sedes sancti Spiritus semper sunt? Sed quale esset sancti Spiritus donum, si scientiam daret, et affectum magnae charitatis non daret? Qui enim illo spiritu replentur, coelestia praedicant, sed quae loquuntur, amant. Apte ergo subjungit: Et mutaberis in virum alium. Amor electae mentis quid est aliud, quam immutatio vetustatis? Natura enim nostra per lapsum primi hominis sic damnata est, ut quotidie labendo deficiat, et deficiendo veterascat. Sed qui in nobismetipsis deficimus, cum in nos ille spiritus insilit, renovamur: quia statim quod non eramus, efficimur. Tepidus erat quis, sed repente visitatus a spiritu, fervens efficitur. Incipit ardere per devotionem, fortiter exerceri in bono opere. In virum ergo alium mutatus est: quia esse coepit, quod ante insilientem spiritum in se, esse non potuit. Jam bonae conversationis est aliquis, coelestia amat, terrena despicit, sed pro iis, quae sursum diligit, et pro iis, quae odit in infimis, flere non praevalet. Saepe vero flere appetit et non potest qui plura, quae flere debeat, commisisse recolit: sed cum subito ille spiritus insilit, in lacrymarum fontes erumpit. In virum ergo alium mutatur, qui compunctionis gratiam per advenientem spiritum suscipit, quam ante adventum ejusdem spiritus non habebat. Puritatem cordis quis obtinere appetit, coelestia cogitare, nullis curarum saecularium occursionibus impediri; sed ad id, quod per devotionem appetit, assurgere nequit per affectum puritatis. Repente autem raptus in virtute supervenientis spiritus esse carnalis desinit, potenter saeculi curas abjicit, et in aeternorum contemplationem mira puritate consurgit. Miratur se tunc esse, quod non erat: miratur se tunc non fuisse, quod est. Nam cum in spiritualibus talem se vidit, miratur qui talis est, quod talis fuisse non potuit. In virum ergo alium mutatur, qui illud, quod non fuit, se videt esse, et illud, quod fuerat, non esse. Bene ergo de Saul: Mutaberis in virum alium. Quia praedicatores sanctae Ecclesiae cum gratiam divinae praedicationis accipiunt, non accipiunt solam scientiam verbi, sed virtutem amoris: ut per verbum aliis prodesse valeant, et per verbi amorem ipsi meliores fiant. Quando etenim loquuntur, mutantur in virum alium: quia cum per eos spiritus loquitur, ipsi mira charitate eidem spiritui conjunguntur, et ab ejus voluntate jam nec verbo nec operatione dissentiunt.

Ciertamente por la custodia de los mandatos de Dios, perciben la gracia de la palabra en la sublime revelation del Redentor. Pues, ¿qué tiene de asombroso si pueden percibir de repente la luz de la ciencia, quienes por la pureza de vida son siempre sedes del Espíritu Santo? Pero, ¿qué clase de don sería el del Espíritu Santo si diera la ciencia y no diera el afecto de la gran caridad? Pues quienes se rellenan de aquel espíritu, predican cosas celestiales, pero aman lo que hablan. Aptamente, pues, subraya: Y serás mudado en otro varón. El amor de la mente elegida, ¿qué otra cosa es sino la mudanza de la antigüedad? Pues nuestra naturaleza por la caída del primer hombre fue de tal modo condenada, que diariamente resbalando desfallece, y desfalleciendo envejece. Pero nosotros que desfallecemos en nosotros mismos, cuando aquel espíritu salta sobre nosotros, somos renovados: porque de inmediato somos hechos lo que no éramos. Alguien era tibio, pero de repente visitado por el espíritu, se hace ferviente. Comienza a arder por la devoción, a ejercitarse fuertemente en la buena obra. En otro varón, pues, es mudado: porque comenzó a ser lo que, antes del espíritu saltando en él, no pudo ser. Ya alguien es de buena conducta, ama las cosas celestiales, desprecia las terrenas, pero por aquellas cosas que ama arriba, y por aquellas que odia en lo más bajo, no prevalece para llorar. A menudo ciertamente desea llorar y no puede quien recuerda haber cometido muchas cosas que debe llorar: pero cuando de repente aquel espíritu salta, rompe en fuentes de lágrimas. En otro varón, pues, se muda quien recibe la gracia de la compunción por el espíritu que viene, la cual no tenía antes del advenimiento del mismo espíritu. Alguien desea obtener la pureza del corazón, pensar cosas celestiales, no ser impedido por ningunos encuentros de cuidados seculares; pero a aquello que por la devoción desea, no puede ascender por el afecto de la pureza. Repentinamente, en cambio, arrebatado en la virtud del espíritu que sobreviene, deja de ser carnal, arroja potentemente los cuidados del siglo, y surge en la contemplación de las cosas eternas con maravillosa pureza. Se maravilla entonces de ser lo que no era: se maravilla de no haber sido entonces lo que es. Pues cuando en las cosas espirituales se ve tal, se maravilla quien es tal, de que no pudo haber sido tal. En otro varón, pues, se muda quien aquello que no fue, se ve ser, y aquello que había sido, no ser. Bien, pues, de Saúl: Serás mudado en otro varón. Porque los predicadores de la santa Iglesia cuando reciben la gracia de la divina predicación, no reciben sola la ciencia de la palabra, sino la virtud del amor: para que por la palabra puedan aprovechar a otros, y por el amor de la palabra ellos mismos se hagan mejores. Pues cuando hablan, se mudan en otro varón: porque cuando por ellos habla el espíritu, ellos mismos se unen al mismo espíritu con maravillosa caridad, y de su voluntad ya no disienten ni de palabra ni de obra.

Talem namque virum sacra Scriptura collaudans, dicit: Qui adhaeret Deo, unus spiritus est (I Cor. VI, 17). Deo namque adhaeremus, quando Spiritus sancti gratiam abundanter accipimus; et unus spiritus cum eo efficimur, quando divinae voluntati mente, ore, et opere concordamus. Bene ergo propheta Samuel subjunxit, dicens:

(Vers. 7.) Quando enim venerint tibi omnia signa haec, fac quodcunque invenit manus tua: quia Dominus tecum est.

19. Haec quidem signa sunt in quibus se praedicator agnoscat, et tunc omne, quod disponit agere, audeat, cum certa experientia noverit; quia in magna charitatis abundantia virtutem suscipit Spiritus sancti. Sed docere ea debet praedicator, quae agit, sicut de Domino Lucas dicit: Quia caepit Jesus facere et docere, usque in diem qua praecipiens apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est (Act. I, 1, 2). Hinc Paulus ait: Non audeo loqui ea, quae per me non effecit Deus, in obedientia gentium verbo et factis (Rom. XV, 18). Samuel itaque uncto regi praecipit, dicens: Fac quodcunque invenit manus tua. Quasi dicat: Cum te divina gratia plenum videris, doce alios quidquid facis, quia ex praesidente tibi eadem divina gratia habes et optime vivere, et utiliter praedicare. Sed tamen quid ante haec omnia observare debeat subjungit, dicens:

(Vers. 8.) Et descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te, ut offeras oblationem, et immoles victimas pacificas. Septem diebus exspectabis me, donec veniam et ostendam tibi quae facias.

20. Quid est, quod prius dicit: Fac quodcunque invenit manus tua, deinde subdit: Septem diebus exspectabis me, donec veniam, et ostendam tibi, quae facias. Sed qui signa perceperat, quibus se unctum regem a Domino sciret, probandus erat an ipsa signa cognosceret. Quod quidem magis spirituali, quam historicae explanationi convenit. Nam venire in collem Domini, ad perfectam cognitionem et amorem Redemptoris pertinere diximus: prophetiae dono repleri, ad virtutem Spiritus sancti. Dicit ergo: Quando tibi omnia haec signa venerint, fac quodcunque manus tua invenit. Quia quisquis certus est de intima inspiratione sancti Spiritus, praesumere potest tam de proposito boni operis, quam de dispositione praedicationis. Dixit item: Septem diebus exspectabis me, donec veniam; et ostendam tibi, quae facias. Quia summi pastores sanctae Ecclesiae dum de minorum profectione dubitant, solliciti valde sunt, ut hanc in eis certis indiciis recognoscant. Quae autem sunt indicia spiritus, nisi excellentia dona humilitatis. Sanctus enim Spiritus, quo majori luce virtutum electorum corda irradiat, eo et abundantiori dono humilitatis ditat.

Pues alabando a tal varón, la sagrada Escritura dice: Quien se adhiere a Dios, un solo espíritu es (1 Cor. 6, 17). Pues a Dios nos adherimos cuando recibimos la gracia del Espíritu Santo abundantemente; y un solo espíritu con Él somos hechos, cuando concordamos con la divina voluntad con la mente, la boca y la obra. Bien, pues, el profeta Samuel subrayó, diciendo:

(Vers. 7.) Cuando, pues, te hayan venido todos estos signos, haz lo que encuentre tu mano: porque el Señor está contigo.

19. Estos son, en efecto, los signos por los cuales el predicador se reconoce a sí mismo, y entonces se atreva a todo lo que dispone hacer, cuando lo haya conocido por experiencia cierta; porque en la gran abundancia de la caridad recibe la virtud del Espíritu Santo. Pero el predicador debe enseñar lo que hace, como dice Lucas sobre el Señor: Que Jesús comenzó a hacer y a enseñar, hasta el día en que, dando instrucciones a los apóstoles por el Espíritu Santo, a quienes eligió, fue elevado (Hch. 1, 1, 2). De aquí que Pablo dice: No me atrevo a hablar de aquello que Dios no ha efectuado por medio de mí, en la obediencia de los gentiles por palabra y por hechos (Rom. 15, 18). Samuel, pues, manda al rey ungido, diciendo: Haz lo que encuentre tu mano. Como si dijera: Cuando te veas lleno de la gracia divina, enseña a otros lo que hagas, porque de la misma gracia divina que te preside tienes el vivir óptimamente y el predicar útilmente. Pero, no obstante, lo que debe observar antes de todas estas cosas, lo subraya, diciendo:

(Vers. 8.) Y descenderás ante mí a Gálgala. Pues yo descenderé a ti, para que ofrezcas una oblación, e inmoles víctimas pacíficas. Durante siete días me esperarás, hasta que yo venga y te muestre lo que debas hacer.

20. ¿Qué es lo que primero dice: Haz lo que encuentre tu mano, y después añade: Durante siete días me esperarás, hasta que yo venga, y te muestre lo que debas hacer? Pero quien había recibido los signos por los cuales se sabía rey ungido por el Señor, debía ser probado en si reconocía esos mismos signos. Lo cual conviene ciertamente más a la explicación espiritual que a la histórica. Pues el venir a la colina del Señor, dijimos que pertenece al perfecto conocimiento y amor del Redentor: el ser llenado con el don de la profecía, a la virtud del Espíritu Santo. Dice pues: Cuando te hayan venido todos estos signos, haz lo que encuentre tu mano. Porque quienquiera que esté cierto de la íntima inspiración del Espíritu Santo, puede presumir tanto del propósito de la buena obra, como de la disposición de la predicación. Dijo asimismo: Durante siete días me esperarás, hasta que yo venga; y te mostraré lo que debas hacer. Porque los sumos pastores de la santa Iglesia, mientras dudan de la partida (profectio) de los menores, están muy solícitos de reconocer esto en ellos por indicios ciertos. Pero, ¿cuáles son los indicios del espíritu, sino los excelentes dones de la humildad? Pues el Espíritu Santo, con cuanta mayor luz de virtudes irradia los corazones de los elegidos, con tanto más abundante don de la humildad los enriquece.

Quo enim celsiores sunt meritis, planiores sunt per virtutem humilitatis. Qui ergo ante prophetam in Galgala descendere et exspectare jubetur, ei nimirum pro cognoscenda humilitate, obedientiae onus injungitur. Rectus quoque ordo electae conversationis est, ut obedientiam non injungat aliis, quam ipse aliis impendere non curavit. Exspectare ergo praecipitur, ut, an sit vere humilis, agnoscatur. Si ergo signum perfecti praedicatoris est repletio sancti Spiritus, et virtus humilitatis signum illius plenitudinis, quid in laude humilitatis dicitur, nisi quia ejus dona sunt signa signorum?

21. Sed quia immolaturus rex per prophetam praeire jubetur, ea, quae dicuntur, melius cernimus, si ex ordine videantur. Galgala quidem interpretatur rota. Quid vero rota in isto loco significat, nisi vitam obedientium? Rota quidem volvendo graditur, et modo alta petit, modo inferiora. Sic nimirum vita obedientium, quia inferius agit quod sursum pertrahit, et sursum videt quod inferius exhibet, quasi ad alta sublevatur, et ad ima deponitur. Nam quod obedientes inferius agunt, sursum tollunt; quia quando praelatorum jussis obediunt, terrena sunt quae operantur; sed de terrenis, quae faciunt, superna praemia praestolantur. Item quod sursum habent, ad terram flectunt, quia ut bene terrena agant, coelestia contemplantur, et illud solummodo operantur, quod summae illi felicitati convenire conspiciunt. Hanc profecto rotam flectere Moysi Dominus praecipiens, ait: Omnia fac sicut ostensum est tibi in monte (Exod. XXV, 40). Qui enim in summis vidit, quod fecit in infimis; nimirum superiorem rotae partem ad terram flexit. Inferiorem quoque partem ad superiora extulerat, qui dicebat: Vivit Dominus in cujus conspectu sto (III Reg. XVII, 1). In imo quidem stabat per humilitatem obedientiae, dum regi perfido exprobraret; sed planitiem operis in sublimitate extulit divinae contemplationis, ut velut currentem rotam optime volveret, dum in terreno opere, quid coeleste mereretur, aspiceret. Haec profecto forma est electae obedientiae; ut in omni, quod foris agimus, ad potentiam Conditoris ubique praesentem respiciamus. Sic nimirum in subditione obedientiae nostrae habere possumus et rectitudinem operis, et incrementa devotionis. Recti quidem tunc sumus opere, quia pro eo, quem cernimus, nos in labore obedientiae exercemus. Devoti etiam sumus, quia ei nos placere credimus, quem inspectorem nostrorum laborum attendimus, et largitorem aeternae retributionis. Et quia majorum imperia perfecta humilitate observanda sunt, bene Saul dicitur: Septem diebus exspectabis. Septenarius quippe numerus propter dona septiformis Spiritus est.

Pues cuanto más excelsos son por sus méritos, más llanos son por la virtud de la humildad. Quien, pues, es mandado descender a Gálgala ante el profeta y esperar, a él ciertamente se le impone la carga de la obediencia para conocer su humildad. El recto orden de una conversación elegida es que no imponga la obediencia a otros quien no cuidó de prestarla él mismo a otros. Se le manda, pues, esperar, para que se reconozca si es verdaderamente humilde. Si, pues, el signo del perfecto predicador es la plenitud del Espíritu Santo, y la virtud de la humildad el signo de esa plenitud, ¿qué se dice en alabanza de la humildad, sino que sus dones son los signos de los signos?

21. Pero porque el rey, a punto de sacrificar, es mandado preceder por el profeta, discernimos mejor lo que se dice si se ve en orden. Gálgala ciertamente se interpreta como rueda (rota). ¿Qué significa verdaderamente la rueda en este lugar, sino la vida de los obedientes? La rueda ciertamente camina dando vueltas, y ahora busca lo alto, ahora lo inferior. Así es ciertamente la vida de los obedientes, porque realiza abajo lo que atrae hacia arriba, y ve arriba lo que muestra abajo, como si fuera elevada a lo alto y depuesta a lo ínfimo. Pues lo que los obedientes realizan abajo, lo elevan hacia arriba; porque cuando obedecen los mandatos de sus prelados, las cosas que operan son terrenas; pero de las cosas terrenas que hacen, esperan las recompensas supernas. Asimismo, lo que tienen arriba lo inclinan hacia la tierra, porque para realizar bien lo terreno, contemplan lo celestial, y operan solamente aquello que ven que conviene a aquella suma felicidad. El Señor ciertamente mandando a Moisés inclinar esta rueda, dice: Hazlo todo según lo que te ha sido mostrado en el monte (Exod. 25, 40). Pues quien vio en lo sumo lo que hizo en lo ínfimo, ciertamente inclinó hacia la tierra la parte superior de la rueda. También había elevado la parte inferior hacia lo superior aquel que decía: Vive el Señor en cuya presencia estoy (3 Rey. 17, 1). En lo ínfimo ciertamente estaba por la humildad de la obediencia, mientras reprochaba a un rey pérfido; pero elevó la llanura de su obra en la sublimidad de la divina contemplación, para que como una rueda que corre la hiciera girar óptimamente, mientras en la obra terrena miraba qué mérito celestial alcanzaría. Esta es ciertamente la forma de la obediencia elegida; que en todo lo que hacemos exteriormente, miremos hacia la potencia del Creador (Conditoris) en todas partes presente. Así ciertamente en la sujeción de nuestra obediencia podemos tener tanto la rectitud de la obra como los incrementos de la devoción. Somos rectos ciertamente entonces por la obra, porque por Aquel a quien vemos, nos ejercitamos en el trabajo de la obediencia. También somos devotos, porque creemos que agradamos a Aquel a quien atendemos como inspector de nuestros trabajos y dador de la retribución eterna. Y porque los mandatos de los mayores deben ser observados con perfecta humildad, bien se dice a Saúl: Esperarás siete días. El número siete es ciertamente por los dones del Espíritu septiforme.

Septem diebus doctores Ecclesiae exspectamus, quando per virtutem septiformis Spiritus, tantam intimae devotionis claritatem suscipimus, ut eorum praecepta nullatenus negligamus. Quo in loco notandum est, quia non dixit: Septem diebus eris in Galgala, sed: Septem diebus exspectabis me, postquam descenderis ante me. Ante praedicatorem descendimus, quando hoc agimus, quod ejus nobis judicio imperatur. Tunc quidem descendere dicimur, quia mentes nostras eorum imperio subjugamus. Septem vero diebus exspectare est bonum obedientiae omni luce cordis implere. Quod tunc certe agimus quando majorum mandata nec dura nec levia praeterimus. Nullam quippe dierum ab hac luce vacantem Dominus esse volebat, quando dicebat: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum (Matth. V, 19). Et quia perfecta obedientia quam hominibus exhibemus munus est Creatoris; qui septem diebus exspectat oblationem offerre dicitur et pacificas victimas immolare. Oblatio quidem Domini est quia hominibus pro Deo offertur, sed oblata hominibus a Deo suscipitur. Victimae sunt obsequia obedientium, quia cum hominibus pro Deo subjicimur, superbos spiritus superamus. Caeteris quidem virtutibus daemones impugnamus, per obedientiam vincimus. Victores ergo sunt, qui obediunt, quia dum voluntatem suam aliis perfecte subjiciunt, ipsi lapsis per obedientiam Angelis dominantur.

22. Sed notandum est quia Samuel ante se Saul in Galgala descendere praecipit, sine se autem eum offerre oblationem et victimas noluit. Nam dixit: Ego quidem descendam ad te ut offeras oblationem, et immoles victimas pacificas. Septem diebus exspectabis me, donec veniam ad te, et ostendam tibi quae facias. Quid est hoc nisi quia ipsa bona nostra et ignorare sapienter, et scire aliquando utiliter debemus? Ignoranda quidem sunt, ne infirmis nobis elationem praebeant: sed a perfectioribus scienda sunt, ut per devotionem crescant. Unde et bene in Evangelio de Elisabeth praegnante dicitur: Et occultabat se mensibus quinque (Luc. I, 24). Qui enim spirituales ac fortes esse nequeunt adhuc, per quinarium numerum designantur. Quae autem noviter concipit, quinque se mensibus celat: quia per sensus corporis bona agit: sed quia spiritualis ac fortis in hoc bono opere nondum est, ea quae agit sapienter abscondit. Ille ergo victimas Deo, ille oblationem offert, qui septem diebus exspectans venientem prophetam recipit: quia tunc Deo dignum est quod impendit, cum impendens justus est virtute obedientiae, et divinae immensitatis consideratione timoratus; cum se aliud esse non credit, nisi quod majorum probatione cognoscit. Quasi enim, praesente propheta, offerimus, quando illa solummodo opera nostra digna esse divina susceptione credimus, quae sanctorum praedicatorum judicio comprobantur.

Siete días esperamos a los doctores de la Iglesia cuando por la virtud del Espíritu septiforme recibimos tal claridad de íntima devoción que no descuidamos en modo alguno sus preceptos. En este lugar debe notarse que no dijo: Estarás siete días en Gálgala, sino: Esperarás siete días después de que hayas descendido ante mí. Descendemos ante el predicador cuando hacemos lo que se nos manda por su juicio. Entonces ciertamente se dice que descendemos porque subyugamos nuestras mentes a su mandato. Esperar siete días es llenar el bien de la obediencia con toda la luz del corazón. Lo cual ciertamente hacemos cuando no pasamos por alto los mandatos de los mayores, ni los duros ni los leves. Ciertamente el Señor no quería que ninguno de los días estuviera vacante de esta luz cuando decía: El que soltare uno de estos mandatos mínimos y enseñare así a los hombres, mínimo será llamado en el reino de los cielos (Mat. 5, 19). Y porque la perfecta obediencia que mostramos a los hombres es un don del Creador, aquel que espera siete días se dice que ofrece una oblación e inmola víctimas pacíficas. La oblación ciertamente es del Señor porque se ofrece a los hombres por Dios, pero lo ofrecido a los hombres es recibido por Dios. Las víctimas son los servicios de los obedientes, porque cuando nos sometemos a los hombres por Dios, superamos a los espíritus soberbios. Ciertamente por las otras virtudes impugnamos a los demonios, pero por la obediencia los vencemos. Son pues vencedores los que obedecen, porque mientras subyugan perfectamente su propia voluntad a otros, ellos mismos dominan a los ángeles que cayeron por la desobediencia.

22. Pero debe notarse que Samuel manda a Saúl descender antes que él a Gálgala, pero no quiso que ofreciera la oblación y las víctimas sin él. Pues dijo: Yo ciertamente descenderé a ti para que ofrezcas una oblación, e inmoles víctimas pacíficas. Durante siete días me esperarás, hasta que yo venga a ti, y te muestre lo que debas hacer. ¿Qué es esto, sino que debemos tanto ignorar sabiamente nuestras cosas buenas, como saberlas a veces útilmente? Deben ser ignoradas para que no den elación (soberbia) a nosotros los débiles; pero deben ser sabidas por los más perfectos, para que crezcan por la devoción. De donde también bien se dice en el Evangelio sobre Isabel encinta: Y se ocultaba durante cinco meses (Luc. 1, 24). Pues los que todavía no pueden ser espirituales y fuertes, son designados por el número cinco. Pero la que ha concebido recientemente se oculta durante cinco meses: porque realiza cosas buenas a través de los sentidos del cuerpo; pero porque todavía no es espiritual y fuerte en esta buena obra, oculta sabiamente lo que realiza. Aquel, pues, ofrece víctimas a Dios, aquel ofrece una oblación, quien, esperando durante siete días al profeta que viene, lo recibe; porque entonces es digno de Dios lo que ofrece, cuando quien lo ofrece es justo por la virtud de la obediencia, y temeroso por la consideración de la divina inmensidad; cuando no cree ser otra cosa sino lo que reconoce por la aprobación de sus mayores. Pues ofrecemos como en presencia del profeta cuando creemos que solamente aquellas obras nuestras son dignas de la recepción divina que son comprobadas por el juicio de los santos predicadores.

Et quia coram propheta immolare dicitur, hoc profecto signat: quia operibus [Forte in operibus] nostris sapientibus atque spiritualibus viris credere debemus. Quia item septem diebus exspectat Saul, praedicator sanctae Ecclesiae virtutem subjecti disponere sapienter debet, ut coram eo bona ejus non laudet nisi quando laudis suae contemnere favorem potest. Unde et eadem oblatio et victimae Deo offerri a Saul praedicuntur, et non sibi. Deo quippe victimas offert, qui de virtute quam habet inaniter non extollitur, sed omne quod perficit gratiae tribuit conditoris. Hoc etiam, quia doctorum magisterio discimus, bene Samuel sermonem concludens, ait: Et ostendam tibi quae facias. Exspectanti quidem quae faciat, indicat: quando is, qui perfecte obedire cognoscitur, qualiter imperare aliis debeat, edocetur. Sed istud Saul adhuc non exhibetur, sed promittitur. Non enim mittitur ad immolandum, sed ad exspectandum. Et quia sanctorum collocutione proficimus, apte illatum est.

(Vers 9.) Itaque, cum avertisset humerum suum, ut abiret a Samuele, immutavit ei Deus cor aliud.

23. Cor enim aliud immutatur, quando ad appetenda meliora dirigitur; cor etiam immutatur; quando ad malum deseritur. In Saul autem qui prius bonus, postea malus fuit, quomodo potius intelligi ad litteram debeat non valde clarum est. Sed si pro profectu ejus dicitur, cor immutatum habebat, quia qui asinas quaesierat, jam de regni dispositione cogitabat. Si vero malum cor tunc recepisse cognoscitur, coram propheta humilis fuit: sed ut coepit discedere, pariter coepit et superbire. In mente sua jam non esse parvulum sed regem cogitabat. Adhuc non erat sublimis ordine, sed erat sublimis aestimatione. Sed quia per hanc sacram historiam adhuc de ejus superbia aperte nihil dicitur, rectius nos quoque agimus, si interim quod de eo sinistrum videri potest reticemus. Quod vero adhuc manenti ejus innocentiae suffragari potest, in sequentibus dicitur: Quia filius unius anni erat Saul, cum regnare coepisset, et duobus annis regnavit super Israel (I Reg. XIII, 1). Si enim duobus annis humilis rex fuit, immutatum ei cor asseritur pro vigore propositi, non pro novitate tumoris. In eo ergo quod immutatum cor Saul habere dicitur, novis praedicatoribus sanctae Ecclesiae similatur, qui cum ordinem praedicationis accipiunt, per divinam gratiam meliores fiunt. Samuel quippe Saul in principem unxit, Deus autem ei cor aliud immutavit, quia sacrorum ordinum sacramenta ab Ecclesiae doctoribus foris accipimus, sed sacramentorum virtute ab omnipotente Deo interius roboramur. Virtus vero sacramenti gratia est spiritus septiformis.

Y porque se dice que inmola ante el profeta, esto ciertamente significa que en nuestras obras [Quizás en nuestras obras] debemos creer a los hombres sabios y espirituales. Porque asimismo Saúl espera siete días, el predicador de la santa Iglesia debe disponer sabiamente la virtud del súbdito, para que no alabe ante él sus cosas buenas sino cuando puede despreciar el favor de su propia alabanza. De donde también la misma oblación y víctimas se predicen para ser ofrecidas por Saúl a Dios, y no a sí mismo. A Dios ciertamente ofrece víctimas quien no se enaltece vanamente por la virtud que tiene, sino que atribuye todo lo que perfecciona a la gracia del Creador (conditoris). Esto también, porque lo aprendemos por el magisterio de los doctores, bien lo concluye Samuel en su discurso, diciendo: Y te mostraré lo que debas hacer. Al que espera qué debe hacer, se lo indica: cuando aquel que es conocido por obedecer perfectamente es enseñado sobre cómo debe mandar a otros. Pero esto todavía no se le concede a Saúl, sino que se le promete. Pues no es enviado a inmolar, sino a esperar. Y porque aprovechamos por la conversación de los santos, aptamente se añade:

(Vers. 9.) Por tanto, cuando hubo apartado su hombro para irse de Samuel, Dios le cambió otro corazón.

23. Pues el corazón es cambiado por otro cuando es dirigido a desear cosas mejores; también el corazón es cambiado cuando es abandonado al mal. Pero en Saúl, que primero fue bueno y después fue malo, no está muy claro cómo deba entenderse más bien según la letra. Pero si se dice por su progreso, tenía el corazón cambiado porque quien había buscado las asnas ya pensaba en la disposición del reino. Si verdaderamente se reconoce que recibió entonces un corazón malo, fue humilde ante el profeta, pero en cuanto empezó a apartarse, igualmente empezó también a enorgullecerse. En su mente ya pensaba no ser un pequeño, sino un rey. Todavía no era sublime por el orden, pero era sublime por su estimación. Pero porque a través de esta historia sagrada todavía no se dice nada abiertamente sobre su soberbia, nosotros también actuamos más rectamente si entretanto callamos lo que de él pueda parecer siniestro. Lo que verdaderamente todavía puede favorecer su inocencia remanente se dice en lo siguiente: Porque Saúl era hijo de un año cuando había empezado a reinar, y reinó durante dos años sobre Israel (1 Sam. 13, 1). Pues si durante dos años fue un rey humilde, se afirma que tuvo el corazón cambiado por el vigor de su propósito, no por la novedad del tumor (soberbia). En aquello, pues, que se dice que Saúl tuvo el corazón cambiado, se asemeja a los nuevos predicadores de la santa Iglesia, que cuando reciben el orden de la predicación se vuelven mejores por la gracia divina. Samuel ciertamente ungió a Saúl como príncipe, pero Dios le cambió otro corazón, porque los sacramentos de los órdenes sagrados los recibimos exteriormente de los doctores de la Iglesia, pero por la virtud de los sacramentos somos robustecidos interiormente por Dios omnipotente. La virtud del sacramento es la gracia del Espíritu septiforme.

Quam certe gratiam qui accipiunt, quasi alio accepto corde immutantur, quia quos gratia sua sanctus Spiritus roborat, esse eos facit protinus quod non erant. Sic nimirum et Redemptoris discipuli ante metuebant; sed ubi per adventum sancti Spiritus cor aliud eis immutatum est, verbum Dei cum fiducia praedicabant (Act. IV, 31). Aliud quippe Deus cor eis immutavit, quibus linguarum omnium peritiam tribuit (Act. II, 6). Aliud quippe cor eis immutavit quos mira charitate induit et virtutum omnium splendoribus illustravit. Et notandum, quia tunc ei Deus cor aliud immutavit, quando ut abiret a propheta humerum avertit. Quasi enim ut abeat, humerum avertit, quando is qui praedicationis ordinem suscipit, id quod sibi de pastorali officio praecipitur agere disponit. Disponit quidem, sed non praevalet, si Deus ei cor aliud non immutet, quia summus locus bene non regitur, nisi rectoris mens divini muneris summa gratia repleatur. Haec autem, quia ei in futuro promittitur, subjunctum est:

(Vers. 10.) Et venerunt ei omnia signa haec in die illa.

24. Doctrina etenim electi praedicatoris, quid est aliud, quam dies eruditi discipuli? Nam qui in die ambulat, videt et plana quae ambulet, et praecipitia quae declinet. Sic nimirum, dum sanctorum praedicatorum doctrinis illuminamur, quod agendum et quod vitandum est patenter aspicimus. In illa ergo die qua propheta praedicat, bonus auditor suae electionis signa percipit, qui in se ea virtutum dona conspicit quae ante ei affutura suus praedicator ostendit. Signa quidem sunt, quia per haec se a Deo electos intelligunt qui ad praedicationis ordinem promoventur. Unctum ergo se aliquis ad Ecclesiae principatum non teneat, qui diei illius signa adesse non viderit in virtute perfectionis. Primum ergo signum prius attente conspiciat, videlicet si exemplo virorum salire jam magnas foveas sciat. Sequens etiam signum cognoscat, si ad quercum Thabor tres viros obvios habuit, quos haedos et panis tortas portare in Bethel ad domum Domini vidit, si panes duos de eorum manibus accepit. Tertium nihilominus videat, si ad collem Domini venit, si prophetantes cuneos aspexit, si in eum spiritus Domini insilivit et in eorum medio prophetare jam possit. And viros quidem salientes foveas vidit, si perfectorum exemplo omnia saeculi confutare jam didicit. Ad quercum Thabor venit, si contemplativae vitae fortitudinem atque amoenitatem experiri jam novit. In qua et haedos et panis tortas et vinum ad Dominum portantes aspexit, quia ab amatoribus vitae contemplativae jam didicit, et peccatorem se indesinenter agnoscere, et pro eisdem peccatis carnem affligere, et afflictionis suae dolorem omnipotenti Deo gratanter offerre.

Gracia que ciertamente quienes reciben, son cambiados como si hubieran recibido otro corazón, porque a quienes el Espíritu Santo robustece con su gracia, los hace ser al punto lo que no eran. Así ciertamente también los discípulos del Redentor temían antes; pero cuando por el advenimiento del Espíritu Santo se les cambió otro corazón, predicaban la palabra de Dios con confianza (Hch. 4, 31). Otro corazón ciertamente Dios les cambió, a quienes otorgó la pericia en todas las lenguas (Hch. 2, 6). Otro corazón ciertamente les cambió a quienes vistió con admirable caridad e ilustró con los esplendores de todas las virtudes. Y debe notarse que entonces Dios le cambió otro corazón cuando, para irse del profeta, apartó el hombro. Pues aparta el hombro como para irse cuando aquel que recibe el orden de la predicación dispone realizar lo que se le manda sobre el oficio pastoral. Dispone ciertamente, pero no prevalece si Dios no le cambia otro corazón, porque el lugar supremo no se rige bien si la mente del rector no es llenada con la suma gracia del don divino. Esto, porque se le promete para el futuro, se añade:

(Vers. 10.) Y le vinieron todos estos signos en aquel día.

24. Pues la doctrina del predicador elegido, ¿qué otra cosa es sino el día del discípulo instruido? Pues el que camina en el día, ve tanto lo llano por donde camina como los precipicios que declina. Así ciertamente, mientras somos iluminados por las doctrinas de los santos predicadores, vemos patetemente lo que hay que hacer y lo que hay que evitar. En aquel día, pues, en que el profeta predica, el buen oyente de su elección percibe los signos, quien en sí mismo contempla aquellos dones de virtudes que su predicador mostró que antes le asistirían. Son ciertamente signos porque por estos se entienden elegidos por Dios quienes son promovidos al orden de la predicación. No se considere, pues, ungido al primado de la Iglesia quien no haya visto los signos de aquel día estar presentes en la virtud de la perfección. El primer signo, pues, contémplelo primero atentamente, a saber, si por el ejemplo de los varones ya sabe saltar grandes fosas. El siguiente signo también conózcalo, si en la encina de Tabor (Thabor) tuvo al encuentro tres varones, a quienes vio llevar cabritos y tortas de pan a Betel (Bethel) a la casa del Señor, si recibió dos panes de sus manos. Vea no obstante el tercero, si vino a la colina del Señor, si contempló las escuadras de los que profetizan, si el espíritu del Señor saltó sobre él y ya puede profetizar en medio de ellos. Y ciertamente vio a los varones saltando fosas si por el ejemplo de los perfectos ya aprendió a refutar todas las cosas del siglo. Vino a la encina de Tabor si ya supo experimentar la fortaleza y la amenidad de la vida contemplativa. En la cual contempló tanto los cabritos como las tortas de pan y el vino que llevaban al Señor, porque de los amantes de la vida contemplativa ya aprendió tanto a reconocerse incesantemente como pecador como a afligir la carne por esos mismos pecados, y a ofrecer gratamente a Dios omnipotente el dolor de su aflicción.

Ad collem Domini venit, si ad revelatam intimam Redemptoris gloriam aut Scripturarum sublimem intellectum proficiendo conscendit. Obvium gregem prophetarum habuit, si praedicatorum sanctae Ecclesiae concordem scientiam intellexit. In quorum medio insilientem in se spiritum Domini sensit, in illa ineffabili suavitate internae experientiae in se donum supervenientis divinitatis agnovit, et notae gratiae abundantiam loquendo effudit. Haec quoties sancti praedicatores imperfectis nobis ostendunt, per doctrinam, qua nos illuminant, quasi clarissimum diem produnt. Et ista quidem omnia jam promoti praedicatores, exponentibus ordinatoribus, sciunt.

25. Quia ergo diem signorum habent, salubriter attendant si promissa signa jam videant. Nam qui mundi gloriam contemnere nondum didicit, primum signum audire promissum potuit, sed non vidit ostensum. Si contemplativae vitae robur et dulcedinem nescit, sequentis signi bonum videre non meruit. Si altitudinem Scripturarum per intimae eruditionis notitiam non conscendit, ad collem Domini nondum venit. Si supervenientis in se Spiritus sancti virtutem nondum habet, prophetare non potest. Sine illo etenim spiritu pastor carnalis est, et quod loquitur, non ad dignitatem praedicationis referri potest, sed ad ausum temeritatis. Qua ergo formidine nos miseri terreri possumus? Ecce enim aliorum ducatum suscepimus, qui virtutem suscepti regiminis non habemus. Signa spiritualis praelationis audivimus quae in nobis per lucem experientiae non videmus. Terrena concupiscimus, curis exterioribus occupamur, et tanto longius a coelesti contemplatione repellimur, quanto terrenorum actuum sollicitudine praegravamur. Hac quoque terrenae vitae mole depressi, quando illum splendorem intimae gloriae Redemptoris attingere, quando ad altissimos sanctarum Scripturarum sensus possumus pervenire? Sed et coelestia, quae nescimus, loqui quasi nota non, possumus. Et qui per quietem amori internae vitae vacare nolumus, insilientem in nos spiritum Domini non sentimus. Nota ergo et non habita signa nos terreant: ut cum pro negligentiae nostrae immensitate compungimur, virtutem suscepti ordinis per fletus et lamenta requiramus. Hinc Psalmista voce infirmorum deplorat dicens: Signa nostra non vidimus, jam non est propheta (Psal. LXXIII, 9). Nam propheta est, cum jam dicta haec prophetiae signa ei adesse praevidentur. Si ergo ad culmen praelationis assumitur, non se teneat, quod est altitudine ordinis, sed quod est virtute perfectionis. Dicat ergo: Signa nostra non vidimus, jam non est propheta. Quasi dicat: Esse nunc prophetam dicerem, si dona spiritus cernerem, quibus prophetae persona fulgere debet.

Vino a la colina del Señor si, progresando, ascendió a la revelada íntima gloria del Redentor o al sublime entendimiento de las Escrituras. Tuvo al encuentro la compañía de los profetas si entendió la concorde ciencia de los predicadores de la santa Iglesia. En medio de los cuales sintió al espíritu del Señor saltando sobre él, en aquella inefable suavidad de la interna experiencia reconoció en sí el don de la divinidad que sobrevenía, y derramó hablando la abundancia de la conocida gracia. Estas cosas, cuantas veces los santos predicadores nos las muestran a nosotros los imperfectos, a través de la doctrina con la que nos iluminan, producen como un día clarísimo. Y todas estas cosas ciertamente los predicadores ya promovidos las saben por exposición de sus ordenadores.

25. Puesto que, pues, tienen el día de los signos, atiendan saludablemente si ya ven los signos prometidos. Pues el que todavía no aprendió a despreciar la gloria del mundo, pudo oír prometido el primer signo, pero no lo vio mostrado. Si ignora el vigor y la dulzura de la vida contemplativa, no mereció ver el bien del signo siguiente. Si no ascendió a la altura de las Escrituras por la noticia de la íntima erudición, todavía no vino a la colina del Señor. Si todavía no tiene la virtud del Espíritu Santo que sobreviene en él, no puede profetizar. Sin aquel espíritu, en efecto, el pastor es carnal, y lo que habla no puede referirse a la dignidad de la predicación, sino al atrevimiento de la temeridad. ¿Por qué temor, pues, podemos aterrarnos nosotros los miserables? Pues he aquí que recibimos el liderazgo de otros nosotros que no tenemos la virtud del régimen recibido. Oímos los signos de la prelatura espiritual que no vemos en nosotros por la luz de la experiencia. Deseamos cosas terrenas, estamos ocupados en cuidados exteriores, y tanto más lejos somos repelidos de la contemplación celestial cuanto más somos gravados por la solicitud de los actos terrenos. Deprimidos también por esta mole de la vida terrena, ¿cuándo podemos alcanzar aquel esplendor de la íntima gloria del Redentor, cuándo podemos llegar a los altísimos sentidos de las sagradas Escrituras? Pero también lo celestial, que ignoramos, no podemos hablarlo como conocido. Y los que por el sosiego no queremos vacar al amor de la vida interna, no sentimos al espíritu del Señor saltando sobre nosotros. Los signos conocidos y no poseídos, pues, nos aterren: para que cuando por la inmensidad de nuestra negligencia somos compungidos (compungimur), busquemos la virtud del orden recibido por medio de llantos y lamentos. De aquí que el Salmista deplora en voz de los débiles diciendo: Nuestros signos no vimos, ya no hay profeta (Sal. 73, 9). Pues es profeta cuando ya se prevé que le asisten estos dichos signos de la profecía. Si, pues, es asumido a la cumbre de la prelatura, no se considere por lo que es por la altura del orden, sino por lo que es por la virtud de la perfección. Diga, pues: Nuestros signos no vimos, ya no hay profeta. Como si dijera: Diría que ahora hay un profeta si viera los dones del espíritu con los que debe brillar la persona del profeta.

Qui ergo suscepti ordinis pastoralis perfectionem audivit quam in se obtinere vivendo non meruit, idoneus sanctae Ecclesiae doctor non est. In primo igitur rege, pastorum omnium sanctae Ecclesiae profectus ostenditur, dum dicitur: Venerunt ei omnia signa haec in die illa. Et quia idem profectus electorum praedicatorum mirabilis est, sequitur:

(Vers. 11.) Videntes autem eum, qui noverant eum heri et nudiustertius, quod esset cum prophetis, et prophetaret, dixerunt ad invicem: Quaenam res est, quae accidit filio Cis? Num Saul inter prophetas?

26. Quid est, quod dicunt: Quaere res est, quae accidit, nisi valde admirari, quod ab eis non poterat comprehendi? Hominem hominis filium noverant, prophetis sociatum videbant: carnalem noverant, spiritualem videbant: simplicem noverant, prophetam videbant. Dicunt ergo: Quaenam res accidit filio Cis? Qui nosse quod fuerat poterant: quod erat, qualiter esse posset ignorabant. Hic denique profectus spiritualis praedicatoris est, ut qui in communi vita aliquando notus est, in superiori ordine habeat, quod ignoretur. Tres quidem gradus perfectionis ostensi sunt, quia dicit: Heri, et nudiustertius. In duobus quidem diebus praedicator agnoscitur, in tertio habet quod etiam ii, qui noverant, non cognoscant. Primus namque dies auditoribus pertinet, secundus sodalibus, tertius est praedicationis. Primum namque diem pastor habuit, quando praelatis suis discipulus obedivit. Quasi enim in magna luce cernitur, qui in virtute obedientiae devotus est. Secundum diem habuit, quando meliorum coadjutor esse jam coepit. Ista quippe claritas magnae conversationis, in electorum exemplo maximum diem facit. Hanc diem Dominus innuans, ait: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, et glorificent Patrem vestrum, qui in coelis est (Matth. V, 16). Tertius vero dies insilientis spiritus est, et prophetiae. In tertio quippe die pastor aspicitur, quando sublimitatem dignitatis suae adaequat splendore conversationis, quando coelesti virtute indutus, ea vita eaque doctrina subditis lucet, ut videri ab eis possit, discuti, et judicari non possit. Talis quidem erat Moyses, quando lucidissimo vultu a monte descendit, cujus subditi fulgorem videbant, sed in fulgentem claritatem intendere visum non poterant (Exod. XXXIV, 35; I. Cor. III, 7). Talis erat qui gloriabatur, dicens: Nos autem revelata facie gloriam Dei speculantes, in eamdem imaginem transformamur, tanquam a Domini spiritu (I Cor. III, 18). Tales utique erant, quos Spiritus sanctus repleverat. Unde et qui in Jerusalem convenerant, admirantes dicunt: Nonne isti, qui loquuntur, Galilaei sunt (Act. II, 7)? Interrogabant quippe, ut scirent quod audiebant, et scire non poterant.

Quien, pues, oyó la perfección del orden pastoral recibido, la cual no mereció obtener en sí viviendo, no es doctor idóneo de la santa Iglesia. En el primer rey, por tanto, se muestra el progreso de todos los pastores de la santa Iglesia, mientras se dice: Le vinieron todos estos signos en aquel día. Y porque el mismo progreso de los predicadores elegidos es admirable, se sigue:

(Vers. 11.) Pero viéndole quienes le habían conocido ayer y anteayer, que estaba con los profetas y profetizaba, se dijeron unos a otros: ¿Qué cosa es esta que le ha sucedido al hijo de Cis? ¿Acaso Saúl entre los profetas?

26. ¿Qué es lo que dicen: Qué cosa es esta que le ha sucedido, sino maravillarse mucho de lo que no podía ser comprendido por ellos? Conocían al hombre, hijo de hombre; le veían asociado a los profetas: le conocían carnal, le veían espiritual: le conocían simple, le veían profeta. Dicen pues: ¿Qué cosa es esta que le ha sucedido al hijo de Cis? Quienes podían saber lo que había sido, ignoraban cómo pudiera ser lo que era. Este es, en fin, el progreso de un predicador espiritual: que quien es a veces conocido en la vida común, tenga en el orden superior lo que se ignore. Se muestran tres grados de perfección, porque dice: Ayer y anteayer. En efecto, en dos días el predicador es reconocido; en el tercero tiene lo que incluso quienes le conocían no reconozcan. Pues el primer día pertenece a los oyentes, el segundo a los compañeros, el tercero es de la predicación. Pues el pastor tuvo el primer día cuando obedeció a sus prelados como discípulo. Pues se ve como en gran luz quien es devoto por la virtud de la obediencia. Tuvo el segundo día cuando ya empezó a ser coadjutor de los mejores. Esa claridad de gran conversación, en el ejemplo de los elegidos, produce un día grandísimo. El Señor, insinuando este día, dice: Brille así vuestra luz ante los hombres, para que vean vuestras buenas obras y glorifiquen a vuestro Padre que está en los cielos (Mat. 5, 16). Pero el tercer día es del espíritu que salta y de la profecía. En el tercer día el pastor es contemplado cuando iguala la sublimidad de su dignidad con el esplendor de su conversación, cuando vestido con la virtud celestial brilla ante sus súbditos con tal vida y tal doctrina que puede ser visto por ellos, discutido y no puede ser juzgado. Tal era ciertamente Moisés cuando descendió del monte con el rostro clarísimo, cuyos súbditos veían el fulgor, pero no podían fijar la vista en la fulgurante claridad (Exod. 34, 35; 2 Cor. 3, 7). Tal era aquel que se gloriaba diciendo: Pero nosotros, contemplando con el rostro revelado la gloria de Dios, somos transformados en la misma imagen, como por el espíritu del Señor (2 Cor. 3, 18). Tales eran ciertamente quienes el Espíritu Santo había llenado. De donde también quienes se habían reunido en Jerusalén, admirados dicen: ¿No son estos que hablan galileos? (Hch. 2, 7). Pues preguntaban para saber lo que oían y no podían saber.

Qui autem noverant Saul, de re quae ei accidit admirantes interrogant; quia eos aliquando in humiliori ordine sanctae Ecclesiae humiles et despectos cernimus, quos dum sanctus Spiritus ad ordinem praedicationis assumit, gratiarum suarum splendoribus induit et in eisdem splendoribus mirabiles ostendit. Sed bene sanctorum virtutes admiramur, cum eas bonitati conditoris ascribimus. Quare et Moyses Domino confitens ait: Quis similis tibi in diis, Domine, quis similis tibi gloriosus in sanctis, mirabilis in majestate, faciens prodigia (Exod. XV, 11). Hinc Psalmista dicit: Mirabilis Deus in sanctis suis, ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suae (Psal. LXVII, 36)? Bene subjungitur:

(Vers. 12.) Respondit alter ad alterum, dicens: Et quis pater eorum?

27. Quid est quod hucusque de solo Saul dicebatur: Quaenam res accidit filio Cis? Et nunc quasi de multis repondetur: Et quis pater eorum? Sed si ad historiam intelligatur, stare nullo modo potest. Restat ergo ut sensus qui litterae demitur in spirituali significatione requiratur. Cum ergo dicitur: Quis pater eorum? Non solum Saul prophetans attenditur, sed omnis ille cuneus prophetarum. Qui nimirum prophetae omnes, quia valde spirituales erant, non ex carnali progenie, sed ex coelesti origine censebantur. Pater quidem prophetarum ille est, qui per Malachiam exquirit, dicens: Si Dominus sum, ubi est timor meus? Et si pater sum, ubi est amor meus (Malach. I, 6)? Quia enim omnipotenti Deo in magna charitate conjuncti sunt, ejus, quem quasi patrem diligunt, filii nominantur. Quod novae Ecclesiae praedicatoribus tanto decentius convenit quanto ille eos in coelestem nobilitatem altius extulit, qui eis claritatem tanti generis in forma detexit orationis. Sic, inquit, orabitis: Pater noster qui es in coelis (Matth. VI, 9). Quod tale est, ac si dicat: Mirandi essent sancti praedicatores, si mira quae agunt, sua virtute perficerent: nunc mirum non est quod cernitur; quia per eos ille hoc agit cui aliquid difficile non videtur. Dicat ergo alter ad alterum: Et quis pater eorum? Quasi dicat: Quid mirum est, si mirabiliter doceant cum non ipsi sint, qui loquuntur: sed spiritus patris eorum qui loquitur in eis? Non ergo dicitur: Quis pater ejus (Joan. VI, 42)? Ne, quod pluribus convenit filiis, unico conferatur. Solus etenim ille, qui natura Filius est, dicere audet: Pater meus usque modo operatur (Joan. V, 17).

Pero quienes conocían a Saúl preguntan admirados sobre la cosa que le sucedió; porque a veces vemos humildes y despreciados en el orden inferior de la santa Iglesia a aquellos a quienes, mientras el Espíritu Santo los asume al orden de la predicación, los viste con los esplendores de sus gracias y los muestra admirables en esos mismos esplendores. Pero bien admiramos las virtudes de los santos cuando las atribuimos a la bondad del Creador (conditoris). Por lo cual también Moisés, confesando al Señor, dice: ¿Quién como Tú entre los dioses, Señor? ¿Quién como Tú, glorioso en los santos, admirable en la majestad, haciendo prodigios? (Exod. 15, 11). De aquí que el Salmista dice: Admirable Dios en sus santos, Él mismo dará virtud y fortaleza a su pueblo (Sal. 67, 36). Bien se añade:

(Vers. 12.) Respondió uno a otro, diciendo: ¿Y quién es el padre de ellos?

27. ¿Qué es lo que hasta aquí se decía solamente de Saúl: ¿Qué cosa es esta que le ha sucedido al hijo de Cis?, y ahora se responde como si de muchos: ¿Y quién es el padre de ellos? Pero si se entiende según la historia, no puede sostenerse de ninguna manera. Resta, pues, que el sentido que se quita de la letra se busque en la significación espiritual. Cuando, pues, se dice: ¿Quién es el padre de ellos?, no solamente se atiende a Saúl profetizando, sino a toda aquella escuadra (cuneus) de profetas. Los cuales profetas todos, porque eran muy espirituales, no eran juzgados por su progenie carnal, sino por su origen celestial. El padre de los profetas es aquel que a través de Malaquías (Malachiam) inquiere diciendo: Si soy el Señor, ¿dónde está mi temor? Y si soy padre, ¿dónde está mi amor? (Mal. 1, 6). Porque están unidos a Dios omnipotente en gran caridad, son llamados hijos de Aquel a quien aman como padre. Lo cual conviene tanto más decentemente a los predicadores de la nueva Iglesia cuanto más alto los elevó a la nobleza celestial aquel que les descubrió la claridad de tan gran estirpe en la forma de la oración. Así, dice, oraréis: Padre nuestro que estás en los cielos (Mat. 6, 9). Lo cual es tal como si dijera: Serían de admirar los santos predicadores si las maravillas que hacen las realizaran por su propia virtud: ahora no es maravilla lo que se contempla, porque a través de ellos hace esto aquel a quien nada le parece difícil. Diga pues uno a otro: ¿Y quién es el padre de ellos? Como si dijera: ¿Qué maravilla es si enseñan maravillosamente cuando no son ellos mismos los que hablan, sino el espíritu de su padre el que habla en ellos? No se dice, pues: ¿Quién es su padre? (Juan 6, 42), para que lo que conviene a muchos hijos no se confiera a uno solo. Pues solamente aquel que es Hijo por naturaleza se atreve a decir: Mi Padre hasta ahora trabaja (Juan 5, 17).

Et item: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te (Psal. II, 7). Nam ut utriusque dignitatis differentiam promeret, Mariae Magdalenae loquitur, dicens: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum; Deum meum, et Deum vestrum (Joan. XX, 17). Quoties ergo unus praedicator mirabili vita aut praedicatione clarus aspicitur, in superna generatione non solus, sed cum aliis innumeris videtur; quia omnipotens Deus qui mirabilis in uno ostenditur mirabiliorem valde hominum admirationem facit, cum innumerabiles attenduntur, qui id, quod in uno mirantur, habuerunt. Quich tamen ad detractionem carnalium referri convenienter potest: nam cum spiritualium virorum famam minuere tentant, eorum carnalia explorant quae ad derogationem proferant. Et plerumque in sancta Ecclesia miram sanctitatis famam habent qui saecularem altitudinem nullam habent. Cum ergo carnales quique aut carnis originem aut paupertatem in eis reprehendunt, qui divina generatione jam magni et divites sunt, quasi subsannando de prophetarum patre sciscitantur. Et quia pro re valde nova habent quod parvi homines saeculi tam magni videri possunt, subjungitur: Propterea versum est in proverbium: Num Saul inter prophetas?

28. Quod nimirum si oculis cordis inspicerent, pro nova re non haberent. More etenim suo agit Spiritus sanctus, cum ad virtutum culmen pauperes, humiles, atque simplices erigit. Nam de eo scriptum est: Qui ponit humiles in sublime, et moerentes erigit sospitate (Job. V, 11). Hinc omnipotens Pater de eodem omnipotente suo Spiritu per prophetam dicit: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et trementem sermones meos (Isa. LXVI, 2)? Hinc Paulus ait: Non multi sapientes secundum carnem, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia: et ignobilia mundi elegit Deus, ut ea, quae sunt, destrueret; ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus (I Cor. I, 26, etc.) Quod certe proverbium etiam electis ascribi potest. Non enim minor admiratio habita est de beato Paulo apostolo, quando auditum est ab Ecclesia quia ille evangelizaret, qui Ecclesiam minando et caedendo expugnare solebat, nunc praedicando defenderet. Tunc quidem ii qui audiebant dicere poterant: Num Saulus inter apostolos? Nunquid ille Jesum praedicat, qui Jesum persequi solebat? Sed hoc jam in electorum proverbium versum est. Proverbium quidem est, quando in eo, quod dicitur, aliud occultatur. Conversio autem beati Pauli apostoli, facta est proverbium peccatoris. Audiat ergo unusquisque peccator beati Pauli conversionem, et non desperet de criminum multitudine. Saulus enim spirans minarum et caedis in discipulos Domini, ubique electos affligebat, lapidantium protomartyrem Stephanum vestimenta servabat, et velut omnium manibus lapidabat, qui expeditos ad lapidandum omnes reddebat (Act. IX, 1 seq.).

Y asimismo: El Señor me dijo: Mi Hijo eres tú, yo hoy te he engendrado (Sal. 2, 7). Pues para mostrar la diferencia de ambas dignidades habla a María Magdalena diciendo: Subo a mi Padre y a vuestro Padre; a mi Dios y a vuestro Dios (Juan 20, 17). Cuantas veces, pues, se contempla a un predicador claro por su vida admirable o por su predicación, se le ve no solo en la generación superna, sino con otros innumerables; porque Dios omnipotente, que se muestra admirable en uno, produce una admiración de los hombres mucho más admirable cuando se atiende a los innumerables que tuvieron aquello que admiran en uno. Lo cual, sin embargo, puede referirse convenientemente a la detracción de los carnales: pues cuando intentan disminuir la fama de los hombres espirituales, exploran sus cosas carnales para proferirlas para su derogación. Y frecuentemente en la santa Iglesia tienen una admirable fama de santidad quienes no tienen ninguna altura secular. Cuando, pues, los carnales reprenden en ellos o el origen de la carne o la pobreza, en quienes por generación divina ya son grandes y ricos, preguntan como burlándose sobre el padre de los profetas. Y porque consideran cosa muy nueva que hombres pequeños del siglo puedan parecer tan grandes, se añade: Por eso se convirtió en proverbio: ¿Acaso Saúl entre los profetas?

28. Lo cual ciertamente si lo miraran con los ojos del corazón, no lo considerarían cosa nueva. Pues el Espíritu Santo actúa según su costumbre cuando eleva a la cumbre de las virtudes a los pobres, humildes y simples. Pues de Él está escrito: Que pone a los humildes en lo alto, y a los que lloran eleva con salud (Job 5, 11). De aquí que el Padre omnipotente dice sobre su mismo Espíritu omnipotente a través del profeta: ¿Sobre quién descansa mi espíritu, sino sobre el humilde, y el tranquilo, y el que tiembla ante mis palabras? (Isa. 66, 2). De aquí que Pablo dice: No muchos sabios según la carne, no muchos nobles, sino que lo necio del mundo eligió Dios para confundir a lo fuerte; y lo innoble del mundo eligió Dios para destruir lo que es, para que no se gloríe ninguna carne en su presencia (1 Cor. 1, 26, etc.). Proverbio que ciertamente también puede atribuirse a los elegidos. Pues no menor admiración se tuvo del bienaventurado apóstol Pablo cuando se oyó de la Iglesia que aquel evangelizaba, el que solía impugnar a la Iglesia amenazando y matando, y ahora la defendía predicando. Entonces ciertamente quienes oían podían decir: ¿Acaso Saulo (Saulus) entre los apóstoles? ¿Acaso predica a Jesús el que solía perseguir a Jesús? Pero esto ya se ha convertido en proverbio de los elegidos. Pues hay proverbio cuando en lo que se dice se oculta otra cosa. La conversión del bienaventurado apóstol Pablo se convirtió en proverbio del pecador. Oiga, pues, cada pecador la conversión del bienaventurado Pablo, y no desespere por la multitud de sus crímenes. Pues Saulo, respirando amenazas y muerte contra los discípulos del Señor, afligía por todas partes a los elegidos, guardaba las vestiduras de los que apedreaban al protomártir Esteban, y como si apedreara con las manos de todos, el que hacía que todos estuvieran expeditos para apedrear (Hch. 9, 1 sig.).

Sed qui talis exstitit Christum persequens, ad Christum conversus, caput effectus est nationum, quia obtinuit totius Ecclesiae principatum. Dum ego tam magnum peccatorem conversum, tam sublimi dignitate a Domino honoratum conspicimus, peccatorum nostrorum invenire nos posse remissionem praesumamus. Proverbium ergo nostrum id est quod ad evangelizandum persecutor assumitur, quod hoc mysterium continet; quia conversus peccator non solum sperare a Domino veniam, sed quod viriliter certando pertingere valeat ad coronam. Sed hoc distare inter carnales et spirituales praedicatores solet, quia carnales post alta verba praedicationis, ad ima descendunt pravi operis, spirituales vero post sublimia quae loquuntur in altiora valde coelestis patriae desideria se sustollunt.

(Vers. 13.) Cessavit autem prophetare, et venit ad excelsum.

29. Ad excelsum post prophetiae ministerium venit, qui ad coelestia gaudia, quae praedicat, mentem erigit: et ad ea amando se sublevat, quae loquendo monstrat. Doctores quidem cum minoribus plana praedicant, cum eis quos docent , quasi in plano sunt. Et quia post verba praedicationis ad promerenda ea quae praedicant se bonis operibus praeparant, ad excelsum venire perhibentur. Qui certe sublimes verbo et opere sunt, cogitatione elationis non sunt. Magna quidem semper agunt, sed magni videri nunquam appetunt. Bene ergo subjungitur:

(Vers. 14, 15 et 16.) Dixit autem patruus Saul ad eum, et ad puerum ejus: Quo abistis? Qui respondere: Quaerere asinas, quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelem. Et dixit ei patruus suus: Indica mihi, quid dixerit Samuel. Et ait Saul ad patruum suum: Indicavit nobis, quia inventae sunt asinae. Sermonem autem regni non indicavit ei, quem locutus ei Samuel fuerat.

30. Sermo regni est honorabilis dignitas pastoralis. Ipsa enim repraesentatione sua loquitur: quia patruus non est qui tanto ordine sublimatur. Verbum ergo regni rex non indicat: quia pastor Ecclesiae magno divinitatis splendore loquitur, sed elatione non loquitur. Qui vero verbum non indicat illud celat quod loquitur. Verbum enim semper loquitur cui verbum est, alioquin verbum non est. Verbum ergo regni habet qui ea conversatione fulget, quae exempla coelestis itineris aliis quasi loquendo praebet. Verbum ergo non indicat qui magnitudinem sanctitatis per vanam gloriam non revelat.

Pero el que existió tal como perseguidor de Cristo, convertido a Cristo, fue hecho cabeza de las naciones, porque obtuvo el primado de toda la Iglesia. Mientras contemplamos a tan gran pecador convertido, honrado con tan sublime dignidad por el Señor, presumamos que podemos encontrar la remisión de nuestros pecados. Nuestro proverbio es, pues, aquel de que el perseguidor es asumido para evangelizar, el cual contiene este misterio: que el pecador convertido no solo puede esperar el perdón del Señor, sino que luchando varonilmente puede llegar a la corona. Pero esto suele distar entre los predicadores carnales y los espirituales: porque los carnales, después de altas palabras de predicación, descienden a lo ínfimo de la obra malvada; pero los espirituales, después de las cosas sublimes que hablan, se elevan a deseos mucho más altos de la patria celestial.

(Vers. 13.) Y cesó de profetizar, y vino al lugar excelso (excelsum).

29. Al lugar excelso viene después del ministerio de la profecía quien eleva su mente a los goces celestiales que predica: y amando se subleva a aquellas cosas que hablando muestra. Los doctores ciertamente predican cosas llanas con los menores, con aquellos a quienes enseñan están como en lo llano. Y porque después de las palabras de la predicación se preparan con buenas obras para merecer aquellas cosas que predican, se dice que vienen al lugar excelso. Quienes ciertamente son sublimes de palabra y de obra, no lo son por el pensamiento de la elación (soberbia). Siempre realizan cosas grandes, ciertamente, pero nunca apetecen parecer grandes. Bien, pues, se añade:

(Vers. 14, 15 y 16.) Dijo pues el tío de Saúl a él y a su criado: ¿A dónde fuisteis? Ellos respondieron: A buscar las asnas, las cuales, como no hubiéramos encontrado, vinimos a Samuel. Y le dijo su tío: Indícame qué te ha dicho Samuel. Y dijo Saúl a su tío: Nos indicó que las asnas habían sido encontradas. Pero sobre el asunto del reino no le indicó lo que Samuel le había hablado.

30. El discurso (sermo) del reino es la honorable dignidad pastoral. Ella misma habla por su sola representación: porque no es un tío (patruus) quien es sublimado en tal orden. Por tanto, el rey no indica la palabra del reino: porque el pastor de la Iglesia habla con gran esplendor de divinidad, pero no habla con elación (soberbia). Quien verdaderamente no indica la palabra, oculta aquello que habla. Pues la palabra siempre la habla aquel para quien es palabra, de lo contrario no es palabra. Tiene, pues, la palabra del reino quien brilla con esa conversación que ofrece a otros ejemplos del itinerario celestial como si hablara. Por tanto, no indica la palabra quien no revela la magnitud de la santidad por la vana gloria.

Habet quidem quod indicet, sed quod per seipsum ostenditur indicare non vult. Nam qui magna dignitate magnaque sanctitate radiat, multa vivendo ostendit quae loquendo non dicit. Hoc profecto regni verbum habere Dominus praedicatorem voluit, quando in veste pontificis tintinnabula poni mandavit (Exod. XXVIII, 34). Vestis quidem pontificis est ostensio bonae conversationis. Quae quasi tintinnabulis multis inseritur, quando opera bona multiplicat quae ad minorum exemplum clamant. Sed indicare rex regni verbum non audet: quia praeceptum est sacerdotibus ut coram Domino vestis decorem portent. Coram Domino quidem vestis decorem portat et qui bona ostendit, et de ostensione bonorum operum non hominibus per vanitatem foris, sed Deo intus per amorem placere appetit. Tunc certe sacerdos tacet, sed dum incedit quod portat clamat; quia electus praedicator se jactando non indicat, sed bene vivendo loqui nequaquam cessat. Dicatur ergo de Saul, quia patruo suo sermonem regni non indicavit: quia electi viri, cum splendorem dignitatis aut bonae vitae incrementa percipiunt, per exempla se proferunt, sed silentio occultant. Et quia aliis electis se esse meritis minores credunt, ille cui sermonem non indicat ejus patruus esse dicitur. Patruus quippe dicitur frater patris. Redemptor autem generis humani quotquot fidei suae et doctrinae sacramentis instituit, ad immarcescibilem aeternae haereditatis gloriam tot filios facit. Qui enim instituuntur in Ecclesia, quasi parvuli adhuc filii sunt. Sed, qui magnis meritis ei jam in virum perfectum occurrit, frater est redemptoris. Tales nimirum beatus Paulus apostolus collaudans, ait: Haeredes Dei, cohaeredes Christi (Rom. VIII, 17). Quia ergo perfecti praedicatores electos alios perfectos tenent et se imperfectos, patruus Saul dicitur qui de regni sermone eum interrogasse perhibetur. Eumdem vero regni sermonem Saul Samuel dixerat: quia electi viri spiritualem conversationem quam habent majorum locutione didicerunt. Sed rex qui initiatus per unctionem fuerat, a populo adhuc electus non erat. Unde et sequitur:

(Vers. 17.) Vocavit Samuel populum ad Dominum in Masphath.

31. Masphath, ut dixi, speculatio interpretatur. In ordinatione autem regis populus in Masphath vocatur, quia qui ad ordinandum sanctae Ecclesiae pastorem conveniunt, ejus spiritualia, non carnalia attendere docentur. Speculari quidem est per formam sacrae Scripturae ordinandum praedicatorem cognoscere. Nam electorum speculum sacra Scriptura est. Quasi enim per speculum noscitur pastor, quando moribus talis ostenditur, qualis in sacro eloquio praedicatur.

Tiene ciertamente qué indicar, pero no quiere indicar lo que se muestra por sí mismo. Pues quien irradia con gran dignidad y gran santidad, muestra viviendo muchas cosas que no dice hablando. Esta palabra del reino quiso el Señor que tuviera el predicador cuando mandó poner campanillas en la vestidura del pontífice (Exod. 28, 34). La vestidura del pontífice es ciertamente la manifestación de la buena conversación. La cual se inserta como con muchas campanillas cuando multiplica las buenas obras que claman para ejemplo de los menores. Pero el rey no se atreve a indicar la palabra del reino: porque se ha mandado a los sacerdotes que lleven el decoro de la vestidura ante el Señor. Ante el Señor ciertamente lleva el decoro de la vestidura tanto el que muestra cosas buenas, como el que por la manifestación de las buenas obras no apetece agradar a los hombres exteriormente por vanidad, sino a Dios interiormente por amor. Entonces ciertamente el sacerdote calla, pero mientras camina clama lo que lleva; porque el predicador elegido no se indica jactándose, pero viviendo bien no cesa en modo alguno de hablar. Dígase, pues, de Saúl que no indicó a su tío la palabra del reino: porque los varones elegidos, cuando perciben el esplendor de la dignidad o los incrementos de la buena vida, se manifiestan por ejemplos, pero se ocultan por el silencio. Y porque se creen menores en méritos que otros elegidos, aquel a quien no indica la palabra se dice que es su tío (patruus). Pues tío se llama al hermano del padre. Pero el Redentor del género humano, a cuantos instituyó por los sacramentos de su fe y doctrina, los hace otros tantos hijos para la gloria inmarcesible de la herencia eterna. Pues los que son instituidos en la Iglesia son como hijos todavía pequeños. Pero quien por grandes méritos ya se encuentra con Él como varón perfecto, es hermano del Redentor. A tales ciertamente el bienaventurado apóstol Pablo alabando dice: Herederos de Dios, coherederos de Cristo (Rom. 8, 17). Porque, pues, los predicadores perfectos consideran a otros elegidos como perfectos y a sí mismos como imperfectos, se llama tío de Saúl aquel de quien se dice que le interrogó sobre el discurso del reino. Pero aquel mismo discurso del reino Samuel lo había dicho a Saúl: porque los varones elegidos han aprendido por la locución de sus mayores la conversación espiritual que tienen. Pero el rey que había sido iniciado por la unción, todavía no había sido elegido por el pueblo. De donde también se sigue:

(Vers. 17.) Convocó Samuel al pueblo ante el Señor en Masfath (Mizpah).

31. Masfath, como dije, se interpreta como especulación (contemplación). En la ordenación del rey, el pueblo es convocado en Masfath, porque quienes se reúnen para ordenar al pastor de la santa Iglesia son enseñados a atender a sus cosas espirituales, no a las carnales. Especular (speculari) es ciertamente conocer por la forma de la sagrada Escritura al predicador que ha de ser ordenado. Pues el espejo de los elegidos es la sagrada Escritura. Pues como a través de un espejo se conoce al pastor, cuando se muestra tal en sus costumbres cual es predicado en el sagrado elocuio.

Bene igitur Samuel populum in Masphath convocat, ut electio boni antistitis non sit humano judicio, sed divino: cum non talis eligitur, qualis hominum arbitrio decerni potest, sed qualis in sacro eloquio declaratur. Quod quia divini muneris est, oportet ut populus qui a Deo tam magna exspectare cognoscitur a reatu suo per poenitentiae satisfactionem purgetur. Ipsa autem cognitio peccati est praeparatio divini muneris, quia saepe cum nos divino munere indignos credimus, id per humilitatem promeremur. Unde et Samuel eos qui ad excipiendum regem convenerant prius ad peccatorum suorum considerationem convertere satagit, quia subjunctum est:

(Vers. 18, 19.) Et ait Samuel ad filios Israel: Haec dicit Dominus Deus Israel: Ego eduxi Israel de Aegypto, et erui vos de manu omnium regum, qui affligebant vos. Vos autem hodie projecistis Dominum Deum vestrum, qui solus salvavit vos de universis malis et tribulationibus vestris, et dixistis: Nequaquam, sed rex erit super nos. 32. Attente quidem ostendit eis et bona quae eis impendit Dominus et mala quae Domino fecerunt ipsi ut tanto gravius se deliquisse cognoscerent, quanto illum peccando offendere ausi sunt, a quo tanta bona perceperant. Quid vero sit abjicere Dominum, et qualiter secundum litteram et secundum spiritualem sensum intelligi debeat, superius late expositum est (Supra in exposit. vers. 7, cap. VIII), ubi ad Samuelem Dominus ait: Non te abjecerunt, sed me, juxta omnia opera sua, quae fecerunt a die, qua eduxi eos de terra Aegypti. Sed quia sancti praedicatores eos quos arguendo compungunt, docendo instruunt, subintulit, dicens: (Vers. 19.) Nunc ergo state coram Domino per tribus et familias vestras.

33. Coram Domino quidem stare praecipimur, quando majorum praecepto corda nostra ad scienda ejus mandata praeparamus. Vel coram Domino stant electi, quando a summis viris in spiritualibus virtutibus considerantur: ut qui melior in eis aspicitur, per pastoralem curam caeteris praeferatur. Et quia plures sunt fidelium ordines, per tribus et familias stare coram Domino jubentur. Quod profecto latius exsequens, subdit dicens: (Vers. 20, 21.) Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, et cecidit sors super tribum Benjamin, et applicuit tribum Benjamin et cognationes ejus, et cecidit cognatio Metri, et pervenit usque ad filium Cis.

Bien, por tanto, Samuel convoca al pueblo en Masfath, para que la elección del buen antístite no sea por juicio humano, sino divino: cuando no se elige a tal cual puede ser decretado por el arbitrio de los hombres, sino cual se declara en el sagrado elocuio. Lo cual, porque es de don divino, conviene que el pueblo que se reconoce que espera cosas tan grandes de Dios, sea purgado de su reato por la satisfacción de la penitencia. La misma noticia del pecado es la preparación del don divino, porque a menudo cuando nos creemos indignos del don divino, lo merecemos por la humildad. De donde también Samuel se esmera en convertir primero a la consideración de sus propios pecados a aquellos que se habían reunido para recibir al rey, porque se añade:

(Vers. 18, 19.) Y dijo Samuel a los hijos de Israel: Esto dice el Señor Dios de Israel: Yo saqué a Israel de Egipto, y os libré de la mano de todos los reyes que os afligían. Pero vosotros hoy habéis rechazado al Señor vuestro Dios, que solo os salvó de todos vuestros males y tribulaciones, y dijisteis: De ninguna manera, sino que un rey estará sobre nosotros. 32. Atentamente les muestra tanto los bienes que el Señor les dispensó como los males que ellos mismos hicieron al Señor, para que reconocieran haber delinquido tanto más gravemente cuanto se atrevieron a ofender pecando a aquel de quien tantos bienes habían percibido. Qué sea verdaderamente rechazar al Señor, y cómo deba entenderse según la letra y según el sentido espiritual, se expuso extensamente arriba (Arriba en la exposit. del vers. 7, cap. VIII), donde el Señor dice a Samuel: No te han rechazado a ti, sino a mí, según todas sus obras que han hecho desde el día en que los saqué de la tierra de Egipto. Pero porque los santos predicadores instruyen enseñando a aquellos a quienes compungen reprendiendo, añadió diciendo: (Vers. 19.) Ahora, pues, estad ante el Señor por vuestras tribus y familias.

33. Se nos manda ciertamente estar ante el Señor cuando, por precepto de los mayores, preparamos nuestros corazones para conocer sus mandatos. O están ante el Señor los elegidos cuando son considerados por los varones sumos en las virtudes espirituales: para que aquel que se vea mejor entre ellos, sea preferido a los demás por la cura pastoral. Y porque son muchos los órdenes de los fieles, se les manda estar ante el Señor por tribus y familias. Lo cual, ejecutándolo ciertamente con más amplitud, añade diciendo: (Vers. 20, 21.) Y aplicó Samuel a todas las tribus de Israel, y cayó la suerte sobre la tribu de Benjamín, y aplicó a la tribu de Benjamín y sus parentelas, y cayó la parentela de Metri, y llegó hasta el hijo de Cis.

34. Stare omnes per tribus et familias fecit; ut omnes consideraret, et consideratis omnibus utiliorem eligeret. Sed quia ipse jam, Domino revelante, regem cognoverat, eumque ipso praecipiente in principem unxerat, quid est quod adhuc eligendum [Forte, eligendus] per tribus et familias quaeritur? sed inventus rex a solo propheta erat. Inventus ergo quaeritur, ut non inventus a populo inveniatur. Sorte etiam quaeritur, ut eum quem propheta eligeret dispensatione divina provisum populus non posset dubitare. Quid ergo in hoc facto signatur, nisi quia sanctae Ecclesiae principes multa consideratione eligendi sunt? Summi etenim praedicatores, ex interna gratia sancti spiritus quam habent, magno providentiae lumine pleni sunt. Et quia valde sunt humiles, de internae illuminationis suae magnitudine non praesumunt. Quare et ea quae apud se bene ordinant coram aliis probant. Solus enim propheta 253 regem futurum noscit, quando summus sanctae Ecclesiae rector personam ordinandi rectoris et merita conspicit. Quem etiam in principem ungit quando eum donis spiritualibus plenum asserit. Tamen adhuc populum convocat, per tribus et cognationes dividit, sortes ponit, et eum quem novit quasi per artem invenit. Tribus quidem et familiae quasi divisae stant, quando in statu virtutum diversi sanctae Ecclesiae ordines attenduntur. Nam cum perfectiones electorum plures intuemur, cum candorem virginum, cum robur continentium, cum honesta ministeria clericorum, cum monachorum sollicitudinem videmus, velut stantes tribus attendimus. Et quia in Dei servitio horum multa varietas est, dum ea quae sunt in singulis ordinibus, item varietates aspicimus, quasi stantes non solum tribus, sed etiam cognationes videmus. Et sors super tribum cadit: quia meliores viri saepe in uno ordine quam in alio inveniuntur. Nam velut sortem tribus accipit, quando ii qui perfectiores sunt aliis convenire videntur ministerio praedicationis. Sed non super personam adhuc, sed super tribum sors cadit, quando plures sunt in quibus persona digna reconditur. Adhuc itaque summis viris remanet quod inquirant. Bene ergo sors super tribum Benjamin cecidisse dicitur; Samuel autem ipsam tribum et ejus cognationes applicuisse et ad Cis filium pervenisse, quia electi et summi viri sanctae Ecclesiae considerare virtutes singulorum non desinunt, donec ad eum veniant qui ministerii pastoralis sorte dignus inveniatur. Sed qui digni sunt, onus tanti ordinis suscipere vehementer expavescunt. Unde et sequitur:

(Vers. 21, 22.) Quaesierunt ergo eum, et non invenerunt: et consuluerunt pro eo Dominum, utrumnum venturus esset illuc. Responditque Dominus: Ecce absconditus est domi.

34. Hizo estar a todos por tribus y familias; para considerarlos a todos y, considerados todos, elegir al más útil. Pero porque él mismo ya, por revelación del Señor, había conocido al rey, y por mandato suyo lo había ungido como príncipe, ¿por qué todavía se busca al que ha de ser elegido [Tal vez, eligendus] por tribus y familias? Pero el rey había sido hallado solo por el profeta. Por tanto, se busca al hallado, para que el que no fue hallado por el pueblo, sea hallado. También se busca por suerte, para que el pueblo no pudiera dudar de que aquel a quien el profeta eligiera había sido provisto por disposición divina. ¿Qué se significa, pues, en este hecho, sino que los príncipes de la santa Iglesia han de ser elegidos con mucha consideración? Pues los sumos predicadores, por la gracia interna del Espíritu Santo que tienen, están llenos de una gran luz de providencia. Y porque son muy humildes, no presumen de la magnitud de su iluminación interna. Por lo cual también prueban ante otros aquellas cosas que ordenan bien en sí mismos. Pues solo el profeta conoce al futuro rey, cuando el sumo rector de la santa Iglesia observa la persona del rector que ha de ser ordenado y sus méritos. A quien también unge como príncipe cuando afirma que está lleno de dones espirituales. Sin embargo, todavía convoca al pueblo, lo divide por tribus y parentelas, pone suertes y encuentra como por arte a aquel que conocía. Las tribus y familias están como divididas cuando, en el estado de las virtudes, se atienden los diversos órdenes de la santa Iglesia. Pues cuando contemplamos las muchas perfecciones de los elegidos, cuando vemos el candor de las vírgenes, la fortaleza de los continentes, los honestos ministerios de los clérigos, la solicitud de los monjes, los atendemos como a tribus que están en pie. Y porque en el servicio de Dios hay mucha variedad de estos, mientras contemplamos lo que hay en cada uno de los órdenes, y asimismo sus variedades, vemos como si estuvieran en pie no solo las tribus, sino también las parentelas. Y la suerte cae sobre una tribu: porque a menudo se encuentran mejores varones en un orden que en otro. Pues la tribu recibe como una suerte cuando aquellos que son más perfectos que otros parecen convenir al ministerio de la predicación. Pero la suerte no cae todavía sobre la persona, sino sobre la tribu, cuando son muchos en los que se esconde una persona digna. Por tanto, todavía queda a los varones sumos qué inquirir. Bien, pues, se dice que la suerte cayó sobre la tribu de Benjamín; y que Samuel aplicó a la misma tribu y a sus parentelas y llegó hasta el hijo de Cis, porque los elegidos y sumos varones de la santa Iglesia no cesan de considerar las virtudes de cada uno, hasta que llegan a aquel que sea hallado digno por la suerte del ministerio pastoral. Pero los que son dignos temen vehementemente asumir la carga de tan gran orden. De donde también se sigue:

(Vers. 21, 22.) Le buscaron, pues, y no le hallaron: y consultaron por él al Señor, si había de venir allí. Y respondió el Señor: He aquí que está escondido en casa.

35. Abscondunt quippe se ne inveniantur: quia subire dignitatem refugiunt cujus oneri se esse impares arbitrantur. Habet quippe spiritualis praelatio exteriorem gloriam dignitatis, habet et interioris magnitudinem operis. Nam rector et onoratur a subditis, et portat eos a quibus honoratur. Cum honoris ergo principio causa nascitur honeris, quia unde honor a rectore excipitur, inde illud suscipit quo gravetur. Quanquam ipse honor dignitatis per seipsum magnum sit onus mentis, quia contemni debet, et placet. Contemni quidem debet ne mentem per superbiam elevet; et suscipi debet, ut coelestia quae doctor loquitur, subjecti venerentur. Gravius ergo onus de honore nascitur, quia electus pastor magna animi virtute ferre potest, ut despiciat illud in se quod pro Deo recipit in se, ut videlicet talis pro Deo sit, sed sibi talis non sit et semetipsum abneget et non abneget; ut sit quod est pro Deo, et quod est pro semetipso, non sit. Honor itaque oblatus a subjecto suscipitur, ut praedicatio commendetur. Honorem quoque oblatum praedicator despicit quia non extollitur quod honoratur, sed gaudet quod verbi Dei ministerium commendetur. Hoc autem quam difficile agatur, cogitando melius quam loquendo comprehenditur. Nam infirmis mentibus impossibile est onus aliorum fortiter ferre et oblati honoris reverentiam mentis virtute disponere; ut inter ejusdem honoris obsequia, de profectu subditorum gaudere sciat, et pro reverentia sua tumere nesciat. Quia ergo electi viri displicere Deo nolunt, 254, praelationis officium suscipere vocati refugiunt. Sed et eamdem fugam ministerii ad virtutem humilitatis habent, non ad jactantiam dignitatis. Nam quantum possunt fugiunt; sed si a Domino provisi sunt, delitescere nequaquam possunt. Quare et idem Saul domi absconditur, sed Domino pandente monstratur, quia electi viri exterioribus se sanctae Ecclesiae ministeriis subtrahunt, sed tamen ad exteriora ministeria disponenda Domino dispensante producuntur. Quia vero nunc in sancta Ecclesia qui se subtrahant tantis honoribus pauci sunt, qui se ingerant multi, notare qui se ingerunt debent; quia is qui a propheta domi absconditus dicitur, non ad spiritualem Ecclesiae dignitatem, sed ad saecularem regni gloriam quaerebatur. Non enim in pontificem hunc quaerebant, sed regem facere volebant. Videat ergo sacerdos, qua mente fugiendum sit culmen sanctae Ecclesiae, si culmen saeculi conscendere tam caute reges fugere. Sed quia sancti viri quo instantius suscipere ordinem praelationis refugiunt a devotis plebibus devotius requiruntur, sequitur:

(Vers. 23.) Concurrerunt et tulerunt eum inde. Post haec etiam subditur: (Ibidem.) Stetitque in medio populi.

35. Se esconden ciertamente para no ser hallados: porque rehúyen asumir una dignidad para cuya carga se juzgan impares. Pues la prelatura espiritual tiene la gloria exterior de la dignidad, y tiene también la magnitud de la obra interior. Pues el rector es honrado por los súbditos, y porta a aquellos por quienes es honrado. Con el principio del honor, por tanto, nace la causa de la carga, porque de donde el rector recibe el honor, de allí recibe aquello por lo que es gravado. Aunque el mismo honor de la dignidad sea por sí mismo una gran carga de la mente, porque debe ser despreciado, y place. Debe ciertamente ser despreciado para que no eleve la mente por la soberbia; y debe ser recibido para que los súbditos veneren las cosas celestiales que dice el doctor. Por tanto, nace del honor una carga más pesada, porque el pastor elegido puede llevar con gran virtud de ánimo el despreciar en sí aquello que recibe en sí por Dios, a saber, para que sea tal por Dios, pero para sí no sea tal, y se niegue a sí mismo y no se niegue; para que sea lo que es por Dios, y no sea lo que es por sí mismo. Así pues, el honor ofrecido por el súbdito se recibe para que la predicación sea recomendada. El predicador también desprecia el honor ofrecido porque no se ensalza por ser honrado, sino que se alegra de que el ministerio de la palabra de Dios sea recomendado. Pero cuán difícilmente se haga esto, se comprende mejor pensando que hablando. Pues para las mentes débiles es imposible llevar con fortaleza la carga de otros y disponer con virtud de ánimo la reverencia del honor ofrecido; de modo que entre los obsequios del mismo honor, sepa alegrarse por el provecho de los súbditos, y no sepa hincharse por su propia reverencia. Porque, pues, los varones elegidos no quieren desplacer a Dios, rehúyen cuando son llamados a asumir el oficio de la prelatura. Pero también tienen esta misma fuga del ministerio para la virtud de la humildad, no para la jactancia de la dignidad. Pues huyen cuanto pueden; pero si han sido provistos por el Señor, no pueden esconderse en modo alguno. Por lo cual también este mismo Saúl se esconde en casa, pero es mostrado por el Señor que lo manifiesta, porque los varones elegidos se sustraen a los ministerios exteriores de la santa Iglesia, pero sin embargo son producidos para disponer los ministerios exteriores por disposición del Señor. Porque verdaderamente ahora en la santa Iglesia son pocos los que se sustraen a tan grandes honores, y muchos los que se meten, deben notar los que se meten; porque aquel de quien el profeta dice que estuvo escondido en casa, no era buscado para la dignidad espiritual de la Iglesia, sino para la gloria secular del reino. Pues no buscaban a este para pontífice, sino que querían hacerlo rey. Vea, pues, el sacerdote con qué ánimo ha de ser huida la cumbre de la santa Iglesia, si los reyes huyeron tan cautamente de subir a la cumbre del siglo. Pero porque los varones santos, cuanto más instantáneamente rehúyen asumir el orden de la prelatura, tanto más devotamente son buscados por los pueblos devotos, se sigue:

(Vers. 23.) Concurrieron y lo trajeron de allí. Después de esto también se añade: (Ibíd.) Y estuvo en medio del pueblo.

36. In medio populi stat praelatus, quando ab universis subditis ejus fortitudo conspicitur. Stare namque virtutis est. Qui ergo bona operatur instanter stat. Et quia bona opera exemplum minoribus praestant, in medio populi stare non in solitudine cernitur. Quod etiam pro rectitudine intentionis dictum esse convenienter accipitur. Qui enim stat rectitudine corporis, caput in sublime tollit. Qui vero bona publice agit non stat fortitudine operis si rectitudinem non habet intentionis. In medio ergo populi stare rex dicitur, ut praelatorum sanctae Ecclesiae forma monstretur; quia ad exemplum subditorum bona opera debent ostendere, sed de eodem bono opere suscipere mundi gloriam devitare. Sed et quantus apparere debeat subdit, atque ait: (Ibidem.) Et altior erat omni populo ab humero et sursum.

37. Late supra ostendimus (Lib. IV, cap. 4, num. 20), quod excellens magnitudo corporis in sanctis praedicatoribus designet augmentum perfectionis. In medio ergo populi sublimis aspicitur, qui in virtutum culmine positus, a subditis non nescitur. Rectus quidem ordo electi praedicatoris est ut ante sublimitatem ecclesiastici culminis, culmen conscendat virtutis, pro honore Dei culmen obtineat gloriae, sed majori sublimitate fulgeat revelata virtutum perfectione. Talis quidem Pastor a perfectis viris valde praedicandus est, a minoribus cupiendus atque diligendus. Bene ergo subjunctum est: Et ait ad omnem populum: Certe videtis, quem elegit Dominus, quod non sit ei similis in omni populo.

(Vers. 23.) Et clamavit cunctus populus: Vivat rex.

Sequitur: (Vers. 24.) Locutus est Samuel ad populum legem regni, et scripsit in libro, et posuit coram Domino.

38. De jure regio, quia late superius diximus (Lib. IV, cap. 4, num. 4, seq.), hoc tantum de illo memoramus, quia ad historiam non praecipitur, sed ostenditur quid acturi sint reges reprobi, quid vitaturi sint boni. A regibus quidem defendendi sunt subditi, non bonis propriis spoliandi. Auxilium praestare subjectis debent, agros, vineas et oliveta auferre non debent. Quod si non vitanda, sed agenda scripta haec contendere 255 quis voluerit, tyrannorum jus pro eo rege scribitur qui, abjecto Domino, postulatur. Crudelis ergo lex regni, ultio est Dominum abjicientis populi.

36. En medio del pueblo está el prelado cuando por todos los súbditos es vista su fortaleza. Pues estar en pie es de la virtud. Por tanto, el que obra cosas buenas instantáneamente, está en pie. Y porque las buenas obras ofrecen ejemplo a los menores, se le ve estar en medio del pueblo, no en la soledad. Lo cual también se acepta convenientemente que se ha dicho por la rectitud de la intención. Pues el que está en pie por la rectitud del cuerpo, levanta la cabeza a lo alto. Pero el que hace cosas buenas públicamente no está en pie por la fortaleza de la obra si no tiene la rectitud de la intención. En medio del pueblo, pues, se dice que está el rey para que se muestre la forma de los prelados de la santa Iglesia; porque deben mostrar las buenas obras para ejemplo de los súbditos, pero evitar recibir la gloria del mundo por la misma buena obra. Pero también añade cuán grande debe aparecer, y dice: (Ibíd.) Y era más alto que todo el pueblo desde el hombro hacia arriba.

37. Extensamente hemos mostrado arriba (Lib. IV, cap. 4, núm. 20), que la excelente magnitud del cuerpo en los santos predicadores designa el aumento de la perfección. En medio del pueblo, por tanto, es visto sublime quien, puesto en la cumbre de las virtudes, no es desconocido para sus súbditos. El recto orden del predicador elegido es ciertamente que, antes de la sublimidad de la cumbre eclesiástica, ascienda a la cumbre de la virtud, y por el honor de Dios obtenga la cumbre de la gloria, pero brille con mayor sublimidad por la revelada perfección de las virtudes. Tal Pastor ciertamente ha de ser muy predicado por los varones perfectos, y deseado y amado por los menores. Bien, por tanto, se añade: Y dijo a todo el pueblo: Ciertamente veis a quién ha elegido el Señor, que no hay semejante a él en todo el pueblo.

(Vers. 23.) Y clamó todo el pueblo: Viva el rey.

Se sigue: (Vers. 24.) Habló Samuel al pueblo la ley del reino, y la escribió en un libro, y la puso ante el Señor.

38. Sobre el derecho real (jus regium), dado que hemos hablado extensamente arriba (Lib. IV, cap. 4, núm. 4, sig.), solo recordamos esto acerca de él: que no se prescribe para la historia, sino que se muestra qué han de hacer los reyes réprobos y qué han de evitar los buenos. Los súbditos, en efecto, han de ser defendidos por los reyes, no despojados de sus propios bienes. Deben prestar auxilio a los sujetos, no deben quitar campos, viñas y olivares. Pero si alguien quisiera contender que estas cosas escritas no han de ser evitadas, sino hechas, se escribe el derecho de los tiranos para aquel rey que es pedido habiendo rechazado al Señor. Por tanto, la cruel ley del reino es la venganza del pueblo que rechaza al Señor.

Non enim injustum erat ut agros et vineas perderet, qui regnantem super se Dominum sponte perdebat. Cuncta ergo quae contra aequitatem in hoc jure regio continentur aequa esse cernimus, si in petendo rege quidquid populus deliquerat consideramus. Nam quod magnum in divinae aequitatis examine onus legis est, si filios et filias in regis opere inviti ponerent quos a Dei libertate sponte tulissent? Et quid inconveniens esse cernitur, si quod ad ultimum ponitur, ipsi fierent servi hominum qui abjiciebant super se regnantem Deum? Dum ergo regni lex scribitur, perpetuae memoriae poena traditur qua audaces puniantur; quae quia per Domini justitiam lata fuerat, coram Domino reponi perhibetur. Sed fortasse jus illud aliud fuit quam lex ista quae scribitur. Quod si verum est, hanc Samuel coram rege ad populum loquitur, ut rex sciat a populo quid exquirat, sciat populus quid exhibere suis regibus debeat. Quae lex in libro scribitur ut pro futurorum memoria reservetur. Coram Domino ponitur, ut venerabilis habeatur. Nos autem reges Ecclesiarum esse sanctos praedicatores diximus, quibus aperte omnia convenire ostendimus quae jure regio continentur. Hanc ergo legem Samuel ad populum loquitur, quando electus doctor fideles sanctae Ecclesiae instruit, qua humilitate suis praepositis debeant subjugari. In libro etiam scribitur quando in eorum mente haec firmiter inserit. Nam qui sic loquitur, ut audita auditores ejus obliviscantur, ad populum legem dicit, sed hanc in libro non scribit. Verba ergo, quae doctor loquitur, in libro scribere, est auditorum suorum mentibus attente commendare. Quasi scribere volebat Dominus, quae dixerat, quando dicebat: Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis. Non est servus major Domino suo (Joan. XV, 20). Hinc Paulus locutam regni legem in libro describens, ait: Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem (Heb. XIII, 7). Si vero et hic aliam legem quis esse praesignatam accipere voluerit, illam aspiciat, quam beatus Paulus ostendit, dicens: Qui evangelium annuntiat, de evangelio vivat: et qui altario servit, de altario vivat (I Cor. IX, 14). Hanc quippe legem regni Dominus loquebatur ad populum, quando dicebat: Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet; et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet (Matth. X, 41). Et ut arctius hanc in libro describeret, a minori verbum roborans, ait: Qui dederit uni ex minimis meis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam (Marc. IX, 40).

Pues no era injusto que perdiera campos y viñas quien espontáneamente perdía al Señor que reinaba sobre él. Todas las cosas, pues, que se contienen en este derecho real contra la equidad, vemos que son equitativas, si consideramos lo que el pueblo había delinquido al pedir un rey. ¿Qué gran carga de la ley hay en el examen de la divina equidad, si pusieran contra su voluntad a hijos e hijas en la obra del rey, a quienes espontáneamente habían sustraído de la libertad de Dios? ¿Y qué se ve de inconveniente si, lo que se pone al final, ellos mismos se hicieran siervos de los hombres quienes rechazaban a Dios que reinaba sobre ellos? Mientras, pues, se escribe la ley del reino, se entrega una pena de perpetua memoria con la que se castigue a los audaces; la cual, porque había sido dictada por la justicia del Señor, se dice que fue repuesta ante el Señor. Pero tal vez aquel derecho fue otro que esta ley que se escribe. Si esto es verdad, Samuel habla esta ante el rey al pueblo, para que el rey sepa qué ha de exigir al pueblo, y el pueblo sepa qué debe exhibir a sus reyes. La cual ley se escribe en un libro para que se reserve para memoria de las cosas futuras. Se pone ante el Señor para que sea tenida por venerable. Nosotros, empero, hemos dicho que los reyes de las Iglesias son los santos predicadores, a quienes hemos mostrado que claramente convienen todas las cosas que se contienen en el derecho real. Por tanto, Samuel habla esta ley al pueblo cuando el doctor elegido instruye a los fieles de la santa Iglesia con qué humildad deben estar subyugados a sus prepósitos. También se escribe en un libro cuando inserta firmemente estas cosas en la mente de ellos. Pues quien habla de modo que sus oyentes olviden lo oído, dice la ley al pueblo, pero no la escribe en un libro. Escribir, pues, en un libro las palabras que el doctor habla, es encomendarlas atentamente a las mentes de sus oyentes. Como si quisiera escribir el Señor lo que había dicho, cuando decía: Acordaos de mi palabra que yo os dije: No es el siervo mayor que su Señor (Juan 15, 20). De aquí Pablo, describiendo en un libro la ley del reino hablada, dice: Acordaos de vuestros prepósitos, que os han hablado la palabra de Dios, de los cuales, intuyendo el fin de su conversación, imitad la fe (Heb. 13, 7). Si verdaderamente alguien quisiera aceptar que también aquí se ha predesignado otra ley, mire aquella que el bienaventurado Pablo muestra diciendo: El que anuncia el evangelio, viva del evangelio: y el que sirve al altar, viva del altar (1 Cor. 9, 14). Esta ley del reino, ciertamente, el Señor la hablaba al pueblo cuando decía: El que recibe al profeta en nombre de profeta, recibirá recompensa de profeta; y el que recibe al justo en nombre de justo, recibirá recompensa de justo (Mat. 10, 41). Y para que describiera esta más estrechamente en un libro, robusteciendo la palabra desde lo menor, dijo: El que diere a uno de estos mis pequeñuelos solo un vaso de agua fría en nombre de discípulo, no perderá su recompensa (Mar. 9, 40).

Sequitur: (Vers. 25, 26, 27.) Dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam. Sed Saul abiit in domum suam in Gabaa, et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigit Deus corda. Filii vero Belial dixerunt: Nunquid salvare nos poterit iste? Et despexerunt eum.

39. Si simplex historia quaeritur, quid unquam planius dici potuit? Sed si vim verborum singulorum attendimus, magna sunt quae in hac simplicitate verborum clauduntur. Nam populus in domum suam dimissus asseritur, rex autem in domum non esse dimissus, sed abiisse perhibetur. Separatim quoque de domibus populi et de domo regis dicitur: quia populus refertur dimissus in domum suam, et rex abiisse in suam. Prius tamen populus 256 dimissus est quam abiret rex. De abeunte etiam populo caute signatur, et non simul, sed singuli abiisse in domum suam referuntur. De his vero qui regem secuti sunt non dicitur: Abiit pars exercitus, singuli post regem, sed: Abiit cum eo pars exercitus. Ad extremum vero qui regem sequuntur, eorum corda a Deo tacta referuntur; qui regem spernunt, Belial filii nominantur. Hic profecto modus dicendi non simplex, sed valde ei subtilis est, qui considerare novit, non quod simpliciter foris sonat, sed quod sapienter intus insinuat. Quid est ergo, quod rex in domum suam abire, populus vero dimitti dicitur? Sed regem, Ecclesiae pastorem, populos, subjectos designare ostendimus. Ire autem liberi est; dimitti ejus, qui retineri potest. Rex ergo abire dicitur ut in persona praedicatoris libertas animi praedicetur. Abire quippe doctores possunt, cum volunt, et redire, quia fortes sunt in bono opere, sapientes in interna dispositione. Veniunt quippe, quando ad subditos exeunt aut exemplo boni operis aut verbo praedicationis. Abeunt autem, quando ad mentis secretum redeunt, et quod foris acturi sunt, intus disponunt. In qua nimirum consideratione quia quotidie permanent quasi intra domum latent. Abire ergo in domum suam rex dicitur, quia praedicator aeternae vitae operatione probatus, sapientiae doctrina securus, liber ad opera potest egredi, et ad consilia mentis intrare.

40. Populus autem in domum suam dimittitur, quia fideles subjecti non sunt liberi ad disponenda quae volunt, sed ad ea quae jubentur. Quasi tenti quidem dimittuntur, dum jussa praecipiuntur agere; praesumere non jussa, devitare. Et quia ad opera diversa mittuntur, in suam domum eorum unusquisque dimittitur. Ut enim ea quae nobis praecipiunt bene perficiamus, priusquam appareamus in opere, intus recondimur in interna consideratione. Reges ergo nostri nos singulos in domum nostram dimunt, quia ad ea quae nobis injungunt, nos per secretam mentis dispositionem ire praecipiunt.

Se sigue: (Vers. 25, 26, 27.) Despidió Samuel a todo el pueblo, cada uno a su casa. Pero Saúl se fue a su casa en Gabaa, y se fue con él una parte del ejército, cuyos corazones tocó Dios. Pero los hijos de Belial dijeron: ¿Acaso podrá salvarnos este? Y lo despreciaron.

39. Si se busca la historia simple, ¿qué pudo decirse jamás más claramente? Pero si atendemos a la fuerza de las palabras individuales, son grandes las cosas que se encierran en esta sencillez de palabras. Pues se afirma que el pueblo fue despedido a su casa, pero se sostiene que el rey no fue despedido a su casa, sino que se fue. También se habla por separado de las casas del pueblo y de la casa del rey: porque se refiere que el pueblo fue despedido a su casa, y el rey se fue a la suya. Sin embargo, el pueblo fue despedido antes de que el rey se fuera. También sobre el pueblo que se retira se señala cautamente, y se refiere que se fueron a su casa no todos juntos, sino cada uno (singuli). Pero de aquellos que siguieron al rey no se dice: Se fue una parte del ejército, cada uno tras el rey, sino: Se fue con él una parte del ejército. Finalmente, de los que siguen al rey, se refiere que sus corazones fueron tocados por Dios; los que desprecian al rey son llamados hijos de Belial (Belial filii). Ciertamente este modo de hablar no es simple, sino que es muy sutil para aquel que sabe considerar, no lo que simplemente suena fuera, sino lo que sabiamente insinúa por dentro. ¿Qué es, pues, que se diga que el rey se va a su casa, pero que el pueblo es despedido? Ya hemos mostrado que el rey designa al pastor de la Iglesia, y los pueblos a los súbditos. Pero ir es propio del libre; ser despedido, de aquel que puede ser retenido. El rey, pues, se dice que se va para que en la persona del predicador se proclame la libertad del alma. Pues los doctores (doctores) pueden irse cuando quieren y volver, porque son fuertes en la buena obra, sabios en la disposición interna. Vienen, en efecto, cuando salen hacia los súbditos, ya sea por el ejemplo de la buena obra o por la palabra de la predicación. Pero se van cuando regresan al secreto de la mente, y disponen por dentro lo que han de hacer por fuera. En cuya consideración, por cierto, porque permanecen diariamente, están como escondidos dentro de casa. El rey, pues, se dice que se va a su casa, porque el predicador de la vida eterna, probado por la obra, seguro por la doctrina de la sabiduría, es libre para salir a las obras y entrar en los consejos de la mente.

40. Pero el pueblo es despedido a su casa, porque los fieles súbditos no son libres para disponer lo que quieren, sino para aquello que se les manda. Son despedidos como si estuvieran retenidos, mientras se les ordena hacer lo mandado y evitar presumir lo no mandado. Y porque son enviados a diversas obras, cada uno de ellos es despedido a su propia casa. Pues para que realicemos bien aquello que se nos manda, antes de que aparezcamos en la obra, nos escondemos por dentro en la consideración interna. Nuestros reyes, pues, nos despiden a cada uno a nuestra casa, porque hacia aquello que nos imponen, nos mandan ir mediante una secreta disposición de la mente.

Bene quidem ipsi praecipiunt, sed si operationis nostrae modum negligimus praevidere, quae bene praecepta sunt, inconsulta mente dissipamus. Singuli ergo in domum suam redeunt, quando unusquisque fidelis subditus opus obedientiae quod proponit consilio mentis disponendo praevenit. Quia vero electo rege in domum suam ante populus dimissus, quam rex abiisse asseritur, potest in hoc aliud designari. Qui enim regem excipiunt in domum suam vadunt quando se unusquisque subjectus considerando praeparat, ut ei quem praeesse sibi petiit fidelem obedientiam impendat. In hoc ergo loco non est imperata considerare, sed imperandis infima se dispositione substernere. Regi quoque in domum suam abire est ut discrete paratis imperet considerare. Alia ergo est domus regis, alia populi subjecti; quia alta illi mente subditorum itinera disponenda considerant, isti praelatorum imperia exsequi per intimi propositi robur parant. Unde et domus regis in Gabaa sita perhibetur. Gabaa quippe sublimis dicitur. Domus ergo regis in Gabaa esse ostenditur; quia electus doctor non ima et terrena cogitando incolere, sed alta et coelestia meditari studet. Unde et bene pars exercitus cum eo ire in Gabaa dicitur, quia hi, qui contra diabolum fortes sunt, electum pastorem suum ad virtutum alta prosequuntur. Pars ergo exercitus ire cum rege dicitur, quia in sancta ecclesia plerique fideles sunt, qui praelatis suis humiliter obedire student, et eorum vitam per bona opera imitantur.

41. Et quia hoc nonnisi illi possunt, qui Spiritus sancti gratia praeventi sunt, cum pars exercitus ire cum rege dicitur, subjungitur. Quorum Deus tetigit corda. Quia enim digito tangere solemus, Deus corda Sanctorum tangit, quando eis Spiritus sancti gratiam tribuit. Et ejus tactum sentiunt: quia, recepto internae virtutis munere, a carnalitatis suae debilitate commoventur. Qui protinus coelestis exercitus milites fiunt, quia per virtutem sancti Spiritus infirma deserunt, et ad agenda fortia in Christi bello praeparantur. Quia vero intra sanctam Ecclesiam quidam praelatos suos despicere non verentur, audiant, quia qui regem despiciunt Belial filii dicuntur. Per superbiae quidem vitium in illius imitatione generantur, de quo scriptum est: Omne sublime videt, et ipse est caput super omnes filios superbiae (Job XLI, 25). Qui apte superborum mores insinuant, quia dicunt: Nunquid iste salvare nos poterit? Sancti etenim viri, quia praesentia despiciunt, aeterna inquirunt, contemptum mundi quem in mente retinent proferunt etiam in exteriori conversatione; intus venerabiles sunt, foris despicabiles videntur.

Ciertamente ellos mandan bien, pero si descuidamos prever el modo de nuestra operación, disipamos con mente no consultada lo que bien se mandó. Por tanto, cada uno vuelve a su propia casa cuando cada fiel súbdito anticipa, disponiendo en el consejo de la mente, la obra de obediencia que se propone. Pero como, una vez elegido el rey, se afirma que el pueblo fue despedido a su casa antes de que el rey se fuera, puede designarse otra cosa en esto. Pues quienes reciben al rey van a su casa cuando cada súbdito se prepara considerando, para prestar fiel obediencia a aquel que pidió que estuviera sobre él. En este lugar, pues, no se trata de considerar lo mandado, sino de someterse con ínfima disposición a lo que se ha de mandar. También para el rey, irse a su casa es considerar con discreción lo que ha de mandar a los que están preparados. Una es, pues, la casa del rey, y otra la del pueblo súbdito; porque aquellos consideran con mente elevada los caminos de los súbditos que han de disponerse, y estos se preparan para ejecutar los mandatos de los prelados mediante la fortaleza de un propósito íntimo. De ahí que también se diga que la casa del rey está situada en Gabaa. Pues Gabaa significa sublime. Se muestra, pues, que la casa del rey está en Gabaa; porque el doctor elegido no se afana por habitar pensando cosas ínfimas y terrenas, sino por meditar cosas altas y celestiales. De ahí que también con razón se diga que una parte del ejército va con él a Gabaa, porque estos, que son fuertes contra el diablo, siguen a su pastor elegido hacia las alturas de las virtudes. Una parte del ejército, pues, se dice que va con el rey, porque en la santa iglesia hay muchísimos fieles que se afanan por obedecer humildemente a sus prelados e imitan su vida mediante las buenas obras.

41. Y porque esto no pueden hacerlo sino aquellos que han sido prevenidos por la gracia del Espíritu Santo, cuando se dice que una parte del ejército va con el rey, se añade: Cuyos corazones tocó Dios. Pues porque solemos tocar con el dedo, Dios toca los corazones de los Santos cuando les concede la gracia del Espíritu Santo. Y sienten su toque: porque, recibido el don de la virtud interna, son conmovidos desde la debilidad de su carnalidad. Estos inmediatamente se convierten en soldados del ejército celestial, porque por la virtud del Espíritu Santo abandonan las cosas débiles y se preparan para realizar cosas fuertes en la guerra de Cristo. Pero como dentro de la santa Iglesia algunos no temen despreciar a sus prelados, oigan que los que desprecian al rey son llamados hijos de Belial. Por el vicio de la soberbia, en efecto, son engendrados a imitación de aquel de quien está escrito: Ve todo lo sublime, y él es el rey sobre todos los hijos de la soberbia (Job 41, 25). Estos insinúan aptamente las costumbres de los soberbios, porque dicen: ¿Acaso podrá salvarnos este? Los varones santos, en efecto, porque desprecian las cosas presentes y buscan las eternas, manifiestan incluso en su conversación exterior el desprecio del mundo que retienen en su mente; por dentro son venerables, por fuera parecen despreciables.

Superbi ergo, quia illud solum quod in Sanctis foris despici potest aspiciunt; illud vero, quod valde venerandum est, cernere non merentur, dicunt: Nunquid iste salvare nos poterit? Quasi despiciendo interrogent: A tam parvo tam grandia speranda sunt? Iste tam parvus, nos tam magnos, tam debilis, tam fortes salvare posse credendus est? Nam quid est aliud quod dicunt: Iste et nos; nisi quod superbi et arrogantes inspicientes alios, semper parvos 258 et debiles esse credunt; se autem magnos, fortes, atque sapientes? Merito igitur Belial filii dicuntur, quia dum superbiendo se extollunt, illi se conformant, qui eodem modo cecidisse de coelo dicitur. De quibus etiam regem despicientibus dicitur: (Ibidem). Et non attulere ei munera.

42. Si ad litteram ista discutimus, hoc profecto insinuant, quia et terrarum domini, et spirituales sanctae Ecclesiae praelati exterioribus officiis honorandi sunt. Unde et beatus Paulus Apostolus elatos Romanos alloquitur, dicens: Reddite omnibus debita; cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal (Rom. XIII, 7). Hinc Apostolorum princeps exhortans, ait: Subjecti estote omni humanae creaturae propter Deum, sive regi tanquam praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis (I Petr. II, 13). Spiritualia vero munera rectoribus nostris tribuimus, quando debitam eis honoris reverentiam offerimus, et ea quae praecipiunt cum magna devotione servamus. Magna enim munera sunt reverentia honoris et humilitas subjectionis; quia dum rectoribus nostris, et intus per humilitatem subdimur, et per exteriora obsequia foris honoris reverentiam exhibemus, munus eis unum praebemus a corpore, aliud a corde. Ut ergo superborum typum insinuet propheta, non dicit: Non attulere ei munus; sed, non attulere ei munera; quia dum electos praedicatores despiciunt, eis utique honorem a corpore offerre dedignantur et humilitatem a corde. Sed cum electi praedicatores subditorum culpam agnoscunt, aliquando eam statim corrigere increpando gestiunt, aliquando hanc se nosse dissimulant; ut ad eam delendam congruum tempus quaerant. Unde et de eodem despecto rege protinus subditur: (Ibidem.) Ille vero dissimulabat se audire.

LIBER QUINTUS.

CAPUT PRIMUM.

Los soberbios, pues, porque miran solo aquello que en los Santos puede ser despreciado por fuera, pero aquello que es muy digno de veneración no merecen verlo, dicen: ¿Acaso podrá salvarnos este? Como si preguntaran despreciando: ¿De uno tan pequeño han de esperarse cosas tan grandes? ¿Ha de creerse que este tan pequeño, y nosotros tan grandes, él tan débil, y nosotros tan fuertes, puede salvarnos? Pues ¿qué otra cosa es lo que dicen: Este y nosotros, sino que los soberbios y arrogantes, al mirar a los demás, siempre creen que son pequeños y débiles, y ellos mismos grandes, fuertes y sabios? Con razón, pues, son llamados hijos de Belial, porque mientras al ensoberbecerse se ensalzan a sí mismos, se conforman a aquel de quien se dice que cayó del cielo del mismo modo. De los cuales también, al despreciar al rey, se dice: (Ibídem). Y no le trajeron presentes.

42. Si discutimos estas cosas según la letra, ciertamente insinúan esto: que tanto los señores de las tierras como los prelados espirituales de la santa Iglesia han de ser honrados con oficios exteriores. De ahí que también el bienaventurado Apóstol Pablo se dirija a los romanos elatos diciendo: Pagad a todos lo que debéis; al que tributo, tributo; al que pecho, pecho (Rom. 13, 7). De aquí el príncipe de los Apóstoles, exhortando, dice: Someteos a toda humana criatura por Dios, ya sea al rey como preeminente, ya a los duques como enviados por él (1 Pe. 2, 13). Mas otorgamos dones espirituales a nuestros rectores cuando les ofrecemos la debida reverencia de honor y guardamos con gran devoción lo que mandan. Pues grandes dones son la reverencia del honor y la humildad de la sujeción; porque mientras nos sometemos a nuestros rectores por dentro mediante la humildad, y mediante obsequios exteriores manifestamos por fuera la reverencia del honor, les brindamos un don desde el cuerpo y otro desde el corazón. Para que el profeta insinúe, pues, el tipo de los soberbios, no dice: No le trajeron presente; sino, no le trajeron presentes; porque mientras desprecian a los predicadores elegidos, desdeñan ciertamente ofrecerles honor desde el cuerpo y humildad desde el corazón. Pero cuando los predicadores elegidos reconocen la culpa de los súbditos, a veces desean corregirla inmediatamente reprendiendo, y a veces disimulan conocerla para buscar un tiempo congruo para borrarla. De donde también sobre el mismo rey despreciado se añade inmediatamente: (Ibídem). Pero él disimulaba oírlo.

LIBRO QUINTO.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Cum sacrae hujus historiae profunditatem asserere in istius operis praefatione voluissem, in eo potissimum videri posse asserui, quod scripta fuerit a prophetis. Ipsi quidem mystica dicere, non solum verbis, sed etiam rebus consueverant; plana proferre, sed alta signare. Quia enim per eos Spiritus sanctus loquebatur, et planum erat, quod ipsi, velut homines dicebant, sed profundum et mysticum; quia locutionem hominibus summus et incircumscriptus Spiritus suggerebat. Quia ergo prophetam Samuelem loquentem exponimus, tanto majori studio indigemus, quanto ipse in Spiritus sancti gratia sublimiter assumptus, exteriora dixit, sed interiora vidit. Carnalia plerumque asseruit, sed intima et spiritualia signavit. Sed quia humano studio ad divina pervenire impossibile est, non est 259 nobis confidendum de viribus propriis, sed de dignatione Spiritus sancti qui a Redemptore missus, Replevit orbem terrarum, et hoc, quod continet omnia, in omnibus jam scientiam habet vocis (Sap. I, 7). Quid ergo jam idem propheta de incoeptis Israelitarum gestis exsequatur, audiamus. (I Reg. cap. XI, vers. 1, 2.) Et factum est (inquit) quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, et pugnare coepit adversus Jabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas: Habeto nos faederatos, et serviemus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiscum foedus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium in universo Israel.

2. Si historia quaeritur, nihil planius dici, nihil facilius potest intelligi. Si vero spiritum sequi volumus, Paulum prius loquentem audiamus qui vetera intuens ait: Omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem propter nos, in quos fines saeculorum devenerunt (I Cor. X, 11). Esse etiam spiritualia bella insinuat, dicens: Non est nobis colluctatio adversus carnem, et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus spiritualia nequitiae in coelestibus (Ephes. VI, 12). Cum ergo Naas ascendere et pugnare contra Jabes Galaad dicitur, interiora vitiorum praelia designantur. Quibus nimirum verbis sacrae historiae processus ostenditur, ut novo regi nova bella moverentur; quae dum bene conficeret, strenuitatis suae gloriam demonstraret. Quis est ergo iste Naas Ammonites? quae est Jabes Galaad? Sed Naas interpretatur, serpens, Jabes exsiccata. De serpente autem in Genesi dicitur: Quia callidior erat cunctis animantibus (Gen. III, 1). Cujus profecto serpentis similitudo si in vitiis quaeritur, quid similius quam violentum gastrimargiae, id est gulae motum invenimus?

1. Al querer afirmar la profundidad de esta sagrada historia en el prefacio de esta obra, afirmé que podía verse muy especialmente en esto: en que fue escrita por profetas. Ellos, en efecto, acostumbraban a decir cosas místicas, no solo con palabras, sino también con hechos; a proferir cosas llanas, pero a señalar cosas altas. Porque, puesto que el Espíritu Santo hablaba por ellos, era llano lo que ellos mismos decían como hombres, pero profundo y místico porque el Espíritu sumo e incircunscrito sugería la locución a los hombres. Como, pues, exponemos al profeta Samuel cuando habla, necesitamos tanto mayor estudio cuanto que él mismo, elevado sublimemente en la gracia del Espíritu Santo, dijo cosas exteriores, pero vio las interiores. Afirmó frecuentemente cosas carnales, pero señaló cosas íntimas y espirituales. Mas como por el estudio humano es imposible llegar a lo divino, no debemos confiar en nuestras propias fuerzas, sino en la dignación (dignatio) del Espíritu Santo que, enviado por el Redentor, llenó el orbe de las tierras, y esto, que lo contiene todo, tiene ya en todos el conocimiento de la voz (Sab. 1, 7). Oigamos, pues, lo que el mismo profeta prosigue sobre las gestas comenzadas de los israelitas. (1 Sam. cap. 11, vers. 1, 2). Y sucedió (dice) que casi después de un mes, subió Naas el amonita y comenzó a combatir contra Jabés de Galaad. Y dijeron todos los varones de Jabés a Naas: Tenos por aliados y te serviremos. Y les respondió Naas el amonita: En esto haré pacto con vosotros: en que os saque a todos el ojo derecho y os ponga como oprobio en todo Israel.

2. Si se busca la historia, nada puede decirse más llanamente, nada puede entenderse más fácilmente. Pero si queremos seguir el espíritu, oigamos primero a Pablo que habla, el cual, mirando las cosas antiguas, dice: Todas estas cosas les sucedían en figura: pero están escritas para nosotros, en quienes los fines de los siglos han venido (1 Cor. 10, 11). También insinúa que hay guerras espirituales, diciendo: No es nuestra lucha contra la carne y la sangre, sino contra los príncipes y las potestades, contra las maldades espirituales en los cielos (Ef. 6, 12). Cuando, pues, se dice que Naas sube y combate contra Jabés de Galaad, se designan las batallas interiores de los vicios. Con cuyas palabras, por cierto, se muestra el proceso de la sagrada historia, para que se movieran nuevas guerras para el nuevo rey; las cuales, al terminarlas bien, demostraría la gloria de su esfuerzo. ¿Quién es, pues, este Naas el amonita? ¿Qué es Jabés de Galaad? Pero Naas se interpreta como 'serpiente', Jabés como 'desecada'. Sobre la serpiente, además, se dice en el Génesis: Porque era más astuta que todos los seres vivientes (Gén. 3, 1). De cuya serpiente, si se busca la semejanza en los vicios, ¿qué encontramos más semejante que el movimiento violento de la gastrimargía, es decir, de la gula?

Luxuriae quidem motus, furti crimen, turpis lucri appetitus, irae impetus, amaritudo saecularis tristitiae, desidia acediae, appetitus vanae gloriae, tumor superbiae aperte detestabilis est; gulae vero vitium tanto est fraudulentius, quanto et occultius, quia et quasi necessarium suggerit cibum corpori, sed dum abundanter carnem reficit, luxuriae gladium in mentem mergit. Suadet quod peccatum non est, sed unde comestio quasi non peccatum recipitur, inde peccato luxuriae anima subjugatur. Unde et in paradiso ad mulierem gulae vitio decipiendam serpens venisse ostenditur qui aliud suggereret, aliud obtineret; ut dum comedenda ostenderet, improvisam mortem propinaret. Serpens ergo iste gulae designat aviditatem, quia et respectu justae necessitatis repit et virus impiae delectationis spargit. Bene etiam Ammonites dicitur, qui populus moeroris interpretatur, quia laetum videtur quod suadet, sed valde luctuosum erit in aeterna damnatione. Populus autem dicitur, quia gulosi quique pro sollicitudine ventris innumerabilium curarum frequentia deprimuntur. Qui ad Jabes Galaad ascendit, quia in alta abstinentiae virtute posita justorum corpora ad ciborum concupiscentiam praecipitare appetit. Exsiccata quidem recte caro dicitur, quae humore pinguedinis non gravatur. Ad eos quidem Naas ascendit, quos exsiccatos videt: quia illis graviora bella gulae spiritus ingerit, quos attenuatos jejuniis agnoscit. Bene autem pugnare coepisse Naas dicitur: quia sancti viri gulae suggestionem non habent in foedere amicitiae, sed in pugnae contrarietatem. Abstinentes enim, quasi cum serpente pugnant, quando gulae appetitum magna virtute deprimunt, ut veneno luxuriae non inficiantur. Pugnare quidem gulae est esurientia abstinentium corpora ad 260 inordinatam ventris repletionem provocare.

3. Sed perfectos viros gulae appetitus tentare potest, superare non potest. Bene ergo pugnare coepisse contra exsiccatam dicitur, non vicisse, quia electi viri desideriorum carnalium impetum sentiunt, sed eisdem desideriis sciunt virtute mentis obsistere, sciunt necessaria per discretionem providere. Sciunt quidem gulae impetum ferociter insurgentem deprimere, sciunt necessitati corporis alimenta justa praestare. Hinc namque Doctor egregius dicit: Scio manducare et esurire (Philip. IV, 12).

El movimiento de la lujuria, el crimen del hurto, el apetito de lucro torpe, el ímpetu de la ira, la amargura de la tristeza secular, la desidia de la acedía, el apetito de vana gloria, el tumor de la soberbia son abiertamente detestables; pero el vicio de la gula es tanto más fraudulento cuanto más oculto, porque sugiere el alimento al cuerpo casi como necesario, pero mientras restaura abundantemente la carne, sumerge la espada de la lujuria en la mente. Persuade lo que no es pecado, pero de donde la comida es recibida casi como no pecado, de allí el alma es subyugada al pecado de la lujuria. Por lo cual también en el paraíso se muestra que la serpiente vino para engañar a la mujer por el vicio de la gula, la cual sugeriría una cosa y obtendría otra; para que, mientras mostraba cosas que debían comerse, propinara una muerte imprevista. Esta serpiente, pues, designa la avidez de la gula, porque tanto repta con respecto a la justa necesidad como esparce el virus del impío deleite. Bien también es llamado amonita, que se interpreta como 'pueblo de dolor', porque parece alegre lo que sugiere, pero será muy luctuoso en la condenación eterna. Y se llama 'pueblo' porque todos los glotones son oprimidos por la frecuencia de innumerables cuidados por la solicitud del vientre. El cual sube a Jabés de Galaad, porque desea precipitar los cuerpos de los justos, puestos en la alta virtud de la abstinencia, a la concupiscencia de los alimentos. Rectamente, en efecto, se llama carne 'desecada' la que no es gravada por el humor de la gordura. A ellos ciertamente sube Naas, a quienes ve desecados: porque el espíritu de la gula ingiere guerras más graves a aquellos a quienes reconoce atenuados por los ayunos. Bien, además, se dice que Naas comenzó a combatir: porque los varones santos no tienen la sugerencia de la gula en pacto de amistad, sino en la contrariedad de la lucha. Pues los que se abstienen luchan como con una serpiente cuando reprimen el apetito de la gula con gran virtud, para que no sean infectados por el veneno de la lujuria. Combatir, por cierto, es propio de la gula: provocar los cuerpos hambrientos de los que se abstienen a 260 una inordinada repleción del vientre.

3. Pero el apetito de la gula puede tentar a los varones perfectos, no puede vencerlos. Bien, pues, se dice que comenzó a combatir contra la (ciudad) desecada, no que venció, porque los varones elegidos sienten el ímpetu de los deseos carnales, pero saben resistir a esos mismos deseos por la virtud de la mente, saben proveer lo necesario por medio de la discreción. Saben ciertamente reprimir el ímpetu de la gula que surge ferozmente, saben prestar los alimentos justos a la necesidad del cuerpo. Pues de aquí el excelente Doctor dice: Sé saciarme y tener hambre (Fil. 4, 12).

Manducare quidem et esurire novit, qui et corpus moderate reficit, et ad immoderatam ciborum perceptionem suggerenti gulae vitio non consentit. Quare et ad Naas respondentes, dicunt: Habeto nos foederatos, et serviemus tibi. Foedus quippe a gula petunt qui vellent carnem pro voto reficere, si in carne nulla possent incitamenta sentire luxuriae. Quasi dicant: Nos dabimus quod tibi justum est ut tu nobis non inferas quod justum non est. Justum quidem est ut reficiatur corpus, sed iniquum valde est ut refecta caro per ardorem libidinis ad contumeliam spiritus excitetur. Foedus ergo expetimus, cum sic favere carni ad ciborum perceptionem volumus, ut a carne nulla luxuriae mala sentiamus. Sed hoc profecto velle possumus, obtinere non possumus, quia nimirum nos justam refectionem quasi tributum carni offerimus, sed a carne nobis nulla pacis bona promittuntur. Nam cum auditum mentis ad vitiorum responsa bene dirigimus, hoc profecto in gulae voce cognoscimus, quia si carnem impinguemus per excrescentem concupiscentiam, cordis caecitate percutimur. Quare et idem Naas dicit: In hoc feriam vobiscum foedus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros. Dexter oculus noster est intuitus aeternae claritatis, sinister vero oculus est concupiscentia carnalis. Dexter ergo oculus eruitur, quando mens ea caecitate percutitur, ut ultra ad videnda coelestia non aperiatur. Eruitur quidem oculus quando a mente reproba sic lumen evellitur, ut radix ei nulla remaneat de qua redivivum lumen erumpat. Naas ergo dextros oculos foederatorum suorum eruit, quando gula sic devictis abstinentibus praevalet ut carnalia sola cupiant, et ultra quae solebant amare non attendant. Et quia quisquis in hac vita projicitur, in futura coram angelis et electis hominibus condemnatur, subjungitur: Ponamque vos opprobrium in universo Israel. Tunc quippe reprobi in universo Israel opprobrium ponuntur, quando in extremo examine, coram electis omnibus de perpetratis iniquitatibus erubescunt. Vel in opprobrium in hac vita ponuntur: quia, dum ipsi obcaecato corde mala audacter perpetrant, sancti viri pro eorum culpis erubescunt. Sed qui turpes videri, avulsis dextris oculis, dedignantur, attendant quod sequitur: (Vers. 3.) Et dixerunt ad eum habitatores Jabes: Concede nobis septem dies, ut mittamus nuntios ad terminos Israel; et si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.

Sabe ciertamente saciarse y tener hambre quien tanto restaura el cuerpo moderadamente, como no consiente al vicio de la gula que sugiere una inmoderada percepción de alimentos. Por lo cual también respondiendo a Naas, dicen: Tenos por aliados y te serviremos. Pues piden pacto a la gula los que querrían restaurar la carne según su deseo, si en la carne no pudieran sentir ningunos incitamentos de lujuria. Como si dijeran: Te daremos lo que es justo para ti para que tú no nos infieras lo que no es justo. Es justo, por cierto, que se restaure el cuerpo, pero es muy inicuo que la carne restaurada sea excitada por el ardor de la libido a la contumelia del espíritu. Buscamos el pacto, pues, cuando de tal modo queremos favorecer a la carne para la percepción de los alimentos que de la carne no sintamos ningunos males de lujuria. Pero esto ciertamente podemos quererlo, no podemos obtenerlo, porque sin duda nosotros ofrecemos una justa restauración a la carne casi como un tributo, pero de la carne no se nos promete ningún bien de paz. Pues cuando dirigimos bien el oído de la mente a las respuestas de los vicios, reconocemos esto ciertamente en la voz de la gula: que si engordamos la carne por la creciente concupiscencia, somos heridos por la ceguera del corazón. Por lo cual también el mismo Naas dice: En esto haré pacto con vosotros: en que os saque a todos el ojo derecho. Nuestro ojo derecho es la intuición de la claridad eterna, pero el ojo izquierdo es la concupiscencia carnal. El ojo derecho, pues, es sacado cuando la mente es herida por esa ceguera, de modo que ya no se abra para ver las cosas celestiales. El ojo es ciertamente sacado cuando la luz es de tal modo arrancada de una mente réproba que no le queda ninguna raíz de la cual brote una luz revivida. Naas, pues, saca los ojos derechos de sus aliados cuando la gula de tal modo prevalece sobre los que se abstienen vencidos que solo desean las cosas carnales, y ya no atienden a aquellas cosas que solían amar. Y porque quienquiera que es desechado en esta vida es condenado en la futura ante los ángeles y los hombres elegidos, se añade: Y os pondré como oprobio en todo Israel. Entonces, por cierto, los réprobos son puestos como oprobio en todo Israel cuando, en el examen extremo, se avergüenzan ante todos los elegidos por las iniquidades perpetradas. O son puestos en oprobio en esta vida porque, mientras ellos mismos perpetran audazmente cosas malas con el corazón cegado, los varones santos se avergüenzan por sus culpas. Pero los que, arrancados sus ojos derechos, se indignan de parecer torpes, atiendan a lo que sigue: (Vers. 3). Y dijeron los habitantes de Jabés a él: Concédenos siete días, para que enviemos mensajeros a los términos de Israel; y si no hubiere quien nos defienda, saldremos a ti.

4. Qui sunt habitatores Jabes, id est exsiccatae, nisi qui castigationem extenuatae carnis in longo habent usu virtutis? Nam plerique resistere gulae incipiunt, sed dum fatigari abstinentiae labore inchoant, ad usum se consuetae gulositatis inclinant. Velut enim urbem Jabes ingredi et effici ejus cives appetunt, sed dum exsiccatae et esurientis carnis cruciatum non perferunt, fieri ejus habitatores nequaquam possunt. Jabes ergo inhabitant, qui attenuationem corporis 261 per vigorem mentis in jus habent possessionis, et velut exsiccatae muris ambiuntur, dum per id quod corpus extenuant ab ignitis luxuriae jaculis proteguntur. Qui cum validissimis insurgentibus gulae stimulis fatigantur, septem diebus inducias expetunt, in quibus si auxilia desunt, ad Naas egrediantur. Sed hoc Ammonitarum bellum melius exponimus, si in eo deprehensae carnis infirmitatem intucamur et sagacitatem eruditae mentis. Hanc quoque clarius videmus, si quod contrarium est, in stultis infirmis subtilius attendamus. Nam quidam intra sanctam Ecclesiam devoti per desiderium sunt, sed consueta vitiorum debilitate remissi. Possunt quidem bona proponere, sed quia exsequi quod proponunt nequeunt, et a praesenti concupiscentia superantur, et bonum quod in praesenti deserunt in vicino tempore se recuperare posse confidunt. Saepe quidem jejunare disponunt, sed cum consueta gula vincuntur, eo die manducandum judicant, in futuros jejunandum. Cumque gulae feritas semper eis praesens sit, praesens et desiderium futurae bonitatis, hoc serpentis fraude agitur, ut bonum quod proponitur non inveniatur. Cras enim quod semper promittitur nunquam reperitur. Sed quia hoc ab illis agitur quorum mens debilis est, caro fortis, videamus qualiter serpenti illudant illi quorum mens fortis est, caro autem infirma. Nam de eodem serpente Psalmista ad Dominum dicit: Draco iste, quem formasti, ad illudendum ei (Psal. CIII, 27). Nunquam enim convenientius vincitur quam cum ejus versutia pia fraude superatur. Unde et sapientiae suae astutiam beato Job Redemptor improperans, ait: In oculis, quasi hamo, capies eum (Job XL, 10). In oculis quippe, quasi hamo serpentem cepit qui ei carnem exhibuit, divinitatem celavit; et dum cepit ille quod appetiit, eo tentus, et peremptus est, quod non vidit.

4. ¿Quiénes son los habitantes de Jabés, es decir, de la (ciudad) desecada, sino los que tienen el castigo de la carne atenuada en largo uso de la virtud? Pues muchos comienzan a resistir a la gula, pero mientras comienzan a fatigarse por el trabajo de la abstinencia, se inclinan al uso de su acostumbrada glotonería. Pues como si desearan entrar en la ciudad de Jabés y ser hechos sus ciudadanos, pero mientras no soportan el tormento de la carne desecada y hambrienta, de ningún modo pueden llegar a ser sus habitantes. Habitan, pues, en Jabés los que tienen la atenuación del cuerpo 261 por el vigor de la mente en derecho de posesión, y son rodeados como por los muros de la (ciudad) desecada, mientras que por aquello por lo cual atenúan el cuerpo son protegidos de los dardos encendidos de la lujuria. Estos, cuando son fatigados por los fuertísimos estímulos de la gula que surgen, piden tregua por siete días, en los cuales si faltan los auxilios, salgan hacia Naas. Pero exponemos mejor esta guerra de los amonitas si en ella miramos la debilidad de la carne atrapada y la sagacidad de la mente instruida. Esto también lo vemos más claramente si atendemos más sutilmente a lo que es contrario en los necios y débiles. Pues algunos dentro de la santa Iglesia son devotos por el deseo, pero remisos por la acostumbrada debilidad de los vicios. Pueden ciertamente proponer cosas buenas, pero porque no pueden ejecutar lo que proponen, tanto son vencidos por la concupiscencia presente como confían en que pueden recuperar en un tiempo cercano el bien que desertan en el presente. A menudo ciertamente disponen ayunar, pero cuando son vencidos por la acostumbrada gula, juzgan que ese día se debe comer y en los futuros ayunar. Y como la ferocidad de la gula siempre les está presente, y presente también el deseo de la futura bondad, esto se hace por el fraude de la serpiente: para que no se encuentre el bien que se propone. Pues el mañana, que siempre se promete, nunca se encuentra. Pero porque esto se hace por aquellos cuya mente es débil y la carne fuerte, veamos de qué modo se burlan de la serpiente aquellos cuya mente es fuerte pero la carne enferma. Pues sobre la misma serpiente dice el Salmista al Señor: Este dragón, que formaste, para burlarte de él (Sal. 103, 27). Pues nunca es vencido más convenientemente que cuando su astucia es superada por el piadoso fraude. Por lo cual también el Redentor, reprochando al bienaventurado Job por la astucia de su sabiduría, dice: En sus ojos, como con un anzuelo, lo atraparás (Job 40, 19). En sus ojos, por cierto, como con un anzuelo atrapó a la serpiente aquel que le mostró la carne y le ocultó la divinidad; y mientras aquel atrapó lo que deseó, por ello fue retenido y muerto por lo que no vio.

5. Sancti ergo viri, ut hosti illudant, rigorem conversationis in praesenti virtute habent; pro illusione infirmitatis carni commodum quoddam in futuro promittunt. Nam saepe ingentia sunt, quae agunt, sed pro infirmitate carnis semper agere dura, et aspera promittere non praesumunt. Tanto quidem facilius eadem dura sustinent, quanto eorum onera sibi inesse in perpetua promissione non vident. Sed dum optime vivunt, et quotidie proficere et non deficere conantur, illud carnis licitum blandimentum, de quo desperare non possunt, semper carni in futura aestimatione promittunt; sed ei coeptae afflictionis dolorem infligere nequaquam desinunt. Per id ergo, quod in appetitu suo spes carni relinquitur, quasi ad futurum bonum ejusdem carnis, sui adventus praesentiam spiritus pollicetur. Sed quia solitum continentiae rigorem deficiendo non deserit, promissum voluptatis caro habet in futuro, et electa mens virtutis robur in praesenti. Quo in loco notandum est, quia ad Naas egredi sub conditione promittunt, sed urbis moenibus sine conditione muniuntur: quia abstinentes eo etiam, quod secundum carnem infirmi sunt, roborari per divinam misericordiam confidunt. Et quia gulae vitium decipiendo supplantare se gestiunt, dicunt: Concede nobis septem dies. Quasi enim a gula tempus conceditur, quando eo respectu comprimitur ut ejus desideriis quandoque serviatur. Quo nimirum dierum spatio Naas egressum ad se obsessorum civium, cives vero Jabes auxilia praestolantur, quia nimirum gulae appetitus de infirma carne refici 262 appetit, sed electa mens in abstinentiae virtute roborari. In septem vero diebus auxilia quaeruntur, quando contra tentamentorum tenebras omni luce cordis erigimur, quando adversus prava consilia quidquid possumus, invenimus ratione nostra; et lucis radios quos in nobis non cernimus de eruditione munimur aliena. Dum enim ad robur nostrae virtutis, perfectorum conversationes aspicimus, quasi per septem dies auxilia defensionis invenimus. Inducias quidem petimus; quia cum Naas, id est serpente, pugnamus, cujus quo latentia sunt venena, eo nobis subtiliora sunt quaerenda consilia. Unde et in universos terminos Israel mittere nuntios se promittunt: quia electi viri ad aedificationis suae commodum, omnium videntium Deum exemplis adjuvantur, sed quod dicitur: Si non est qui defendat, egrediemur ad vos: in electorum voce, non auxiliorum dubitatio, sed certitudo monstratur.

5. Los varones santos, pues, para burlarse del enemigo, tienen el rigor de la conversación en la virtud presente; para burla de la debilidad de la carne, le prometen cierta comodidad en el futuro. Pues a menudo son ingentes las cosas que hacen, pero por la debilidad de la carne no presumen hacer siempre cosas duras, y prometer cosas ásperas. Soportan ciertamente esas mismas cosas duras tanto más fácilmente cuanto que no ven que sus cargas estén en ellos en una promesa perpetua. Pero mientras viven óptimamente, y se esfuerzan por progresar diariamente y no desfallecer, siempre prometen a la carne aquel lícito blandimiento de la carne, del cual no pueden desesperar, en una estimación futura; pero de ningún modo cesan de infligirle el dolor de la aflicción comenzada. Por aquello, pues, por lo cual se deja esperanza a la carne en su apetito, como para el bien futuro de la misma carne, el espíritu promete la presencia de su llegada. Pero porque no deserta el acostumbrado rigor de la continencia desfalleciendo, la carne tiene la promesa de la voluptuosidad en el futuro, y la mente elegida el robusto vigor de la virtud en el presente. En cuyo lugar se debe notar que prometen salir hacia Naas bajo condición, pero son protegidos por los muros de la ciudad sin condición: porque los que se abstienen, incluso en aquello en lo que son débiles según la carne, confían en ser fortalecidos por la divina misericordia. Y porque desean suplantar el vicio de la gula engañándolo, dicen: Concédenos siete días. Pues como si se concediera tiempo por la gula cuando es reprimida en ese respecto para que se sirva a sus deseos alguna vez. En cuyo espacio de días, ciertamente, Naas espera la salida hacia sí de los ciudadanos sitiados, pero los ciudadanos de Jabés esperan los auxilios, porque sin duda el apetito de la gula desea ser restaurado de la carne enferma 262, pero la mente elegida ser fortalecida en la virtud de la abstinencia. En siete días, además, se buscan los auxilios cuando somos erigidos por toda la luz del corazón contra las tinieblas de las tentaciones, cuando contra los consejos depravados encontramos lo que podemos por nuestra razón; y somos protegidos por la erudición ajena sobre los rayos de luz que no discernimos en nosotros mismos. Pues mientras miramos las conversaciones de los perfectos para el robusto vigor de nuestra virtud, encontramos como por siete días los auxilios de la defensa. Pedimos ciertamente tregua; porque luchamos con Naas, es decir, la serpiente, cuyos venenos cuanto más latentes son, tanto más sutiles consejos debemos buscar nosotros. Por lo cual también prometen enviar mensajeros a todos los términos de Israel: porque los varones elegidos son ayudados por los ejemplos de todos los que ven a Dios para el provecho de su edificación, pero aquello que se dice: Si no hubiere quien defienda, saldremos hacia vosotros: en la voz de los elegidos, no se muestra duda de los auxilios, sino certeza.

Quasi astutis verbis suadenti adversario illudentes, verba proferunt quibus illi spem tribuant et sibi fiduciam nequaquam tollant. Qui enim dicunt: Si non fuerit qui defendat, egrediemur ad vos; quamdam exeundi spem tribuunt. Sed quia illi hoc dicunt, qui de auxilio certi sunt, hostes suos promittendo decipiunt. Sed ubi jam eadem auxilia inveniantur, exponit dicens: (Vers. 4 et 5.) Venerunt ergo nuntii in Gabaa Saul, et locuti sunt verba haec, audiente populo, et levavit omnis populus vocem suam, et flevit. Et ecce Saul veniebat mane sequens boves de agro, et vidit plorantem populum, et ait: Quid habet populus, quod plorat?

6. Gabaa, ut supra jam diximus, sublimis interpretatur. Et quia omnium electorum non est aequalis altitudo meritorum, in Gabaa Saul nuntii venisse perhibentur; ut spirituali significatione doceamur, ut cum validis tentamentis impellimur, ad praedicatorum nostrorum consilia recurramus. Sed et flentis populi afflictione instruimur, ut fraternis necessitatibus intima mentis compassione jungamur. Saul autem flentem populum vidit, ob quam causam fleret interrogavit, quia electus doctor subditorum necessitatem compatiendo suam facit, et hanc relevare appetit. De agro quidem venit, quia a secreto sui fertilis cordis exit. Mane vero de agro venit, quia in oriente sibi splendore veri luminis subditorum causas inquirit. Et boves sequitur, quia eum validi affectus charitatis antecedunt. Quasi enim duos boves ante se habet, qui et proximis per amorem jungitur, et divina charitate inflammatur et inde proximum ordinate diligit, quia hunc amor Dei fortiter accendit. Quare et per Moysen Dominus ait: Non arabis in bove et asino (Deut. XXII, 10). Asinus quippe est amor carnalis, quia qui portat quos amat, quasi forte est animal; et quia inordinate idem non pro Deo diligit, lascivum. In bove ergo et asino arari non potest, quia fructu aeternae mercedis anima non excolitur, si puritas amoris, quo Deo conjungitur, inordinato proximi amore polluitur. Saul ergo de agro veniens, boves sequitur quia electus doctor utrumque affectum charitatis in frugifero corde integrum retinet, ex quibus praeparare sibi aeternae retributionis uberes fructus potest. Et mane venit, quia cum ad subditos exit, diem suae virtutis aperit. Sed jam cognitis necessitatibus populi, quid egerit audiamus. Nam sequitur: (Ibid. et vers. 6, 7.) Et narraverant ei verba virorum Jabes. Et insiluit spiritus Domini in Saul, cum audisset verba haec; et 263 iratus est furor ejus nimis. Et assumens utrumque bovem, cecidit in frusta misitque in omnes terminos Israel per manus nuntiorum, dicens: Quicunque non exierit, secutusque fuerit Saul et Samuelem, sic fiet bobus ejus.

Como si burlándose del adversario que persuade con palabras astutas, profieren palabras por las que den esperanza a aquel y de ningún modo se quiten a sí mismos la confianza. Pues los que dicen: Si no hubiere quien defienda, saldremos hacia vosotros; dan cierta esperanza de salir. Pero porque dicen esto los que están ciertos del auxilio, engañan a sus enemigos prometiendo. Pero dónde se encuentren ya esos mismos auxilios, lo expone diciendo: (Vers. 4 y 5). Vinieron, pues, mensajeros a Gabaa de Saúl, y hablaron estas palabras a oídos del pueblo, y alzó todo el pueblo su voz y lloró. Y he aquí que Saúl venía por la mañana siguiendo a los bueyes del campo, y vio al pueblo que lloraba, y dijo: ¿Qué tiene el pueblo, que llora?

6. Gabaa, como ya hemos dicho arriba, se interpreta como 'sublime'. Y porque la altura de los méritos no es igual para todos los elegidos, se refiere que los mensajeros vinieron a Gabaa de Saúl; para que seamos enseñados por una significación espiritual que, cuando somos impulsados por fuertes tentaciones, debemos recurrir a los consejos de nuestros predicadores. Pero también somos instruidos por la aflicción del pueblo que llora, para que seamos unidos a las necesidades fraternas por una íntima compasión de la mente. Saúl, además, vio al pueblo que lloraba, e interrogó por qué causa lloraba, porque el maestro elegido hace suya la necesidad de los súbditos compadeciéndose, y desea aliviarla. Viene ciertamente del campo, porque sale del secreto de su corazón fértil. Y viene del campo por la mañana, porque en el esplendor del verdadero lucero que nace para él inquiere las causas de los súbditos. Y sigue a los bueyes, porque los fuertes afectos de la caridad le anteceden. Pues como si tuviera dos bueyes ante sí el que tanto se une a los prójimos por el amor, como se inflama por la divina caridad y de ahí ama al prójimo ordenadamente, porque el amor de Dios enciende fuertemente a este. Por lo cual también a través de Moisés dice el Señor: No ararás con buey y asno (Deut. 22, 10). El asno por cierto es el amor carnal, porque el que lleva a los que ama es como un animal fuerte; y porque inordenadamente no ama a ese mismo por Dios, es lascivo. En buey y asno, pues, no se puede arar, porque el alma no es cultivada por el fruto de la eterna recompensa si la pureza del amor por el que se une a Dios es polucionada por el inordenado amor del prójimo. Saúl, pues, viniendo del campo, sigue a los bueyes porque el maestro elegido retiene íntegros ambos afectos de la caridad en su corazón fructífero, por los cuales puede prepararse para sí los ubérrimos frutos de la eterna retribución. Y viene por la mañana porque, cuando sale hacia los súbditos, abre el día de su virtud. Pero ya conocidas las necesidades del pueblo, oigamos qué hizo. Pues sigue: (Ibid. y vers. 6, 7). Y le habían contado las palabras de los varones de Jabés. Y saltó el espíritu del Señor sobre Saúl al oír estas palabras; y se airó su furor sobremanera. Y tomando ambos bueyes, los despedazó y los envió a todos los términos de Israel por manos de los mensajeros, diciendo: Quienquiera que no saliere y no siguiere a Saúl y a Samuel, así se hará con sus bueyes.

7. Quid in his verbis dicimus, nisi quia sanctorum infirma, et quae videntur carnalia, non sunt infirma et carnalia, sed spiritualia et robusta? Irae quippe nimietatem in religiosis viris reprehendere solemus, sed ecce Saul, ut irasci nimis potuerit, prius in eum spiritus Domini insiliit. Quam metuenda sit ergo sanctorum ira cernimus, si insilientem in eos Domini spiritum cogitamus, si dum illos foris irascentes aspicimus, commoventem spiritum intus pariter attendamus. Quoties ergo majorum zelo corrigimur, sub eorum indignatione vehementer possumus pavere, si eorum impetum motum sancti Spiritus credimus. Et quia Saul utrumque bovem in frusta concidit, in omnes terminos Israel misit, minas protulit, sic omnium bobus fieret, qui se et Samuelem sequi noluissent, quid aliud insinuat, nisi quia pigriores quique ad auxilia praebenda proximis, non solum invitandi, sed cogendi sunt? Unde et statim subjunctum est. (Vers. 7.) Invasit ergo timor Domini populum, et egressi sunt quasi vir unus.

8. Quia enim proximos sicut nos ipsos diligere jubemur, recto ordine eis auxilia praebemus, quando ad haec exhibenda non timore cogimur, sed amore provocamur. Cum vero nos effectum hujus debiti amoris perdimus, ad praedicatorum nostrorum zelum pertinet, ut in fratrum auxilia ex timore consurgamus. Bene ergo dicitur: Invasit timor Domini populum, et egressi sunt quasi vir unus: quia plerumque sumus in amore proximorum tepidi; sed praelatorum nostrorum minis erigimur ad statum devotionis, et ex timore bonum opus aggredimur, sed ex initio timoris, ad vinculum perducimur magnae charitatis. Unde et bene timor invasisse populum dicitur, sed quasi vir unus omnes egressi perhibentur. Quasi vir quippe unus plures non possunt egredi, nisi qui ad parem conscendunt unitatem dilectionis. Hinc namque et de perfectis discipulis Redemptoris dicitur: Erat illis cor unum, et anima una (Act. IV, 32). Sequitur:

(Vers. 8.) Et recensuit eos in Bezech; fueruntque filiorum Israel trecenta millia, virorum autem Juda triginta millia.

9. Prius dicuntur filii Israel egressi, deinde a Saul recensiti, quia electus praedicator, cum contra occultos hostes movere subjectorum suorum militiam tentat, prius eorum forte propositum aspicit, deinde eos in numero bellatorum ponit. Quasi enim intus sumus, et recenseri non possumus, quandiu virtus nostrae mentis nostris pastoribus occultatur. Et cum egrediemur recensemur, quia cum mentium nostrarum eis fortitudinem pandimus, nos jam habere socios in spirituali pugna confidunt.

7. ¿Qué decimos en estas palabras, sino que las cosas débiles de los santos, y las que parecen carnales, no son débiles y carnales, sino espirituales y robustas? Pues solemos reprender la demasía de la ira en los varones religiosos, pero he aquí que Saúl, para que pudiera airarse sobremanera, primero saltó sobre él el espíritu del Señor. Cuán temible sea, pues, la ira de los santos lo discernimos si pensamos en el espíritu del Señor que salta sobre ellos, si mientras los vemos a ellos airándose fuera, atendemos paritariamente al espíritu que los conmueve dentro. Cuantas veces, pues, somos corregidos por el celo de los mayores, bajo su indignación podemos temer vehementemente, si creemos que su ímpetu es un movimiento del Espíritu Santo. Y porque Saúl despedazó ambos bueyes, los envió a todos los términos de Israel, profirió amenazas de que así se haría con los bueyes de todos los que no hubieran querido seguirlo a él y a Samuel, ¿qué otra cosa insinúa sino que todos los más perezosos para prestar auxilios a los prójimos no solo deben ser invitados, sino obligados? Por lo cual también inmediatamente se añade: (Vers. 7). Invadió, pues, el temor del Señor al pueblo, y salieron como un solo hombre.

8. Porque se nos manda amar a los prójimos como a nosotros mismos, les prestamos auxilios en recto orden cuando no somos obligados por el temor a exhibir estos, sino que somos provocados por el amor. Mas cuando nosotros perdemos el efecto de este debido amor, pertenece al celo de nuestros predicadores que surjamos en auxilio de los hermanos por el temor. Bien, pues, se dice: Invadió el temor del Señor al pueblo, y salieron como un solo hombre: porque frecuentemente somos tibios en el amor de los prójimos; pero por las amenazas de nuestros prelados somos erigidos al estado de la devoción, y por el temor acometemos la buena obra, pero desde el inicio del temor somos conducidos al vínculo de la gran caridad. Por lo cual también bien se dice que el temor invadió al pueblo, pero se refiere que todos salieron como un solo hombre. Pues como un solo hombre no pueden salir muchos, sino los que ascienden a una igual unidad de dilección. Pues de aquí también se dice de los perfectos discípulos del Redentor: Tenían un solo corazón y una sola alma (Hechos 4, 32). Sigue:

(Vers. 8). Y los recensó en Bezec; y fueron trescientos mil de los hijos de Israel, y treinta mil de los varones de Judá.

9. Primero se dice que salieron los hijos de Israel, luego que fueron recensados por Saúl, porque el predicador elegido, cuando intenta mover la milicia de sus súbditos contra los enemigos ocultos, primero mira el fuerte propósito de ellos, luego los pone en el número de los combatientes. Pues como si estuviéramos dentro, y no podemos ser recensados, mientras la virtud de nuestra mente esté oculta a nuestros pastores. Y cuando salimos somos recensados, porque cuando les abrimos la fortaleza de nuestras mentes, confían en que ya tienen socios en la lucha espiritual.

Sed cum infirmas mentes ad propositum boni operis erigere appetunt, non solum majorum doctrinis nos erudire conantur, sed etiam minorum electorum exemplis accendere. Bene ergo filiorum Israel trecenta millia, virorum autem Juda triginta millia, recensita fuisse perhibentur. Tricenarius quippe numerus ad rectitudinem fidei et studium pertinet bonae operationis: quia nulla sunt praecepta legis, si ad contemplationem non tendunt summae Trinitatis. Apte ergo viri Juda dicuntur, qui triginta millibus continentur, quia confessionem 264 habent rectae fidei, et robur bonae operationis. Patres autem nostri ejusdem fidei atque operationis fuere, sed in contemplatione divinitatis, quo longe altius quam nos profecerant, eo et opera fidei fortiora exhibebant. Quare etiam filiorum Israel trecenta millia recensentur. Triginta quidem a tribus, et decem in triginta veniunt, sed in tricenario numero tam denarius, quam ternarius simplex est; sed ut usque ad trecentos numeremus, et denarium tricesies, tricenarium decies multiplicamus, quia et si magna est contemplatio, magna sunt opera subjectae plebis, illa tamen quae praecesserunt in patribus nostris incomparabilia fuerunt. Velut enim denarius noster numerus decies in illorum perfectione glomeratur, dum eorum perfectioni valde nostra submittuntur. Triginta ergo millia virorum Juda, et trecenta filiorum Israel nobiscum recensita, ad pugnandum contra Naas praedicatores ducunt; si cum adjuvare tentatos abstinentes subditos volunt, et fortissimorum patrum eis eximia facta proponunt et minorum. Israel quidem dicitur Videns Deum, sive, in quo est Deus; quod profecto nomen infirmo adhuc aut imperito non convenit. Quotquot perfectos viros in afflictione carnis et contemplatione mentis proferimus, serpentem Naas tot armatis elidimus. Sed jam obsessos quibus verbis regis exercitus confortet audiamus. (Vers. 9.) Et dixerunt iis qui venerant: Sic dicetis viris, qui sunt Jabes Galaad: Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol.

10. Tale fortasse est illud, quod nobis sapientis illius consilio dicitur: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum cito non deseras (Eccle. X, 4). Locus uniuscujusque electi est situs bonae conversationis. Quando autem permittitur, impugnans spiritus potestatem habere potest, quia impugnare electorum corda nullatenus posset, nisi hoc dispensatio divina permitteret. Praecipit ergo, ut locum nostrum non deseramus, quia si inter tentationum breves tenebras fortes sumus, cito divina lux aderit, in cujus adventu tenebrarum virtus evanescit.

Pero cuando desean erigir las mentes débiles al propósito de la buena obra, no solo se esfuerzan por instruirnos con las doctrinas de los mayores, sino también por encendernos con los ejemplos de los menores elegidos. Bien, pues, se refiere que fueron recensados trescientos mil de los hijos de Israel, y treinta mil de los varones de Judá. Pues el número tricenario (treinta) pertenece a la rectitud de la fe y al estudio de la buena operación: porque no hay preceptos de la ley si no tienden a la contemplación de la suma Trinidad. Aptamente, pues, se dice que los varones de Judá están contenidos en treinta mil, porque tienen la confesión 264 de la recta fe y la fortaleza de la buena operación. Pero nuestros padres fueron de la misma fe y operación, mas en la contemplación de la divinidad, en la que habían progresado mucho más alto que nosotros, por eso también exhibían obras de fe más fuertes. Por lo cual también son recensados trescientos mil de los hijos de Israel. Treinta ciertamente viene de tres, y diez en treinta, pero en el número tricenario tanto el denario (diez) como el ternario (tres) es simple; pero para que numeremos hasta trescientos, multiplicamos tanto el denario treinta veces como el tricenario diez veces, porque aunque sea grande la contemplación, grandes las obras de la plebe súbdita, aquellas cosas sin embargo que precedieron en nuestros padres fueron incomparables. Pues como si nuestro número denario se aglomerara diez veces en la perfección de ellos, mientras las nuestras son muy sometidas a la perfección de ellos. Treinta mil varones de Judá, pues, y trescientos de los hijos de Israel recensados con nosotros, conducen los predicadores a luchar contra Naas; si cuando quieren ayudar a los súbditos que se abstienen tentados, les proponen las insignes gestas de los fuertísimos padres y de los menores. Israel ciertamente se llama 'El que ve a Dios', o 'en quien está Dios'; cuyo nombre por cierto no conviene al que es todavía débil o inexperto. Cuantos varones perfectos presentemos en la aflicción de la carne y la contemplación de la mente, con tantos armados destruimos a la serpiente Naas. Pero oigamos ya con qué palabras conforta el ejército del rey a los sitiados. (Vers. 9). Y dijeron a los que habían venido: Así diréis a los varones que están en Jabés de Galaad: Mañana habrá para vosotros salvación, cuando caliente el sol.

10. Tal vez es aquello que se nos dice por el consejo de aquel sabio: Si el espíritu del que tiene potestad ascendiere sobre ti, no dejes pronto tu lugar (Ecl. 10, 4). El lugar de cada uno de los elegidos es el sitio de la buena conversación. Pero cuando se permite, el espíritu que impugna puede tener potestad, porque de ningún modo podría impugnar los corazones de los elegidos si la divina dispensación no permitiera esto. Manda, pues, que no desertemos nuestro lugar, porque si somos fuertes entre las breves tinieblas de las tentaciones, pronto estará presente la divina luz, en cuyo advenimiento se desvanece la virtud de las tinieblas.

Bene ergo dicitur: Cras enim, cum incaluerit sol, erit vobis salus. Sanctorum praedicatorum exhortatio dies est, quia dum tentata minorum corda tangit, ad spem victoriae erigit. Sed hanc nox sequitur, quia etsi divina auxilia separantur, adhuc tamen irruentes desideriorum carnalium tenebrae non discedunt. Quis est ergo dies crastinus nisi divinae visitationis adventus? Crastinus enim dies dicitur, quia tentatis electis divini auxilii splendor valde vicinus est. Unde et per prophetam Dominus dicit: Ego Deus de vicino, et non Deus de longe (Jerem. XXIII, 23). Hinc Psalmista dicit: Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate (Psal. CXLIV, 18). Hinc item ipse Dominus repromittit, dicens: Antequam me invocetis, dicam: Ecce, adsum (Isa. LVIII, 9). Dies ergo primus, lux praedicationis, crastinus divinae gratiae est. Sed notandum quia dixit: Cum incaluerit sol; ut diei claritas obscuritatem sensus illuminet, et calor solis accendat amorem cordis; ut mens bonum quod cupiat per lucem videat, et quod videt per calorem mentis concupiscat. Geminum quippe hoc mentis remedium contra duplum diaboli bellum exhibetur. Nam malignus spiritus, ut mentes electorum tentando superet, prius tenebras cogitationum malarum objicit, deinde concupiscentiarum flammas accendit, quia nisi prius mentem caecaverit, ad pravitatem concupiscentiae non impellit. Electa vero 265 mens dum tentari permittitur, ejus status in utroque turbatur, quia in tantum concupiscentiarum molestias sentire potest, in quantum, permittente Deo, cogitationum tenebras abjicere a se non potest. Sed quia a Deo tentari permittitur, in adventu ejus gratiae, ab utroque malo relevatur: dum contra tenebras lucem accipit, et per calorem advenientis spiritus, abjicit frigus mentis. Incipit enim videre coelestia qui levare mentem a carnalibus non valebat, et quae amanter aspicit ardenter cupit. Bene ergo dicitur: Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol; quia si validas antiqui hostis impugnationes viriliter ferimus, divinae gratiae celeritate sublevamur ad lucem cordis et virtutem magnae charitatis. Et quia hoc sanctorum praedicatorum consilium electa subditorum corda gratanter excipiunt, sequitur: (Vers. 9.) Venerunt ergo nuntii et annuntiaverunt viris Jabes. Qui laetati sunt. Sed etiam promisso sibi auxilio, quid Ammonitis respondeant audiamus. Nam sequitur: (Vers. 10.) Et dixerunt: Mane exibimus ad vos, et facietis nobis omne quod placuerit vobis.

Bien, pues, se dice: Mañana, pues, cuando caliente el sol, habrá para vosotros salvación. La exhortación de los santos predicadores es el día, porque mientras toca los corazones tentados de los menores, los erige a la esperanza de la victoria. Pero a esta le sigue la noche, porque aunque se separen los auxilios divinos, todavía sin embargo no se retiran las tinieblas irrumpentes de los deseos carnales. ¿Qué es, pues, el día de mañana sino el advenimiento de la divina visitación? Pues se llama 'día de mañana' porque el esplendor del auxilio divino está muy cercano a los elegidos tentados. Por lo cual también a través del profeta dice el Señor: Yo soy Dios de cerca, y no Dios de lejos (Jer. 23, 23). De aquí dice el Salmista: Cerca está el Señor de todos los que lo invocan en verdad (Sal. 144, 18). De aquí también el mismo Señor repromete diciendo: Antes de que me invoquéis, diré: He aquí, estoy presente (Is. 58, 9). El día primero, pues, es la luz de la predicación; el de mañana es el de la divina gracia. Pero se debe notar que dijo: Cuando caliente el sol; para que la claridad del día ilumine la obscuridad del sentido, y el calor del sol encienda el amor del corazón; para que la mente vea por la luz el bien que desea, y por el calor de la mente codicie lo que ve. Este doble remedio de la mente, por cierto, se exhibe contra la doble guerra del diablo. Pues el espíritu maligno, para que venza las mentes de los elegidos tentándolas, primero opone las tinieblas de los malos pensamientos, luego enciende las llamas de las concupiscencias, porque si primero no hubiera cegado la mente, no la impulsaría a la depravación de la concupiscencia. La mente elegida 265, por cierto, mientras se permite que sea tentada, su estado es turbado en ambos, porque en tanto puede sentir las molestias de las concupiscencias en cuanto, permitiéndolo Dios, no puede arrojar de sí las tinieblas de los pensamientos. Pero porque por Dios se permite que sea tentada, en el advenimiento de su gracia, es aliviada de ambos males: mientras contra las tinieblas recibe la luz, y por el calor del espíritu que adviene, arroja el frío de la mente. Empieza, pues, a ver las cosas celestiales quien no era capaz de elevar la mente de las carnales, y codicia ardientemente lo que mira amantemente. Bien, pues, se dice: Mañana habrá para vosotros salvación, cuando caliente el sol; porque si soportamos varonilmente las fuertes impugnaciones del antiguo enemigo, por la celeridad de la divina gracia somos elevados a la luz del corazón y a la virtud de la gran caridad. Y porque los corazones elegidos de los súbditos reciben gratamente este consejo de los santos predicadores, sigue: (Vers. 9). Vinieron, pues, los mensajeros y lo anunciaron a los varones de Jabés. Los cuales se alegraron. Pero también, prometido para sí el auxilio, oigamos qué respondan a los amonitas. Pues sigue: (Vers. 10). Y dijeron: Mañana saldremos hacia vosotros, y haréis con nosotros todo lo que os pluguiere.

11. Hoc profecto, quia illi dicunt qui jam de vicino auxilio securi sunt quamdam spem hostibus tribuunt quos promittendo illudunt. Voce quidem debilitatem simulant, sed fortitudinem promissi auxilii intus servant. Aliud ergo promittunt, aliud credunt. Qui enim dicebant: Cras exibimus ad vos, et facietis nobis omne quod placuerit vobis, hoc dabant hostibus credere, quod sic se in eorum manibus traderent, ut facere de eis possent quaecunque voluissent. Sed qui in diem sequentem venturum regem in suum auxilium noverant, exire cum eo non ad hostium manus, sed ad interfectionem cogitabant. Secundum spiritualem vero sensum serpenti Naas, id est gulae concupiscentiae in die suo nostrum exitum promittimus, sed nos in die nostro ejus acies debellamus. Dies quidem ejus est delectatio corporeae saturitatis. Qui enim proponit ventrem pro voto replere, quasi diem primum concupiscentiae dedicat, et tamen adhuc intus est, quia quamdam lucem delectationis proposuit, quam operando non vidit. Cras ergo exiit, qui hoc laetum quod carni promisit, et operando et delectando exhibuit. Sed sancti viri, ut superius dixi, gulae illudunt; quia cum ab ejus appetitu desperare in perpetuum nequeunt, illud quod promittunt et non sumunt, quasi in futura luce delectationis repromittunt, Coacti quidem sunt foris nimia fragilitate carnis, et intus induti robore magnae charitatis. Per illud quidem, qui appetitibus renuntiare nequeunt, quasi exteriori voce promittunt, quod in intentione non habent. Per illud vero, quia de divino securi sunt, aliud proponunt agere, quam loquuntur infirmitatis voce. In die igitur suo ad Naas exeunt, quia ad oppugnandum gulae concupiscentiam, per lucem superni auxilii progrediuntur, et visitati superna gratia, jam contra omnem carnis impetum fortes sunt, qui derelicti ad modicum, ejus impugnamenta timuere. Qui profecto divinae gratiae splendor, quia per ora praedicatorum aliquando minoribus sanctae Ecclesiae membris infunditur, sequitur: (Vers. 11.) Et factum est, cum venisset dies crastinus, constituit Saul populum in tres partes, et ingressus est media castra in vigilia matutina, et percussit Ammon usque dum incalesceret sol.

12. In partes quidem dividitur populus, ut serpentem Naas 266 non una acie feriamus. Et quidem in tres partes dividitur, ut sacrae abstinentiae fructus et dignitas ostendatur: quia ad eam, quam manducando perdimus, sanctae Trinitatis contemplationem jejunando revocamur. Hinc est enim, quod legis, et Prophetiae, et Evangelii jejunia commendantur. Nam Moyses ut legem percipere mereretur, bis quadraginta dierum numero jejunavit (Exod. XXXIV, 28). Elias ut Jesabel manus evaderet, quadraginta diebus in unius cibi fortitudine ad Oreb Dei montem pervenit (III Reg. XIX, 8).

11. Esto por cierto, porque lo dicen los que ya están seguros del cercano auxilio, dan cierta esperanza a los enemigos a quienes burlan prometiendo. Con la voz ciertamente simulan debilidad, pero guardan dentro la fortaleza del auxilio prometido. Otra cosa, pues, prometen, otra creen. Pues los que decían: Mañana saldremos hacia vosotros, y haréis con nosotros todo lo que os pluguiere, daban a creer a los enemigos esto: que de tal modo se entregarían en sus manos que podrían hacer de ellos todo lo que quisieran. Pero ellos, que sabían que el rey vendría en su auxilio al día siguiente, pensaban salir con él no hacia las manos de los enemigos, sino hacia la matanza de ellos. Según el sentido espiritual, por cierto, prometemos nuestra salida a la serpiente Naas, esto es, a la concupiscencia de la gula, en su día, pero nosotros derrotamos sus escuadrones en nuestro día. Su día ciertamente es el deleite de la saciedad corpórea. Pues el que propone llenar el vientre según su deseo, dedica como el primer día a la concupiscencia, y sin embargo todavía está dentro, porque propuso cierta luz de deleite que no vio operando. Mañana, pues, salió el que exhibió esto alegre que prometió a la carne, tanto operando como deleitándose. Pero los varones santos, como dije arriba, se burlan de la gula; porque cuando no pueden desesperar de su apetito a perpetuidad, aquello que prometen y no toman, lo reprometen como en la futura luz del deleite. Están obligados fuera por la excesiva fragilidad de la carne, y revestidos dentro por el robusto vigor de la gran caridad. Por aquello ciertamente de que no pueden renunciar a los apetitos, prometen como con voz exterior lo que no tienen en la intención. Por aquello mas bien de que están seguros de lo divino, proponen actuar otra cosa de la que hablan con voz de debilidad. En su día, pues, salen hacia Naas, porque para oponerse a la concupiscencia de la gula, avanzan por la luz del auxilio superno, y visitados por la gracia superna, ya son fuertes contra todo ímpetu de la carne aquellos que, abandonados por un poco, temieron sus impugnaciones. Cuyo esplendor de la gracia divina, porque a través de las bocas de los predicadores se infunde a veces en los miembros menores de la santa Iglesia, sigue: (Vers. 11). Y sucedió que, cuando vino el día de mañana, Saúl dispuso al pueblo en tres partes, e entró en medio de los campamentos en la vigilia matutina, e hirió a Amón hasta que calentara el sol.

12. El pueblo ciertamente se divide en partes, para que no hiramos a la serpiente Naas 266 con un solo escuadrón. Y por cierto se divide en tres partes, para que se muestre el fruto y la dignidad de la sagrada abstinencia: porque a aquella contemplación de la santa Trinidad, que perdemos comiendo, somos revocados ayunando. Pues de aquí es que se recomiendan los ayunos de la Ley, y de la Profecía, y del Evangelio. Pues Moisés, para que mereciera recibir la ley, ayunó dos veces el número de cuarenta días (Ex. 34, 28). Elías, para que escapara de las manos de Jezabel, llegó en la fortaleza de una sola comida durante cuarenta días al Horeb, monte de Dios (3 Reyes 19, 8).

Dominus ac Redemptor noster Jesus Christus per quadraginta dies in eremo jejunans, nullum omnimodo cibum sumpsit (Matth. IV. 2). In tres ergo partes Saul populum dividit: quia in exemplum abstinentium, Legis et Prophetarum, atque Evangelii jejunia producuntur. Et veniente die crastino, media castra doctor ingreditur: quia cum divina gratia, quae ad docendum corda praedicatorum illuminat, auditorum etiam mentes irradiat, et ad spem victoriae potenter levat. In die igitur crastino doctor triumphaturus castra inimicorum ingreditur, et aperit, in eisque concupiscentiarum acies potenter ferit. Et quia ipsorum subditorum mentes audiendo proficiunt, in vigilia matutina rex dicitur castra Ammonitarum ingredi, et usque dum dies incalesceret, in eorum caedibus immorari. Vigilia quidem matutina in Dei aspiratione est fervor solis in ejus plenitudine. Velut enim matutina nobis lux oritur, quando tenebris tentationum depressi, lucem virtutis ab ore praedicatorum videre incipimus, quam sequamur. Et sol nobis incalescit, cum per eorum verba mens nostra succenditur, et quasi ferventis solis calore decocta, desideriis inflammatur. Tunc quippe Ammon vehementer caeditur: quia vitiorum populus de nostris sensibus effugatur. Rector igitur, qui in vigilia matutina Ammonitarum castra ingreditur, usque dum incalescat dies, ab interfectione gladium non recondat, quia tandiu debet subditorum suorum eruditioni insistere, quandiu illos aspiciat magnis interni luminis caloribus inflammari. Quo in loco notandum est: quia Naas, id est serpens Ammonitarum rex esse dicitur: ipse autem Ammon populus moeroris interpretatur. Et quia in hoc serdente gulae vitium designari diximus, cum Naas percutitur, moeroris populus debellatur: quia ex uno gulae vitio, innumera vitiorum agmina ad conflictum animae producuntur. Et cum idem gulae vitium reciditur, alia multa nobis vitia subjugamus. Unum quidem gulae vitium est, sed aculei libidinis innumeri sunt, qui praecedentem illum, quasi regem sequuntur. Qui laeta quidem suggerunt, sed ad aeterni fletus lamenta perducunt. Cum Naas ergo pugnatur, sed moeroris populus caeditur: quia cum gulam domamus, libidinum incitamenta perimuntur. Unde bene non ipse Naas, sed Ammon subjectus sibi, id est populus interfectus asseritur: quia appetitus comestionis restringendus, non exstinguendus est. Sed bene nunquam restringitur, si subsequens moeroris populus, id est turpes motus libidinum non necantur. Contra Naas ergo nobis principale certamen est: quia cum iste superatur, Ammon interficitur: quia libido tunc bene caeditur, si ejus principale initium subjugatur. Sed profectus pudicitiae quousque procedat, latenter ostenditur per ea quae subsequuntur. (Vers. 11.) Reliqui vero dispersi sunt, ita ut nec relinquerentur duo pariter.

Nuestro Señor y Redentor Jesucristo, ayunando por cuarenta días en el desierto, no tomó ningún alimento en absoluto (Mat. 4, 2). En tres partes, pues, divide Saúl al pueblo: porque para ejemplo de los que se abstienen, se presentan los ayunos de la Ley y de los Profetas, y del Evangelio. Y viniendo el día de mañana, el maestro entra en medio de los campamentos: porque con la gracia divina, que ilumina los corazones de los predicadores para enseñar, también irradia las mentes de los oyentes, y las eleva potentemente a la esperanza de la victoria. En el día de mañana, pues, el maestro que ha de triunfar entra y abre los campamentos de los enemigos, y en ellos hiere potentemente los escuadrones de las concupiscencias. Y porque las mentes de los mismos súbditos progresan escuchando, se dice que el rey entra en los campamentos de los amonitas en la vigilia matutina, y se demora en las matanzas de ellos hasta que caliente el día. La vigilia matutina ciertamente en la aspiración de Dios es el fervor del sol en su plenitud. Pues como si la luz matutina nos naciera cuando, oprimidos por las tinieblas de las tentaciones, empezamos a ver la luz de la virtud por la boca de los predicadores, para seguirla. Y el sol calienta para nosotros cuando por las palabras de ellos nuestra mente se enciende y, como cocida por el calor del sol ferviente, se inflama de deseos. Entonces por cierto Amón es herido vehementemente: porque el pueblo de los vicios es ahuyentado de nuestros sentidos. El rector, pues, que en la vigilia matutina entra en los campamentos de los amonitas, hasta que caliente el día no debe esconder la espada de la matanza, porque tanto tiempo debe insistir en la instrucción de sus súbditos cuanto vea que ellos se inflaman con los grandes calores de la luz interna. En cuyo lugar se debe notar que Naas, esto es, la serpiente, se dice ser el rey de los amonitas; mas el mismo Amón se interpreta como 'pueblo de dolor'. Y porque dijimos que en esta serpiente se designa el vicio de la gula, cuando Naas es herido, el pueblo de dolor es derrotado: porque de un solo vicio de la gula, innumerables escuadrones de vicios son presentados al conflicto del alma. Y cuando el mismo vicio de la gula es cercenado, nos subyugamos muchos otros vicios. Uno ciertamente es el vicio de la gula, pero innumerables son los aguijones de la libido que siguen a aquel precedente como a un rey. Los cuales sugieren cosas alegres, pero conducen a los lamentos del llanto eterno. Con Naas, pues, se lucha, pero el pueblo de dolor es herido: porque cuando domamos la gula, los incitamentos de las libidos son aniquilados. Por lo cual bien se asevera que no el mismo Naas, sino Amón sujeto a él, esto es, el pueblo, fue muerto: porque el apetito de comer debe ser restringido, no extinguido. Pero nunca es bien restringido si el subsiguiente pueblo de dolor, esto es, los torpes movimientos de las libidos, no son muertos. Contra Naas, pues, es nuestro principal certamen: porque cuando este es vencido, Amón es muerto: porque la libido entonces es bien herida si su principal inicio es subyugado. Pero hasta dónde proceda el progreso de la pudicia, se muestra latente por lo que sigue. (Vers. 11). Los restantes, pues, fueron dispersados, de modo que no quedaran dos juntos.

13. Probatio verae abstinentiae non est in attenuatione corporis, sed in perfectione castitatis. Nam 267 bene serpens atteritur, si sic gula restringitur, ut libidinosi motus corporis omnis violentia minuatur. Nam motus illicitus carni, quandiu ipsa caro est, tolli non potest, violentia movendi tolli potest. Non quidem tolli potest carni, quod lex carnis membra non moveat; sed tamen tolli potest carni violentia motionis, ut relinquatur ei motus; sed eidem motui omnis delectationis obscoenitas auferatur, et simplex motus ille sit, in quo reliqua libidinis turpitudo non sit. Bene ergo alii in fugam versi perhibentur, quia cum abstinentes quosque divina gratia perfecte remunerat a corporalibus eorum motibus omnium obscoenitatum aculeos tollit; sed eis ipsos motus naturales deserit, ut tentari semper possint, vinci nunquam possint; dum id deserit, quod eis valde displicet, sed sic debilitat quod deserit, ut praevalere victoribus non permittat. Ammonitas quippe percusserat, qui dicebat: Castigo corpus meum, et servituti subjicio, ne aliis praedicans, reprobus efficiar (I Cor. IX, 27). Interfectis etiam aliis, fugitivos interficere non poterat, quia deplorat, dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae (Rom. VII, 23). Item quia debilitatos videbat, qui remanserant, dicit: Nulla creatura poterit nos separare a charitate Christi (Ibid. VIII, 39). Quid est ergo, quod deplorat legem inesse membris legi mentis repugnantem, si extinctis aliis, alii in fugam versi sunt; nisi quia perfecti viri hoc ipsum, quod simplices motus carnis contra voluntatem sustinent, vehementer dolent? Vellent quippe sic manere in carne, ut contra mentis voluntatem de carne nulla sustinerent. Quod quidem, quia impossibile est, praemisit dicens: Velle adjacet mihi, posse autem non invenio. Non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio (Ibid. VII, 18, 19). Quasi dicat: Vellem esse in carne, non ea perfectione, qua perfectus in carne perfectus est, sed sicut Angeli Dei in coelo. Sed hoc posse non invenio, quia quandiu mors peccati absorpta in futura resurrectione non fuerit, illud, quod in me peccatum inhabitat, movet me contra me. Sed quod exstingui peccatum non potest, effugari potest. Motus quippe carnis quasi in fugam vertitur, dum ipsa bene jejunando castigatur. Tanto enim rarius ac difficilius se contra spiritum erigit, quanto sibi eam praesidens spiritus per extenuationem subdit, cum sic eam domat, ut tarde superbiat, cito conquiescat.

13. La prueba de la verdadera abstinencia no está en la atenuación del cuerpo, sino en la perfección de la castidad. Pues 267 bien es desgastada la serpiente si de tal modo se restringe la gula que se disminuya toda la violencia de los movimientos libidinosos del cuerpo. Pues el movimiento ilícito no puede ser quitado de la carne mientras ella sea carne, pero la violencia del mover puede ser quitada. No puede ciertamente quitarse a la carne que la ley de la carne no mueva los miembros; pero sin embargo puede quitarse a la carne la violencia de la moción, de modo que se le deje el movimiento; pero se le quite a ese mismo movimiento toda obscenidad de deleite, y sea aquel movimiento simple, en el cual no esté la restante torpeza de la libido. Bien, pues, se refiere que otros fueron puestos en fuga, porque cuando la divina gracia remunera perfectamente a todos los que se abstienen, quita de sus movimientos corporales los aguijones de todas las obscenidades; pero les deja esos mismos movimientos naturales, para que siempre puedan ser tentados, pero nunca puedan ser vencidos; mientras deja aquello que a ellos les desplace mucho, pero de tal modo debilita lo que deja que no permite que prevalezca sobre los vencedores. Había herido ciertamente a los amonitas el que decía: Castigo mi cuerpo y lo reduzco a servidumbre, para que no sea que, habiendo predicado a otros, yo mismo sea hecho réprobo (1 Cor. 9, 27). Muertos también los otros, no podía matar a los fugitivos, porque deplora diciendo: Veo otra ley en mis miembros que se rebela contra la ley de mi mente (Rom. 7, 23). Asimismo porque veía debilitados a los que habían quedado, dice: Ninguna criatura podrá separarnos de la caridad de Cristo (Ibid. 8, 39). ¿Qué es, pues, lo que deplora, que una ley esté en los miembros rebelándose contra la ley de la mente, si extintos unos, otros han sido puestos en fuga; sino porque los varones perfectos se duelen vehementemente de esto mismo, de que soportan simples movimientos de la carne contra su voluntad? Pues querrían de tal modo permanecer en la carne que no soportaran nada de la carne contra la voluntad de la mente. Lo cual, por cierto, porque es imposible, premisó diciendo: El querer está en mí, mas no encuentro el realizarlo. Pues no hago el bien que quiero, sino el mal que no quiero, ese hago (Ibid. 7, 18, 19). Como si dijera: Querría estar en la carne, no con aquella perfección por la que el perfecto en la carne es perfecto, sino como los ángeles de Dios en el cielo. Pero esto no encuentro cómo poderlo, porque mientras la muerte del pecado no haya sido absorbida en la futura resurrección, aquello que en mí habita, el pecado, me mueve contra mí. Pero lo que no puede extinguirse como pecado, puede ser ahuyentado. Pues el movimiento de la carne como que se pone en fuga mientras ella es bien castigada por el ayuno. Tanto más raramente y con más dificultad se erige contra el espíritu cuanto el espíritu que la preside se la somete a sí por la atenuación, cuando de tal modo la doma que tarde se ensoberbece y pronto se aquieta.

14. Sed subtiliter est intuendum, quod dicitur: Ut non relinquerentur duo pariter. Duo quidem remanent, sed pariter non remanent. Duo quidem sunt, cogitatio immunda, et naturalis motus carnis. Ad sanctorum quidem conflictum aliquando immunda cogitatio praevenit, aliquando insurgentem sibi sentiunt legem carnis contra legem mentis; sed qui victores jam sunt, hostes in fugam versos non timent, si iterum ad pugnam redeunt; quia cum eis pariter pugnare non possunt. Nam cum prava cogitatio obviat, prius eam abjiciunt, quam de ejus suggestione caro moveatur. Et cum carnis lex membra commovet, lex mentis turpem motum, turpia cogitando nequaquam fovet; et dum alterum abjicit, alterius pugnam nequaquam sentit. Bene ergo de electorum perfecta victoria dicitur, quia: Dispersi sunt alii, ut duo pariter ex eis non sint relicti: quia per macerationem corporis in tantum proficiunt culmen perfectionis, ut ab eis quidquid a carne, quidquid a mente ingeritur, leviter superetur, dum convenire in pugnam non sinitur. 268 Et haec quidem victoria de omnibus sensibus corporis electi percipiunt, qui obsidentem Naas sibi subjicere per abstinentiae virtutem possunt. Nam refecta caro et impinguata, ad lapsum linguae, oculorum, auditus, olfactus, et tactus facilis est. Dum ergo illiciti corporalium sensuum motus a gulae vitio, ad mentis pugnam deducuntur, quasi Ammon populus Naas regem ad Israelitarum obsidionem comitatur. Sed dum Naas perfecte vincitur, Ammon et exstinguitur ex parte, et ex parte sic in fugam vertitur, ut ex eo duo pariter non inveniantur; quia dum per abstinentiam corpus atterimus, innumeros nostrorum sensuum illicitos motus enervamus; et quos omnino eradicare non possumus, quasi debiles effugamus. Ex quibus duo pariter nobis in pugnam non remanent; quia in oblectatione alicujus sensus corporei, non conjungimus sensum mentis. Nam saepe oculis aspicimus, saepae audimus auribus, saepe tactu, saepe olfactu percipimus, quae carnalem animum trahere ad illicitum amorem possunt.

Et ait populus ad Samuelem: Quis est, qui dixit: Saul num regnabit super nos? Date viros, et interficiemus eos. Et ait Saul: Non occidetur quisquam in die hac, quia fecit Dominus salutem in Israel.

15. Ad Samuelem quippe Dominus superius dixerat: Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos (I Reg. VIII, 7). De Saul autem paulo ante dictum est: Quia despexerunt eum, et non attulerunt ei munera (Ibid., X, 27). Sed ille abjectus, iste despectus, caesis jam hostibus consecuta victoria, vociferantem populum audivit: Date nobis viros, et interficiemus eos.

14. Pero debe considerarse sutilmente lo que se dice: Para que no quedaran dos juntos. Dos ciertamente permanecen, pero no permanecen juntos. Hay dos ciertamente: el pensamiento impuro y el movimiento natural de la carne. Para el conflicto de los santos, a veces el pensamiento impuro se anticipa, a veces sienten que la ley de la carne se insurge en ellos contra la ley de la mente; pero los que ya son vencedores no temen a los enemigos puestos en fuga si vuelven de nuevo al combate, porque no pueden luchar con ellos juntos. Pues cuando sale al encuentro un pensamiento depravado, antes lo arrojan que la carne sea movida por su sugerencia. Y cuando la ley de la carne mueve los miembros, la ley de la mente de ningún modo fomenta el movimiento torpe pensando cosas torpes; y mientras arroja lo uno, de ningún modo siente el combate de lo otro. Bien, pues, se dice de la perfecta victoria de los elegidos, porque: Otros fueron dispersados, de modo que no quedaron de ellos dos juntos: porque por la maceración del cuerpo aprovechan en tan gran cumbre de perfección que, por ellos, cualquier cosa que sea ingerida por la carne, cualquier cosa por la mente, es superada fácilmente, mientras no se permite que coincidan en el combate. 268 Y esta victoria la perciben los elegidos sobre todos los sentidos del cuerpo, aquellos que pueden someter al Nahas que los asedia por la virtud de la abstinencia. Pues la carne reparada y engordada es fácil al desliz de la lengua, de los ojos, del oído, del olfato y del tacto. Por lo tanto, mientras los movimientos ilícitos de los sentidos corporales son conducidos desde el vicio de la gula al combate de la mente, el pueblo amonita como que acompaña al rey Nahas al asedio de los israelitas. Pero mientras Nahas es perfectamente vencido, Amón es tanto extinguido en parte como en parte de tal modo puesto en fuga que no se encuentran de él dos juntos; porque mientras desgastamos el cuerpo por la abstinencia, enervamos los innumerables movimientos ilícitos de nuestros sentidos; y a los que no podemos erradicar del todo, los ahuyentamos como débiles. De los cuales dos no nos quedan juntos en el combate; porque en el deleite de algún sentido corpóreo, no unimos el sentido de la mente. Pues a menudo miramos con los ojos, a menudo oímos con los oídos, a menudo percibimos por el tacto, a menudo por el olfato, cosas que pueden atraer al alma carnal al amor ilícito.

Y el pueblo dijo a Samuel: ¿Quién es el que dijo: «¿Reinará Saúl sobre nosotros?» Entregad a los hombres y los mataremos. Y dijo Saúl: No se matará a nadie en este día, porque el Señor ha realizado la salvación en Israel.

15. A Samuel ciertamente el Señor le había dicho más arriba: No te han rechazado a ti, sino a mí, para que yo no reine sobre ellos (1 Sam. 8, 7). De Saúl, en cambio, se dijo poco antes: Porque lo despreciaron y no le trajeron presentes (Ibid., 10, 27). Pero aquel rechazado, este despreciado, habiendo sido ya muertos los enemigos y conseguida la victoria, oyó al pueblo que clamaba: Danos a los hombres y los mataremos.

Posset quidem uterque, non interficiendo, sed consentiendo, de inimicis vindicari, sed etiam quia abjectus fuerat propheta loquitur, rex despectus favet dicenti: Non occidetur quisquam, quia sancti praedicatores nostri majori victoria coronantur, cum adversa proximorum tolerant, quam cum foris hostes expugnant. Unde et vera sapientia in Salomone loquitur, 269 dicens: Melior est patiens, viro forti (Prov, XVI, 32). Sed notandum, quod dicitur: In die hac. In die quidem victoriae suae occidere appetit, qui eos, quos claritate virtutum ad amorem Dei pertrahit, ad nocendum aliis accendit. Vel in die victoriae occidit; quia ea luce claritatis, qua in venerationem praedicatoris adducitur, ad odia eidem doctori detrahentium excitatur. Qui enim odit fratrem suum, homicida est (I Joan. III, 15). Quia enim de doctrina boni pastoris sic adjuvandi sunt boni, ut tolerentur mali; causa, qua nemo occidendus sit, bene subjungitur: Quia, inquit, hodie fecit Dominus salutem in Israel.

Dixit autem Samuel ad populum: Venite, eamus in Galgala, et innovemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala, et fecere ibi regem Saul coram Domino.

16. Si ergo omnia eo modo, quo superius in ordinando regem, fiunt, ad sanctae Ecclesiae morem deducimus, magna subtilitate ejus rectores ordinantur. Prius quippe prophetae rex eligendus ostensus est, deinde quaesitus quasi incognitus: postea etiam sorte inventus, domi absconditus, revelatus a Domino, a populo sublatus, et in regiam dignitatem ab omnibus receptus est. Quid est ergo, quod adhuc in Galgala tenditur, ut illic regnum innovetur? Sed magna discretione rex quaeritur et invenitur, quia altissima sunt Ecclesiarum negotia, quae si infirmi et imperitisuscipiunt, ipsa rerum magnitudine deprimuntur. Attente ergo et subtilissima investigatione perquiritur, qui tanto culmini praeferatur. Qui profecto valde praedicandus est, non cum quaerentium judicio constituitur, sed quando in ipsa dispositione summi ministerii strenuus invenitur. Bene ergo jam triumphante constituto rege dicitur: Perrexerunt in Galgala, et fecerunt ibi regem Saul coram Domino: quia cum praedicatoris fortitudo cognoscitur, in auditorum suorum mentibus honoratur. In Galgala quidem, id est rotam, imus, quando per sacrum eloquium doctoris nostri operationem discutimus, et eum illic coram Domino regem facimus: quia, quem probabilem cernimus, dignum esse tanto culmine judicamus.

Ambos podrían ciertamente, no matando sino consintiendo, vengarse de sus enemigos; pero también porque habla el profeta rechazado, el rey despreciado favorece al que dice: No se matará a nadie, porque nuestros santos predicadores son coronados con una victoria mayor cuando toleran las adversidades de los prójimos que cuando combaten a los enemigos exteriores. De donde también la verdadera sabiduría habla en Salomón, 269 diciendo: Mejor es el paciente que el varón fuerte (Prov. 16, 32). Pero debe notarse lo que se dice: En este día. Desea ciertamente matar en el día de su victoria el que inflama para dañar a otros a aquellos a quienes atrae al amor de Dios por la claridad de las virtudes. O mata en el día de la victoria porque, por esa luz de claridad por la que es conducido a la veneración del predicador, es excitado al odio de los que detractan del mismo doctor. Pues el que odia a su hermano es un homicida (1 Juan 3, 15). Porque por la doctrina del buen pastor de tal modo se debe ayudar a los buenos que se tolere a los malos; la causa por la que nadie debe ser muerto se añade bien: Porque, dice, hoy el Señor ha realizado la salvación en Israel.

Dijo, pues, Samuel al pueblo: Venid, vayamos a Gálgala e innovemos allí el reino. Y partió todo el pueblo a Gálgala e hicieron allí rey a Saúl ante el Señor.

16. Si, por tanto, todas las cosas se hacen de aquel modo que se dijo arriba al ordenar al rey, y lo aplicamos a la costumbre de la santa Iglesia, sus rectores son ordenados con gran sutileza. Pues primero fue mostrado al profeta el rey que debía ser elegido, después buscado como desconocido; luego también hallado por suerte, escondido en casa, revelado por el Señor, tomado por el pueblo y recibido por todos en la dignidad regia. ¿Qué es, pues, que todavía se dirigen a Gálgala para que allí se innueve el reino? Pero con gran discreción se busca y se halla al rey, porque son altísimos los asuntos de las Iglesias, los cuales, si los asumen los débiles e inexpertos, son oprimidos por la magnitud misma de las cosas. Atentamente, pues, y con sutilísima investigación se busca a quien ha de ser antepuesto a tal cumbre. El cual ciertamente debe ser muy ensalzado, no cuando es constituido por el juicio de los que lo buscan, sino cuando en la misma disposición del sumo ministerio es hallado esforzado. Bien, pues, ya triunfando el rey constituido, se dice: Partieron a Gálgala y allí hicieron rey a Saúl ante el Señor: porque cuando se conoce la fortaleza del predicador, es honrado en las mentes de sus oyentes. Ciertamente vamos a Gálgala, esto es, a la rueda (rota), cuando a través del sagrado elocuio discutimos la operación de nuestro doctor y lo hacemos allí rey ante el Señor: porque a quien vemos probable, lo juzgamos digno de tal cumbre.

Prius ergo dicitur Saul a populo electus, ad extremum rex in Galgala constitutus coram Domino: quia licet multa consilii gravitate in sancta Ecclesia pastor eligatur, utrum sit merito, quod est ordine, non cognoscitur, nisi cum operum fortitudine declaratur. Dicatur ergo non de alio, sed de eo alio [Forte alio superfluit], qui magna victoria claruit: Perrexit omnis populus in Galgala, et fecerunt ibi regem Saul coram Domino, ut dignitas summi pontificis non constet in ambitione culminis, sed in summa virtutis. Et in Galgala quidem itur, ut judicare de summo loco non audeat, cui Scripturae sacrae abscondita sunt praecepta. Et coram Domino rex constituitur: quia tunc doctor subjectorum suorum devotione colitur, cum ipsi acceptam ejus vitam omnipotenti Domino recognoscunt. De ipsa autem cognitione vitae, et doctrinae pastoris sui: quia saepe non sibi, sed melioribus creditur, bene dicitur populus in Galgala regem coram Domino constituisse: sed idem populus in Galgala, monente Samuele perrexisse. Eamus, inquit, in Galgala, et innovemus ibi regnum. Regnum quippe innovatur: quia dum electus praedicator in magna virtute conspicitur, ei nova et recenti devotione auditorum corda submittuntur. Unde quasi ostensa regis victoria regnum innovatur, quando cognita magna conversatione doctoris, ipsa subditorum corda splendorem novae devotionis accipiunt, et per ejus exemplum ad propositum magnae virtutis excitantur. Sed jam qui in uno internorum praelio triumphos aspeximus, in altero jam pacis tempora mirabili aequitate decursa videamus.

CAPUT II.

(I Reg. XII, 1-3.) Dixit autem Samuel ad universum Israel: Ecce audivi vocem vestram juxta omnia, quae locuti estis ad me, et constitui super vos regem: et nunc rex gradiatur ante vos. Ego autem senui, et incanui. Porro filii mei vobiscum sunt. Itaque conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad diem hanc, ecce praesto sum. Loquimini de me coram Domino et coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum. Si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi, contemnam illud hodie, restituamque vobis.

1. Cum reprobi pastores praesunt, principale eis propositum est in rapina subditorum. Quia enim aeternorum bonorum abundantiam aspicere nesciunt, quo praesentia ardentius concupiscunt, eo avidius oblata recipiunt, non oblata violenter tollunt. Innocentibus insidiantur, debiles opprimunt, munera accipiunt, juraque pervertunt. De his pastoribus per prophetam Dominus Judaeae improperat, dicens: Pastores tui lupi vespere, non relinquentes in mane (Soph. III, 3).

Primero, pues, se dice que Saúl fue elegido por el pueblo, y al final constituido rey en Gálgala ante el Señor: porque aunque el pastor sea elegido en la santa Iglesia con mucha gravedad de consejo, si es por mérito lo que es por orden, no se conoce sino cuando se declara por la fortaleza de las obras. Dígase, pues, no de otro, sino de aquel [Quizás sobra alio] que brilló por su gran victoria: Partió todo el pueblo a Gálgala y allí hicieron rey a Saúl ante el Señor, para que la dignidad del sumo pontífice no consista en la ambición de la cumbre, sino en la suma de la virtud. Y ciertamente se va a Gálgala para que no se atreva a juzgar del lugar supremo aquel para quien están ocultos los preceptos de la sagrada Escritura. Y se constituye rey ante el Señor: porque entonces el doctor es cultivado por la devoción de sus súbditos, cuando ellos mismos reconocen su vida como aceptada por el Señor omnipotente. Pero de esa misma noticia de la vida y doctrina de su pastor: porque a menudo no se cree a sí mismo sino a los mejores, bien se dice que el pueblo constituyó al rey ante el Señor en Gálgala; pero que ese mismo pueblo partió a Gálgala por advertencia de Samuel. Vayamos, dijo, a Gálgala e innovemos allí el reino. Ciertamente el reino se innova: porque mientras el elegido predicador es visto en gran virtud, los corazones de los oyentes se le someten con nueva y reciente devoción. Por lo cual, como mostrada la victoria del rey, el reino se innova cuando, conocida la gran vida del doctor, los mismos corazones de los súbditos reciben el esplendor de una nueva devoción y, por su ejemplo, son excitados al propósito de la gran virtud. Pero ya nosotros, que hemos visto los triunfos en una batalla de las cosas internas, veamos ya los tiempos de paz transcurridos con admirable equidad en la otra.

CAPÍTULO II.

(1 Sam. 12, 1-3.) Dijo, pues, Samuel a todo Israel: He aquí que he oído vuestra voz según todo lo que me habéis hablado, y he constituido sobre vosotros un rey; y ahora el rey camina ante vosotros. Yo, por mi parte, he envejecido y encanecido. Además, mis hijos están con vosotros. Así pues, habiendo conversado ante vosotros desde mi adolescencia hasta este día, he aquí que estoy presente. Hablad de mí ante el Señor y ante su Cristo, si he tomado el buey de alguien o el asno. Si he calumniado a alguien, si he oprimido a alguno, si de mano de cualquiera he aceptado un presente, lo despreciaré hoy y os lo restituiré.

1. Cuando los pastores réprobos presiden, su principal propósito es la rapiña de los súbditos. Porque no saben mirar la abundancia de los bienes eternos, cuanto más ardientemente concupiscen los presentes, tanto más ávidamente reciben lo ofrecido, y toman violentamente lo no ofrecido. Acechan a los inocentes, oprimen a los débiles, aceptan presentes y pervierten los derechos. De estos pastores el Señor reprocha a Judea por el profeta diciendo: Tus jefes son lobos por la tarde, que no dejan nada para la mañana (Sof. 3, 3).

Calumniatores innocentium pariter et oppressores debilium item percutit, dicens: Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super illum bellum. Quapropter nox eis pro visione erit, et tenebrae pro divinatione (Mich. III, 5, 6). Nam dum iniquitatem cognoscunt quam faciunt, per audaciam nequissimi operis, cadunt in caecitatem cordis, ut per amorem, lucem veritatis ultra non videant, per quam a pravitate resipiscant. Item munerum acceptionem reprehendit Isaias, dicens: Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones (Isa. I, 23). Sanctus ergo vir, dum innocentiae suae simplicitatem ostendit, qua meritorum altitudine fuerit, sublimis apparuit. Quod quidem virtutis praeconium in eo uno ostenditur, ut omnibus electis doctoribus eadem bonitatis conformitas ostendatur.

2. Vitae quidem innocentiam pro nobis habemus, sed praelationis culmen pro aliis, non pro nobis ascendimus. Per innocentiae bonum ad aeternam patriam tendimus, per altitudinem praelationis in aliorum custodia vigilamus. In illa virtute securi sumus, istam vero celsitudinem cum magno metu possidemus: quia qui nostrorum operum rationem reddere vehementer expavescimus, de eo quod aliis praesusumus, Deo reddere rationem debemus. Si ergo electi viri, volente Deo, etiam praelationis culmen inviti conscendunt, volente Deo, idem culmen devotionis deserunt. Sanctus ergo vir dicit: Ecce audivi vocem vestram, et constitui super vos regem; et nunc rex graditur ante vos. Ego autem senui, et incanui. Porro filii mei vobiscum sunt. Quasi aliis vocibus dicat: Quia non pro me, sed pro vobis praefui, dignitatem quam tenui, libenter alii dedi. In eadem dignitate jam senui, et tamen longus usus praeeminendi, quem tenui, obligatum me in sui ambitione non tenuit. Quid ergo est quod ait: Filii mei vobiscum sunt, nisi quia in sanctis viris magna vis spiritualis amoris est, qua filiis ad culmen nascentibus, jus auferunt successionis? Sed qui summam ordinis tam quietus deserit, 271 qualis in eodem culmine manserit, ostendit. Quia enim rapinae violentiam non exercuit, dicit: Loquimini de me coram Domino et coram Christo ejus, utrum bovem cujusquam tulerim, aut asinum. Item quia nulli nocendi occasionem quaesivit, subjunxit, dicens: Si quempiam calumniatus sum. Item quia debilibus gravis non fuit, dicit: Si oppressi aliquem. Item quia de praelatione sua non terrena, sed coelestia quaesivit, dicit: Si de manu cujusquam munus accepi, et contemnam illud hodie, restituamque vobis.

(Vers. 4-6.) Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicujus quippiam. Dixitque ad eos: Testis mihi Dominus adversus vos, et testis Christus ejus in die hac, quia non invenietis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Testis. Ipse vero adhuc subdit, dicens: Dominus, qui fecit Moysen et Aaron, et eduxit patres nostros de terra Aegypti, ipse testis est.

A los calumniadores de los inocentes igualmente y a los opresores de los débiles también los hiere diciendo: Si alguien no diera en la boca de ellos algo, santifican contra él la guerra. Por lo cual la noche les será por visión, y las tinieblas por adivinación (Miq. 3, 5, 6). Pues mientras conocen la iniquidad que hacen, por la audacia de la obra nequísima caen en la ceguera del corazón, de modo que por el amor ya no vean la luz de la verdad, por la cual se arrepientan de su depravación. Asimismo Isaías reprende la aceptación de dones diciendo: Todos aman los dones, siguen las retribuciones (Is. 1, 23). El varón santo, pues, mientras muestra la simplicidad de su inocencia, apareció sublime por aquella altura de méritos. El cual elogio de virtud se muestra en esa sola cosa, para que se muestre a todos los doctores elegidos la misma conformidad de bondad.

2. Tenemos ciertamente la inocencia de vida para nosotros, pero ascendemos a la cumbre de la prelatura para otros, no para nosotros. Por el bien de la inocencia tendemos a la patria eterna, por la altura de la prelatura vigilamos en la custodia de otros. En aquella virtud estamos seguros, pero esta celsitud la poseemos con gran temor: porque nosotros, que tememos vehementemente dar razón de nuestras obras, debemos dar razón a Dios de aquello por lo que presidimos a otros. Si, pues, los varones elegidos, queriendo Dios, ascienden incluso a la cumbre de la prelatura contra su voluntad, queriendo Dios, desertan de la misma cumbre de devoción. El varón santo, pues, dice: He aquí que he oído vuestra voz y he constituido sobre vosotros un rey; y ahora el rey camina ante vosotros. Yo, por mi parte, he envejecido y encanecido. Además, mis hijos están con vosotros. Como si dijera con otras palabras: Porque no por mí, sino por vosotros presidí, la dignidad que tuve la di libremente a otro. En la misma dignidad ya envejecí, y sin embargo el largo uso de preeminencia que tuve no me mantuvo ligado en su ambición. ¿Qué es, pues, lo que dice: «Mis hijos están con vosotros», sino porque en los varones santos hay una gran fuerza de amor espiritual, por la cual, al nacer los hijos para la cumbre, quitan el derecho de sucesión? Pero quien deserta tan quieto de la suma del orden muestra 271 qué clase de hombre permaneció en la misma cumbre. Porque ciertamente no ejerció la violencia de la rapiña, dice: Hablad de mí ante el Señor y ante su Cristo, si he tomado el buey de alguien o el asno. Asimismo porque no buscó ocasión de dañar a nadie, añadió diciendo: Si he calumniado a alguien. Asimismo porque no fue pesado para los débiles, dice: Si he oprimido a alguno. Asimismo porque de su prelatura no buscó cosas terrenas, sino celestiales, dice: Si de mano de cualquiera he aceptado un presente, y lo despreciaré hoy y os lo restituiré.

(Vers. 4-6.) Y dijeron: No nos has calumniado, ni nos has oprimido, ni has tomado de mano de nadie cosa alguna. Y les dijo: Testigo me es el Señor contra vosotros, y testigo su Cristo en este día, de que no encontraréis en mi mano cosa alguna. Y dijeron: Testigo. Él mismo todavía añade diciendo: El Señor, que hizo a Moisés y a Aarón, y sacó a nuestros padres de la tierra de Egipto, él mismo es testigo.

3. Quo in loco notandum est, quia bona quae fecit vir sanctus, non dixit: mala vero, quae non fecit, exposuit; ut silendo ad aeterna lucra bona servaret, et loquendo odorem bonae opinionis non perderet. Paulus vero loquitur, dicens: Christi bonus odor sumus in omni loco (II Cor. II, 15). Ipse etiam quosdam redarguens, ait: Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes (Rom. II, 24). Hinc item discipulum admonet, dicens: Oportet etiam Episcopum bonum testimonium habere ab iis qui foris sunt (I Tim. III, 7). Dum ergo mala se tam caute vitasse asseruit, et ingentia bona, quae fecit, siluit: aperte vir beatus ostendit, in quanto culmine virtutum stetit, dum mala reprobando, ad electorum exemplum odorem servavit bonae opinionis: et occultando virtutum opera, praemia custodivit aeternae retributionis. Sed notandum, quia cum Dominum testem suae innocentiae assereret, ipsum Dominum fecisse Moysen et Aaron dixit. Quid est hoc aliud, nisi quia et virtutis suae culmen ostendit, sed in tanto culmine solus apparere noluit? Quasi latentibus sensibus dicat: In tanta animi virtute mirandus non sum: quia in ea solus non sum. Contemptum rerum in munere virtutis habeo, sed hunc in intentione vanae laudis non habeo: in quo valde meliores atque sublimiores cerno. Et quia ipsum Moysen et Aaron Dominum fecisse asseruit, tale est item ac si dicat: Quod mala tam fortiter cavere potui, illius debet gratiae ascribi, qui Moysen et Aaron tales fecit. Sed ad quid sanctus vir ista praemiserit, ostendit: quia subintulit, dicens: (Vers. 7.) Nunc ergo state, et judicio contendam adversus vos coram Domino de omnibus misericordiis quas fecit vobiscum et cum patribus vestris

4. Ordo summae rationis est, ut qui bona agere non curat, mala in aliis nequaquam reprehendat. Sanctus ergo vir prius mala se vitasse caute asseruit, deinde ad reprehensionem aliorum prosiliit; ut electi praedicatoris mores insinuet, qui praedicationis fructum bene ferre non praevalet, nisi cum id, quod de aeternitate lucidum praedicat, splendida etiam conversatione demonstrat. Dicit ergo: Nunc state, et judicio contendam adversus vos de omnibus misericordiis Domini. Stare quidem auditoribus, est intentionem mentis ad verbum praedicatoris erigere. Merito ergo stare praecipiuntur: quia doctor nihil exhortando proficit, si auditor mentem ad ea, quae loquitur, non intendit. Easdem misericordias enumerans, ait: 272 (Vers. 8-11.) Quomodo ingressus est Jacob in Aegyptum, et exclamaverunt patres nostri ad Dominum, et misit Dominus Moysen et Aaron: et eduxit patres nostros ex Aegypto, et collocavit eos in loco hoc. Et quia obliti sunt Domini Dei sui, tradidit eos in manu Sisarae magistri militiae Assur, et in manus Philisthinorum, et regis Moab: et pugnaverunt adversus vos.

3. En cuyo lugar debe notarse que el varón santo no dijo las cosas buenas que hizo, sino que expuso las malas que no hizo; para que callando guardara los bienes para los lucros eternos, y hablando no perdiera el olor de la buena opinión. Pues Pablo habla diciendo: Buen olor de Cristo somos en todo lugar (2 Cor. 2, 15). Él mismo también redarguyendo a algunos dice: El nombre de Dios es blasfemado por causa vuestra entre las gentes (Rom. 2, 24). De aquí asimismo amonesta al discípulo diciendo: Conviene que el obispo tenga también buen testimonio de los que están fuera (1 Tim. 3, 7). Así pues, mientras afirmó haber evitado tan cautamente los males, y calló los ingentes bienes que hizo, el varón bienaventurado mostró abiertamente en qué cumbre de virtudes estuvo, mientras que reprobando los males, guardó el olor de la buena opinión para ejemplo de los elegidos; y ocultando las obras de las virtudes, custodió los premios de la retribución eterna. Pero debe notarse que, al asegurar que el Señor era testigo de su inocencia, dijo que el mismo Señor había hecho a Moisés y a Aarón. ¿Qué es esto sino que también mostró la cumbre de su propia virtud, pero no quiso aparecer solo en tal cumbre? Como si con sentidos latentes dijera: En tan gran virtud de ánimo no soy de admirar, porque en ella no estoy solo. Tengo el desprecio de las cosas como un don de la virtud, pero no lo tengo con la intención de la vana alabanza, en lo cual veo a otros muy mejores y más sublimes. Y porque aseguró que el Señor mismo había hecho a Moisés y a Aarón, es como si dijera: Que pude evitar tan fuertemente los males debe adscribirse a la gracia de aquel que hizo tales a Moisés y a Aarón. Pero para qué el varón santo premisó estas cosas, lo muestra porque añadió diciendo: (Vers. 7.) Ahora, pues, estad presentes, y contenderé con vosotros en juicio ante el Señor de todas las misericordias que ha hecho con vosotros y con vuestros padres.

4. Orden de la suma razón es que quien no cuida de hacer el bien, de ningún modo reprenda el mal en otros. El varón santo, pues, primero afirmó cautamente haber evitado los males, luego saltó a la reprensión de los otros; para que insinúe las costumbres del predicador elegido, el cual no prevalece para dar bien el fruto de la predicación sino cuando demuestra también con una espléndida conversación aquello que predica como lúcido de la eternidad. Dice pues: Ahora estad presentes y contenderé con vosotros en juicio sobre todas las misericordias del Señor. Estar presentes para los oyentes es erigir la intención de la mente hacia la palabra del predicador. Con mérito, pues, se les manda estar presentes porque el doctor nada aprovecha exhortando si el oyente no intenta la mente hacia aquello que habla. Enumerando esas mismas misericordias dice: 272 (Vers. 8-11.) Como Jacob entró en Egipto, y clamaron nuestros padres al Señor, y envió el Señor a Moisés y a Aarón: y sacó a nuestros padres de Egipto, y los colocó en este lugar. Y porque se olvidaron del Señor su Dios, los entregó en mano de Sísara, general del ejército de Hasor, y en manos de los filisteos y del rey de Moab: y lucharon contra vosotros.

Postea clamavere ad Dominum, et dixere: Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, et servivimus Baalim, et Astaroth: nunc ergo erue nos de manu Philisthinorum, et serviemus tibi. Et dimisit Dominus Jerobaal, et Barach, et Jepte, et Samuel; et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, et habitastis confidenter.

5. Has quidem misericordias factas secundum historiam idcirco commemorat, ut in eo, quod regem petiit, reum se coram Domino populus agnoscat. Nam qui ad omnia pericula submovenda Dominum praesentem habuit, hominem super se regem necessarium non habuit. Ipsam autem praesentiam Domini per impensas misericordias ostendit, dum de manu Aegyptiorum per Moysen et Aaron, et de manu Sisarae et Philistinorum, et de manu regis Moab per Jerobaal, Barach, et Jepte, et a Samuele eos liberatos asseruit. Quo in loco valde quaerendum est, cur petitio, qua rex petitur, tam districte et reprehenditur, et ipsa divinae misericordiae auxilia populo Dei per praelatos homines impensa esse doceantur. Qua in re quid respondendum est, nisi quia valde diversa est praelatio regum a praelatione judicum? Isti quidem ut pares praesunt, illi vero in potestate praeeminendi arrogantiam exhibent dominationis. Isti innocentiae suae testimonium coram Domino et omni populo commendant: quia nec aliquem opprimunt, nec alienum aliquid in suis usibus tollunt: illi vero non solum propria subditis auferunt, sed etiam ipsas subditorum personas onere servitutis premunt. Subdens ergo ait:

(Vers. 12.) Videntes autem, quod Naas ascenderet, et pugnaret adversus vos: Nequaquam, dixistis: sed rex erit super nos; cum Dominus regnaret in vobis.

6. Quasi dicat: Ad hoc vobis hominem elegistis, ad quod Deum habere solebatis. Quem nimirum locum si spiritualiter discutere volumus, hoc ex eo colligitur: quia qui carnalem sibi praeesse expetunt, divinam gratiam a se repellunt. Nam dum humilium doctorum exemplo vivunt, velut ab Aegypto liberantur: quia caliginem mundani amoris toto desiderio fugiunt. Quia etiam omnium vitiorum tyrannidem eorum doctrina evadunt, velut de manu Sisarae, Philistinorum, et regis Moab, missis ducibus, liberantur. In quibus Deus jam solus omnipotens regnat: quia dum humiles pastores foris imitantur, regnantis inter se divinitatis amorem gratanter excipiunt. Dicat ergo propheta: Dixistis mihi: Nequaquam, sed rex erit super nos; cum Dominus regnaret in vobis: ut ostendat quia qui carnalibus se imitando subjiciunt, divinae gratiae dignitatem perdunt. Notandum etiam, quia propheta Samuel per virtutum humilitatis ubique se electis ostendit in norma rectitudinis.

Después clamaron al Señor y dijeron: Pecamos porque abandonamos al Señor y servimos a los Baales y a Astaroth: ahora pues líbranos de mano de nuestros enemigos y te serviremos. Y envió el Señor a Jerobaal, y a Barac, y a Jefté, y a Samuel; y os libró de mano de vuestros enemigos por el circuito, y habitasteis confiadamente.

5. Estas misericordias realizadas según la historia las conmemora ciertamente por esto: para que, en aquello de haber pedido un rey, el pueblo se reconozca reo ante el Señor. Pues quien tenía al Señor presente para alejar todos los peligros, no tenía necesidad de un hombre como rey sobre sí. Pero mostró la misma presencia del Señor por las misericordias otorgadas, mientras aseguró que habían sido librados de la mano de los egipcios por Moisés y Aarón, y de la mano de Sísara y de los filisteos, y de la mano del rey de Moab por Jerobaal, Barac y Jefté, y por Samuel. En cuyo lugar debe preguntarse mucho por qué la petición por la que se pide un rey es tan estrictamente reprendida, y se enseña que los mismos auxilios de la divina misericordia fueron otorgados al pueblo de Dios por medio de hombres prelados. En lo cual, ¿qué se ha de responder sino que es muy diversa la prelatura de los reyes de la prelatura de los jueces? Aquellos ciertamente presidían como iguales, pero estos exhiben la arrogancia de la dominación en el poder de la preeminencia. Aquellos encomendaban el testimonio de su inocencia ante el Señor y todo el pueblo, porque ni oprimían a nadie ni tomaban nada ajeno para sus propios usos; pero estos no solo quitan lo propio a los súbditos, sino que incluso oprimen a las mismas personas de los súbditos con la carga de la servidumbre. Añadiendo pues dice:

(Vers. 12.) Pero viendo que Nahas, rey de los hijos de Amón, venía contra vosotros, dijisteis: «De ningún modo, sino que un rey habrá sobre nosotros», cuando el Señor vuestro Dios reinaba en vosotros.

6. Como si dijera: Para esto os elegisteis a un hombre, para lo cual solíais tener a Dios. El cual lugar, sin duda, si queremos discutirlo espiritualmente, de él se colige esto: que los que desean que un hombre carnal les presida, rechazan de sí la divina gracia. Pues mientras viven por el ejemplo de los doctores humildes, son como librados de Egipto, porque huyen de la oscuridad del amor mundano con todo deseo. Porque también escapan de la tiranía de todos los vicios por la doctrina de ellos, son como librados de la mano de Sísara, de los filisteos y del rey de Moab, habiendo sido enviados caudillos. En los cuales ya reina solo Dios omnipotente, porque mientras imitan exteriormente a los pastores humildes, reciben con agrado el amor de la divinidad que reina entre ellos. Diga pues el profeta: Me dijisteis: «De ningún modo, sino que un rey habrá sobre nosotros», cuando el Señor reinaba en vosotros; para mostrar que los que se someten a los carnales imitándolos, pierden la dignidad de la divina gracia. Debe notarse también que el profeta Samuel, por la virtud de la humildad, en todas partes se muestra a los elegidos en la norma de la rectitud.

Nam cum Israeliticae plebis liberationem assereret, non ait: Misit Dominus Jepte et me; sed: Jepte et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum. Se quidem quasi alium nominavit, ut virtus liberationis non ascriberetur personae missi: sed gratiae mittentis Dei. Misit, inquit, Dominus Samuel, et eruit vos. Quasi dicat: Quem voluit, misit; et per quem 273 voluit, fecit. Et fortasse de se quasi de alio loquitur: quia non ipse est, qui per seipsum loquitur: sed Spiritus sanctus. Et quia permissione Dei, jam rege constituto, vir Domini ista loquebatur; ad hoc profecto loquebatur, ut regem et populum ad Dei cultum dirigeret, non ut ipsam dignitatem regiam evacuaret. Unde et subjungens, ait:

(Vers. 13-15.) Nunc praesto est rex vester, quem elegistis, et petistis. Ecce dedit Deus vester vobis regem. Si timueritis Deum, et servieritis ei, et audieritis vocem ejus, et non exasperaveritis os Domini, eritis et vos, et rex vester qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum. Si autem non exaudieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos, et super patres vestros.

7. Haec profecto non mystica, sed historica sunt in omnibus. Nam ubi praelati et subditi reprobam vitam ducunt, divinae ultionis poenam pariter subeunt. Sed quia separatim ducuntur bona, separatim mala; illa, pro quibus manus Domini super eos futura praedicitur, subtilius consideranda sunt. Quid ergo, quod ait: Si timueritis Dominum, et servieritis ei: nisi quia plerique divinae districtionis judicia metuunt, et tamen prava agere non desistunt? Paventi quidem corde futura judicia cogitant, sed praesenti voluptate devicti, mala committere nequaquam vitant. Bene ergo post timorem Domini ejus servitia memorantur: quia ille solus timor probabilis est, qui dum mentem concutit, ad boni operis studium trahit. Item quia nonnulli sunt qui per timorem Domini quaedam mala respuunt, aliqua bona agunt; et tamen nec mala plene deserunt, nec bona sufficienter operantur, adjungitur: Et audieritis vocem ejus. Qui vocem Domini audit, et bona plene agit, et mala penitus deserit. Eadem vero bona opera in delectatione suavitatis habenda sunt, non in aestimatione asperitatis.

Pues cuando aseguraba la liberación de la plebe israelita, no dijo: «Envió el Señor a Jefté y a mí», sino: a Jefté y a Samuel, y os libró de mano de vuestros enemigos. Se nombró ciertamente como a otro, para que la virtud de la liberación no se adscribiera a la persona del enviado, sino a la gracia del Dios que envía. Envió, dice, el Señor a Samuel y os libró. Como si dijera: A quien quiso, envió; y por quien 273 quiso, lo hizo. Y tal vez habla de sí como de otro porque no es él mismo quien habla por sí mismo, sino el Espíritu Santo. Y porque por permisión de Dios, estando ya constituido el rey, el varón del Señor hablaba estas cosas, hablaba ciertamente para esto: para que dirigiera al rey y al pueblo al culto de Dios, no para que evacuara la misma dignidad regia. De donde también añadiendo dice:

(Vers. 13-15.) Ahora pues, aquí está vuestro rey, a quien habéis elegido y pedido. He aquí que vuestro Dios os ha dado un rey. Si temiereis a Dios y le sirviereis, y oyereis su voz y no exasperareis la boca del Señor, estaréis tanto vosotros como vuestro rey que manda sobre vosotros, siguiendo al Señor vuestro Dios. Pero si no oyereis la voz del Señor, sino que exasperareis sus palabras, estará la mano del Señor sobre vosotros y sobre vuestros padres.

7. Estas cosas no son ciertamente místicas, sino históricas en todos. Pues donde los prelados y los súbditos llevan una vida réproba, sufren igualmente la pena de la venganza divina. Pero porque se dicen separadamente las cosas buenas y separadamente las malas; aquellas por las cuales se predice que la mano del Señor estará sobre ellos en el futuro, deben considerarse más sutilmente. ¿Qué es, pues, lo que dice: «Si temiereis al Señor y le sirviereis», sino porque muchísimos temen los juicios de la severidad divina y, sin embargo, no desisten de obrar cosas depravadas? Con corazón tembloroso piensan ciertamente en los juicios futuros pero, vencidos por el placer presente, de ningún modo evitan cometer males. Bien, pues, después del temor del Señor se mencionan sus servicios, porque solo aquel temor es probable que, mientras sacude la mente, la atrae al estudio de la buena obra. Asimismo, porque hay algunos que por el temor del Señor rechazan ciertos males y hacen algunos bienes, y sin embargo ni dejan plenamente los males ni obran suficientemente los bienes, se añade: «Y oyereis su voz». Quien oye la voz del Señor, tanto hace plenamente los bienes como deja íntimamente los males. Esas mismas buenas obras, ciertamente, han de tenerse en el deleite de la suavidad, no en la estimación de la aspereza.

Nam quibus semper dura et aspera videntur quae a Domino praecipiuntur, paulatim decidunt et deficiunt. Hinc enim per semetipsam Veritas dicit: Jugum enim meum suave est, et onus meum leve (Matth. XI, 30). Hinc Joannes ait: Mandata ejus gravia non sunt (I Joan. V, 3). Gravia quippe non sunt electis: quia dum aeternae vitae gloriam magno desiderio appetunt, praecepta Evangelica gratanter ferunt. Potest et os Domini praedicatio perfectae charitatis intelligi. Quasi enim oris sui blandimenta volebat ostendere, cum dicebat: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos (Joan. XV, 12). Hoc quippe praeceptum Domini, hoc jugum est divinae suavitatis. Quid enim levius, aut unquam gratius, quam amor fertur? Quid praeterea grave non leviter tolerat, qui amat? Quidquid enim diligitur, cum magna devotione portatur. Quia ergo vinculum perfectionis est charitas Dei et proximi, bene in...

8. Sed quia infirmis et carnalibus loquebatur, subsequenter denuntians ait: Si non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermonem ejus, erit manus Domini super vos, et super patres vestros. 274 Manus Domini divinae est severitas ultionis. Quae profecto manus super filios et patres extenditur, cum divini contemptus merito, et reprobi praelati et subditi puniuntur. Eadem quoque manus ad ultionem extenditur, cum vox Domini non auditur, cum ejus sermones exasperantur: quia ii, qui divina mandata quasi dura et importabilia respuunt, intolerabili poenae onere in futuro deprimuntur. Stulta quippe audacia hominis, unde ad modicum subire ea, quae sibi videntur aspera, refugit; inde se asperioribus in aeternum subdit. Nam si sapienter saperet, hoc sibi quod displicet suaderet: ut per dura et aspera hujus brevissimi temporis, dura et aspera evaderet futurae damnationis. Haec profecto dura corda carnalium velociter audiunt, sed per salubre consilium facile molliri non possunt. Bene ergo subjungitur:

(Vers. 16, 17.) Sed et nunc state, et videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus, in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Invocabo Dominum, et dabit voces et pluvias; et scietis et videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini, petentes super vos regem.

Pues aquellos para quienes siempre parecen duras y ásperas las cosas que son mandadas por el Señor, poco a poco decaen y desfallecen. De aquí, pues, la Verdad dice por sí misma: «Pues mi yugo es suave y mi carga ligera» (Mt. 11, 30). De aquí dice Juan: «Sus mandamientos no son pesados» (1 Juan 5, 3). No son pesados ciertamente para los elegidos porque, mientras desean con gran deseo la gloria de la vida eterna, sobrellevan con agrado los preceptos evangélicos. Puede también entenderse por boca del Señor la predicación de la perfecta caridad. Como queriendo mostrar los halagos de su boca cuando decía: «Este es mi mandamiento: que os améis unos a otros como yo os he amado» (Juan 15, 12). Este es ciertamente el mandamiento del Señor, este es el yugo de la divina suavidad. Pues, ¿qué cosa se lleva más ligera o alguna vez más grata que el amor? ¿Qué cosa pesada, además, no tolera ligeramente el que ama? Pues cualquier cosa que se ama, se lleva con gran devoción. Porque, por tanto, el vínculo de la perfección es la caridad de Dios y del prójimo, bien...

8. Pero porque hablaba a los débiles y carnales, denunciando subsecuentemente dice: «Pero si no oyereis la voz del Señor, sino que exasperareis su palabra, estará la mano del Señor sobre vosotros y sobre vuestros padres». 274 La mano del Señor es la severidad de la venganza divina. La cual mano ciertamente se extiende sobre los hijos y los padres cuando, por el mérito del desprecio divino, son castigados tanto los prelados réprobos como los súbditos. Esa misma mano también se extiende para la venganza cuando no se oye la voz del Señor, cuando se exasperan sus palabras: porque aquellos que rechazan los mandatos divinos como duros e insoportables, son deprimidos por la intolerable carga de la pena en el futuro. Necia ciertamente la audacia del hombre que, de donde rehúye someterse por un poco a las cosas que le parecen ásperas, de allí se somete a otras más ásperas por la eternidad. Pues si sabiamente supiera, se persuadiría a sí mismo esto que le desplace: para que por las cosas duras y ásperas de este brevísimo tiempo, evitara las duras y ásperas de la futura condenación. Estas cosas ciertamente los corazones duros de los carnales las oyen velozmente, pero no pueden ser ablandados fácilmente por el saludable consejo. Bien pues se añade:

(Vers. 16, 17.) Pero también ahora estad presentes y ved esta cosa grande que el Señor va a hacer ante vuestros ojos. ¿Acaso no es hoy la siega del trigo? Invocaré al Señor y dará voces y lluvias; y sabréis y veréis que habéis hecho un gran mal ante el Señor al pedir un rey sobre vosotros.

9. Quia tam attente, et toties ista petitio regis reprehenditur, hoc electis insinuat: quia qui ad culmen sanctae Ecclesiae carnales provehunt, gravissima peccati obligatione retinentur. Nam peccata reliqua singularis poenae meritum obtinent, qui vero carnalem praepositum constituit, tot incurrit poenarum merita, quot ille fidelibus subditis praebet pravitatis exempla. Sed grave pondus criminis deponi non potest, nisi austeritate magnae compunctionis. Compunctionis autem gratia menti non infunditur, nisi prius ipsa ei peccati magnitudo monstretur. Propheta ergo Domini, ut ad congruae poenitentiae fructum peccantem populum provocaret, per mirabilem motum aeris, ei insinuat magnum peccatum transgressionis. In messe autem tritici, pluviae et tonitrua in illa regione non fiunt. Bene autem subsequenter adjunctum est:

(Vers. 18, 19.) Clamavit Samuel ad Dominum, et dedit Dominus voces, et pluvias in die illa: et timuit omnis populus nimis Dominum, et Samuelem. Dixitque universus populus ad Samuelem: Ora pro servis tuis ad Dominum Deum tuum, ut non moriamur. Addidimus enim universis malis nostris, ut peteremus nobis regem.

10. Quod sane, si ad nostra tempora deducimus, ut populus ad cognitionem peccatorum veniat, praedicatores pro eis ad Deum clamant: quia fidelium salutem magnis desideriis flagitant. Clamare quidem praedicatoribus, est electorum salutem magna devotione postulare. Ad quorum clamorem Dominus vocem dat: quia peccatorum corda excitat, ut pravitatis suae nequitiam recognoscant. Dat pluvias: quia excitata corda per infusionem supernae gratiae adjuvat; ut non solum deserat mala quisque quae fecit, sed etiam bona fortiter agat, quae appetit. Sed hoc in die messis tritici fieri dicitur, ut virtus miraculi designetur. Non est quidem minus miraculum immutatio cordis, quam perturbatio aeris. Non minus miraculum est arentia corda reviviscere, quam aestivis ardoribus inusitato more pluvias inundare. Majus quippe miraculum est, intimo sonitu insensibilem mentem concutere, quam, collisis per ventum nubibus, tonitruum insonare. Sed rectus ordo conversionis ostenditur in ordinata positione verborum. Nam dicit: Dedit Dominus voces et pluvias: et timuit omnis populus nimis Dominum 275 et Samuelem.

9. Porque esta petición de un rey es reprendida tan atentamente y tantas veces, insinúa esto a los elegidos: que quienes promueven a los carnales a la cumbre de la santa Iglesia, quedan retenidos por una gravísima obligación de pecado. Pues los demás pecados obtienen el mérito de una pena singular, pero quien constituye a un prelado carnal, incurre en tantos méritos de penas cuantos ejemplos de depravación ofrezca aquel a los fieles súbditos. Pero el grave peso del crimen no puede deponerse, sino por la austeridad de una gran compunción. Además, la gracia de la compunción no se infunde en la mente, a no ser que primero se le muestre la magnitud del pecado mismo. El Profeta del Señor, por tanto, para provocar al pueblo pecador al fruto de una congruente penitencia, le insinúa, por medio de un admirable movimiento del aire, el gran pecado de la transgresión. Pues en la siega del trigo, no se producen lluvias ni truenos en aquella región. Bien, sin embargo, se añade a continuación:

(Vers. 18, 19.) Clamó Samuel al Señor, y dio el Señor voces y lluvias en aquel día: y temió todo el pueblo mucho al Señor y a Samuel. Y dijo todo el pueblo a Samuel: Ruega por tus siervos al Señor tu Dios, para que no muramos; pues hemos añadido a todos nuestros males el pedirnos un rey.

10. Lo cual ciertamente, si lo trasladamos a nuestros tiempos, para que el pueblo llegue al conocimiento de sus pecados, los predicadores claman por ellos a Dios, porque exigen la salvación de los fieles con grandes deseos. Clamar, para los predicadores, es pedir la salvación de los elegidos con gran devoción. A cuyo clamor el Señor da su voz: porque excita los corazones de los pecadores para que reconozcan la maldad de su depravación. Da lluvias: porque ayuda a los corazones excitados mediante la infusión de la gracia soberana, para que cada uno no solo abandone los males que hizo, sino que también obre con fortaleza los bienes que desea. Pero se dice que esto sucede en el día de la siega del trigo, para que se designe la virtud del milagro. Ciertamente no es menor milagro la mudanza del corazón que la perturbación del aire. No es menor milagro que los corazones áridos revivan, que el que las lluvias inunden de modo inusitado en los ardores estivales. Pues es mayor milagro sacudir la mente insensible con un sonido íntimo, que el que suene el trueno por las nubes colisionadas por el viento. Pero el recto orden de la conversión se muestra en la ordenada posición de las palabras. Pues dice: Dio el Señor voces y lluvias, y temió todo el pueblo mucho al Señor y a Samuel.

Ordinatissima quippe conversione cum malum deseritur, bonum in mente propagatur; cum conversi mens quasi per pluviam bonum semen nutrit, et se Deo et hominibus per obedientiae virtutem subdit. Bene ergo dicitur: Timuit omnis populus Dominum et Samuelem, quia qui summi Spiritus adventum suscipit, et mala deserit, et bona apprehendit, et sic Deo subditur, ut pro Deo etiam hominibus substernatur. Et quia praesumptionem in ipsa obedientiae virtute non habent, dicunt: Ora pro servis tuis ad Dominum, ut non moriamur. Cum spiritus vitae se menti infundit, protinus eam ad mortis pavorem erigit: quia magisterium ejusdem spiritus est, ut timendo mens agat, ne quod timet inveniat: sed sancti viri pro eis orantes exaudiri possunt, qui et occulta peccata cordis per humilitatem revelant confessionis. Unde et subditur: Addidimus enim universis malis nostris, ut peteremus nobis regem. Quia vero haec satis ...

(Vers. 20.) Dixit autem Samuel: Nolite timere. Vos fecistis universum malum hoc. Verumtamen nolite recedere a tergo Domini.

11. Poenitentis mens tunc bene dirigitur, si divina judicia metuat, et de Dei omnipotentis miseratione confidat. Timor quidem sine spe in desperationem praecipitat, sed cum spei conjungitur, salutem mentis operatur. Quare et summo studio invigilare optimus doctor debet, ut peccantem terreat, et territum ad veniae spem reducat: quatenus per metum peccare desinat, et per spem impetrandae indulgentiae, divinae misericordiae portum quaerat. Territos ergo subditos ad spei virtutem Samuel erigens, dicit: Vos fecistis universum malum hoc, verumtamen nolite recedere a tergo Domini. Quasi dicat: Si peccare desinitis, ad obtinendam commissorum veniam pervenire citius potestis. Nolite ergo recedere a tergo Domini. De justi laude promittitur. Praeibis enim ante faciem Domini parare vias ejus (Luc, I, 76). Hinc Elias ait: Vivit Dominus, in cujus conspectu sto (III Reg. XVII, 1). Hinc Psalmista dicit: Exsultent justi in conspectu Dei (Psal. LXVII, 4). In conspectu quidem Domini, vel ante Dominum stare, est testimonio bonae conscientiae de amore Conditoris praesumere. Stant quidem in conspectu ejus, qui ex merito magnae actionis, de superna Conditoris sui gratia securi sunt. Peccatores autem cum mala committunt, a facie Domini fugiunt, sed cum redire poenitendo deliberant, quasi post tergum Domini sunt: quia et discedere longius nolunt, et tamen praesumere de Deo quasi amici non possunt. Hinc est, quod peccatrix mulier retro stetisse dicitur, ut pedes Domini deosculari mereretur (Luc. VII, 38). Retro etiam illa stetit, quae fimbrias ejus tetigit, et a fluxu sanguinis sui curari meruit (Matth. IX, 20). Retro quidem stat pro verecundia peccati, sed tangit per virtutem spei.

Pues en una conversión ordenadísima, cuando se abandona el mal, el bien se propaga en la mente; cuando la mente del converso nutre la buena semilla como por la lluvia, y se somete a Dios y a los hombres por la virtud de la obediencia. Bien, pues, se dice: Temió todo el pueblo al Señor y a Samuel, porque quien recibe la venida del Espíritu Sumo, tanto abandona los males como aprehende los bienes, y de tal modo se somete a Dios, que por Dios se postra incluso ante los hombres. Y porque no tienen presunción en la misma virtud de la obediencia, dicen: Ruega por tus siervos al Señor, para que no muramos. Cuando el espíritu de vida se infunde en la mente, al punto la eleva al temor de la muerte: porque es magisterio del mismo espíritu que la mente obre temiendo, para que no encuentre lo que teme; pero los varones santos, rogando por ellos, pueden ser escuchados, ellos que también revelan los pecados ocultos del corazón por la humildad de la confesión. Por lo cual también se añade: Pues hemos añadido a todos nuestros males el pedirnos un rey. Porque ciertamente estas cosas...

(Vers. 20.) Y dijo Samuel: No temáis. Vosotros habéis hecho todo este mal. Pero no os alejéis de ir en pos del Señor.

11. La mente del penitente se dirige entonces bien si teme los juicios divinos y confía en la misericordia de Dios omnipotente. El temor, ciertamente, sin esperanza precipita en la desesperación, pero cuando se une a la esperanza, obra la salvación de la mente. Por lo cual el óptimo doctor debe vigilar con sumo estudio para aterrar al pecador, y al aterrado reducirlo a la esperanza del perdón: a fin de que por el miedo deje de pecar, y por la esperanza de alcanzar la indulgencia, busque el puerto de la divina misericordia. Elevando, pues, Samuel a los súbditos aterrados a la virtud de la esperanza, dice: Vosotros habéis hecho todo este mal, pero no os alejéis de ir en pos del Señor. Como si dijera: Si dejáis de pecar, podéis llegar más pronto a alcanzar el perdón de lo cometido. No os alejéis, pues, de ir en pos del Señor. Por la alabanza del justo se promete: Pues irás ante la faz del Señor a preparar sus caminos (Luc. 1, 76). De aquí dice Elías: Vive el Señor, en cuya presencia estoy (III Reg. 17, 1). De aquí dice el Salmista: Exulten los justos en la presencia de Dios (Sal. 67, 4). Estar en la presencia del Señor, o ante el Señor, es presumir del amor del Creador por el testimonio de la buena conciencia. Estén ciertamente en su presencia quienes, por el mérito de una gran acción, están seguros de la gracia soberana de su Creador. Pero los pecadores, cuando cometen males, huyen de la faz del Señor, pero cuando deliberan volver arrepintiéndose, están como tras las espaldas del Señor: porque ni quieren alejarse más, ni sin embargo pueden presumir de Dios como amigos. De aquí es que se dice que la mujer pecadora estuvo detrás, para que mereciera besar los pies del Señor (Luc. 7, 38). Detrás estuvo también aquella que tocó la orla de su vestido, y mereció ser curada del flujo de su sangre (Mt. 9, 20). Detrás, ciertamente, está por la vergüenza del pecado, pero toca por la virtud de la esperanza.

Quia ergo pro commissis iniquitatibus semper erubescere debemus, et in quibus confundimur devitare, Samuel peccatoribus imperat, ut a tergo Domini non recedant. Sed quia non sufficit conversio peccatori, ut peccata non agat, subsequenter adjunxit:

(Vers. 20.) Et servite Domino in omni corde vestro.

12. Tunc namque promereri veniam possumus, si peccare desinimus, et bonis operibus inhaeremus. In omni etenim corde Domino servire, est peccandi nullam in corde intentionem retinere. Omne quidem cor ad servitium Conditoris inflectitur, 276 quando sic bona agimus, ut mala per propositum nulla teneamus. Quod et propheta Domini Samuel aperte insinuat, cum subjungit:

(Vers. 21.) Et nolite declinare post vana, quae non proderunt vobis, neque eruent vos: quia vana sunt.

13. Ad litteram vana, simulacra daemonum appellat. Nobis autem vana illa hic accipienda sunt, quae concionator ostendit, dicens: Vanitas vanitatum, et omnia vanitas. In comparatione etenim aeternorum bonorum, vana sunt omnia, etiam bona temporalia. Quidquid enim in hoc saeculo laetum, delectabile, sublime, aut prosperum cernitur, vanum profecto est: quia difficile habetur, et cito amittitur. Repente quidem alta saeculi corruunt, pulchra transeunt, laeta et prospera evanescunt. Nam cum stare in his floribus suis mundus blandiens cernitur, repentina fortuna turbatur, aut festina, et omnia deturbante morte, concluditur. Vana ergo sunt gaudia saeculi, quae quasi manentia blandiuntur: sed amatores suos, cito transeundo, decipiunt. Dicat ergo propheta Samuel: Nolite declinare post vana, quae non proderunt vobis. Quasi dicat: Stulte appetuntur bona saeculi, quae ab appetitoribus suis non poterunt diutius teneri. Et notandum, quia de futuro dicitur: Non proderunt vobis: quia nimirum nunc prodesse cernuntur; sed cum in futuro pro eis puniri coeperint nequaquam prosunt. Unde et apte subditur: Neque eruent vos, quia vana sunt. Quasi dicat: Idcirco vos tunc non adjuvant, quia cum mundo deficiunt, et post saeculum non habentur. Multum quidem saeculi bona durant, si cum amatore usque ad extremum vitae perveniunt. Post saeculum ergo non prosunt, quae finem vitae transire non possunt. In hac quidem vita suos amatores peccatis obligant; sed tunc non eruent, ubi quidem per meritum sunt, sed per auxilium non sunt. Qua in re caute notandum est: quia eis temporalia bona non proderunt, qui post haec declinare perhibentur.

Porque, por tanto, siempre debemos avergonzarnos de las iniquidades cometidas, y evitar aquello en lo que nos confundimos, Samuel manda a los pecadores que no se alejen de ir en pos del Señor. Pero porque no basta al pecador la conversión para que no haga pecados, añadió subsecuentemente:

(Vers. 20.) Y servid al Señor de todo vuestro corazón.

12. Pues entonces podemos merecer el perdón si dejamos de pecar y nos adherimos a las buenas obras. Pues servir al Señor con todo el corazón es no retener en el corazón ninguna intención de pecar. Todo corazón se inclina, ciertamente, al servicio del Creador cuando de tal modo hacemos los bienes que no retenemos ningún mal por propósito. Lo cual también el profeta del Señor, Samuel, insinúa abiertamente cuando añade:

(Vers. 21.) Y no os desviéis tras las cosas vanas, las cuales no os aprovecharán ni os librarán, porque son vanas.

13. Según la letra llama «cosas vanas» a los simulacros de los demonios. Pero para nosotros han de aceptarse aquí aquellas cosas vanas que el Predicador muestra diciendo: Vanidad de vanidades y todo vanidad (Ecl. 1, 2). Pues en comparación de los bienes eternos, son vanas todas las cosas, incluso los bienes temporales. Pues cualquier cosa que en este siglo se ve alegre, deleitable, sublime o próspera, es ciertamente vana: porque difícilmente se posee y pronto se pierde. De repente, ciertamente, caen las cosas altas del siglo, pasan las hermosas, se desvanecen las alegres y prósperas. Pues cuando se ve al mundo halagüeño permaneciendo en estas sus flores, la repentina fortuna se turba, o por la muerte festina y que todo lo trastorna, se concluye. Vanos son, por tanto, los gozos del siglo, que halagan como si permanecieran, pero que engañan a sus amantes pasando rápidamente. Diga, pues, el profeta Samuel: No os desviéis tras las cosas vanas, las cuales no os aprovecharán. Como si dijera: Neciamente se desean los bienes del siglo, que no podrán ser retenidos por más tiempo por quienes los desean. Y ha de notarse que se dice del futuro: No os aprovecharán, porque ciertamente ahora parecen aprovechar; pero cuando en el futuro comiencen a ser castigados por ellos, de ningún modo aprovechan. Por lo cual también se añade aptamente: Ni os librarán, porque son vanas. Como si dijera: Por eso no os ayudan entonces, porque desfallecen con el mundo y tras el siglo no se poseen. Mucho duran, ciertamente, los bienes del siglo si llegan con el amante hasta el extremo de la vida. Tras el siglo, por tanto, no aprovechan las cosas que no pueden pasar el fin de la vida. En esta vida ciertamente obligan a sus amantes con pecados; pero entonces no librarán donde ciertamente están por el mérito, pero no están por el auxilio. En lo cual ha de notarse cautamente que los bienes temporales no aprovecharán a aquellos que se dice que se desvían tras ellos.

Post bona etenim temporis declinare, est in eorum appetitum defluere, amorem illorum divino amori praeferre. Merito ergo his vana non proderunt: quia ea eo ordine, quo condita sunt, habere noluere. Sed quo fructu vana despiciantur, insinuatur, dum subditur:

(Vers. 22.) Et non derelinquet Dominus populum suum propter nomen suum magnum: quia juravit Dominus facere sibi populum.

14. Magnum malum haec vana post se declinantibus ingerunt: quia dum inordinate terrena appetunt, a summo et omnipotenti Deo ad sustinenda futura tormenta deseruntur. His ergo, qui declinare post vana prohibentur, merito propheta repromittit, dicens: Non derelinquet Dominus populum suum propter nomen suum magnum. Quia qui pro ejus amore vana despiciunt, a veris malis eruuntur, et ex fide promissionis mercedem accipiunt aeternae haereditatis. Populum quippe suum Dominus facit, quem ad aeternae beatitudinis gaudia sustollit. Ibi quippe revelata majestatis suae gloria illi praesidet, quem in mundo ab amore vanitatis per occultam gratiam assumptum tenet. Jurare quidem Domino, repromittere est eumque populum suum facere, Dominus jurat, qui non declinat post vana: quia terrena despicienda sunt, ut aeternae haereditatis adipisci bona mereamur. Nec tamen ad ea posse his meritis se perduci aliquis credat; quia hic districte expressum est: Propter nomen suum magnum. Non enim bonitate nostra, sed Dei fit, 277 ut homo terrenus bonis coelestibus perfruatur. Donum quippe Dei est, non ex nobis. Sequitur:

(Vers. 23.) Absit autem a me hoc peccatum in Domino, ut cessem orare pro vobis.

15. Ille ista loquitur, cui superius de iis, quibus loquitur, Dominus ait: Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos. Ecce abjicitur propheta, et abjicientibus se loquitur dicens: Absit a me hoc peccatum in Domino, ut cessem orare pro vobis. Equidem, si secundum Legis praeceptum hoc discutitur, peccatum non esset, si pro abjicientibus se non oraret. Nam Lex Moysi praecipit, dicens: Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum (Levit. XIX, 18). Sed et qui prophetam abjiciebant, non amici, sed inimici exstiterant. Quid est ergo, quod dicit: Absit a me hoc peccatum, nisi quia vir sanctus ad charitatis verticem sublimatus, non solum diligebat amicos, sed ipsos etiam amplectebatur inimicos? Legis quidem veteris mandato instructus, sed novae gratiae fulgoribus illustratus, licentiam vetustatis Evangelica perfectione reprehendit. Quo nimirum in facto, nos nobiscum facere rationes cogimur. Hinc enim per Evangelium jubetur: Diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos (Matth. V, 44).

Pues desviarse tras los bienes del tiempo es afluir a su apetito, anteponer el amor de ellos al amor divino. Merecidamente, por tanto, a estos no les aprovecharán las cosas vanas, porque no quisieron tenerlas en aquel orden en que fueron creadas. Pero con qué fruto se desprecien las cosas vanas se insinúa cuando se añade:

(Vers. 22.) Pues no desamparará el Señor a su pueblo por su gran nombre, porque juró el Señor hacerse un pueblo para sí.

10. Para los espíritus malignos, ascender es intentar cosas altas mediante el deseo celestial con el fin de engañar los corazones de los santos. Pero bien se dice: Acamparon en Magmas: porque residen en aquellos corazones que no ven sublimados en el alto amor de las cosas celestiales. Pues Magmas se interpreta como humildad. Pero ser humillado en la sagrada elocuencia se toma a menudo por un defecto de la virtud. De donde también en esta misma historia de los reyes, Tamar, la hija del rey David, a quien se lee que su hermano Amón violó, se dice que fue humillada. Corrompida, fue ciertamente humillada: porque había permanecido como virgen sublime, y cuando perdió la alta cumbre del honor virginal, vino como de un lugar sublime a uno llano y humilde (2 Sam. 13). Sobre la futura depresión de los soberbios también se dice: Todo el que se ensalza será humillado (Luc. 14, 11): porque caen en el examen del juez superno quienes se glorían vanamente de la sublimidad de este siglo.

Bien pues se dice que los filisteos ponen sus campamentos en Magmas: porque por consejos inicuos habitan en ellos los demonios, quienes no cuidan de mantener las altas cumbres de las virtudes. Pues mientras buscan lo terreno, habitan como lugares llanos y humildes, donde los enemigos invisibles pueden poner sus campamentos fácilmente. De los cuales enemigos ciertamente se dice por el profeta: Los que dicen a tu alma: Incurvate, para que pasemos (Is. 51, 23). Erguida ciertamente es el alma sublime, encorvada la humilde: porque por la excelsitud de las virtudes y por el deseo celestial es elevada a las cosas altas: pero cuando fluye hacia los vicios o hacia el amor del siglo, cae ciertamente allí donde el enemigo que irrumpe la aplasta fácilmente. Dicen pues a tu alma: incúrvate, para que pasemos: porque si no la humillan para obrar o pensar cosas terrenas, ni la penetran con malignas persuasiones, ni la perturban con la guerra de los vicios.

11. Hinc ergo colligere possumus, quantum a saeculo actu, verbo et cogitatione longe fieri debeamus. Verba quippe nostra, cogitationes, et opera plana et humilia sunt, quando saecularia. Per haec quidem ibi sumus, ubi occultorum hostium castra libere ponuntur, ubi tanto facilius capi possumus, quanto nulla munitionis arce sublevamur. Quis enim jam fidelis nesciat: quia culpas verborum, cogitationum, et operum nostrorum colligant, et ad accusationem nostram in adventu venturi judicis servent? Unde et hunc humilem atque despectum locum Magmas fugiendum nobis esse Dominus insinuans, dicit: Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die judicii (Matth. XII, 36). Locus ergo hostium humilis dicitur; ut profecto nobis insinuet, quia verbo, cogitatione et opere semper sublimes esse debeamus.

Et quia dum in humili remissioris vitae suae loco reprobi capiuntur, exempla pravitatis ostendunt, quae aliis imitanda proponantur: ab oriente Bethaven Magmas esse dicitur. Ab oriente quidem solis lucem oriri cernimus. Reproborum autem vita, quamquam veritatem obscuritatis habeat; qui hanc tamen pro vana saeculi delectatione semper appetunt, nimirum velut falsae lucis splendore falluntur. Unde et per beatum Job dicitur: Auferetur ab impiis lux sua (Job. XXXVIII, 15). Modo quidem velut lucidum eis placet blandimentum saeculi; sed dum de saeculo exeunt, perpetuas subibunt tenebras, quas lucem esse crediderunt. Tunc videbunt quia lux non fuit, quando in adversitatem prosperitas, lux in tenebras, risus in moerorem, dulcedo in vermem, decor in deformitatem, honor in dedecus, blandimenta in poenas et aeterna tormenta commutantur.

Haec profecto, quia nunc impiorum corda non sentiunt, bonorum mores imitari refugiunt; et exemplo perditorum, quidquid de saeculo eis placet, sumere nequaquam timent: quia illos imitantur, qui per vitam reprobam habitacula daemonum facti sunt. Unde et merito domus inutilis dicuntur: quia saepe sanctorum praedicationem suscipiunt, sed verbum quod ab eorum ore audiunt, in se habitare per amorem nequaquam patiuntur. Inutilis ergo domus sunt: quia aptam in se Deo habitationem non faciunt. Hanc inutilem domum per semetipsam Veritas in Evangelio designat, dicens: Vulpes foveas habent, et volucres coeli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet (Matth. VIII, 20). Hinc iterum scriptum est: Spiritus sanctus disciplinae effugit fictum, et non habitat in corpore subdito peccatis (Sap. I, 5). Bene ergo inutilis domus habere in orientis parte Magmas dicitur: quia, qui sanctorum praedicationem spernunt, in reproborum exemplo ima et terrena quaerentium, velut in magnae lucis exortu gratulantur. Sed dum, loquentibus sacrae historiae mysteriis, malorum conversatio demonstratur, quam sit cauta sanctorum vita, subsequenter ostenditur.

11. De aquí pues podemos colegir cuánto debemos alejarnos del siglo en acto, palabra y pensamiento. Pues nuestras palabras, pensamientos y obras son llanos y humildes cuando son seculares. Por estos ciertamente estamos allí donde los campamentos de los enemigos ocultos se ponen libremente, donde tanto más fácilmente podemos ser capturados cuanto menos somos elevados por ninguna fortaleza de munición. Pues ¿qué fiel no sabe ya que ellos recogen las culpas de nuestras palabras, pensamientos y obras, y las guardan para nuestra acusación en el advenimiento del futuro Juez? De donde también el Señor, insinuando que este lugar humilde y despreciado de Magmas debe ser huido por nosotros, dice: Toda palabra ociosa que hablen los hombres, darán cuenta de ella en el día del juicio (Mt. 12, 36). El lugar pues de los enemigos se llama humilde, para que ciertamente nos insinúe que siempre debemos ser sublimes en palabra, pensamiento y obra.

Y porque mientras en el lugar humilde de su vida más remisa los réprobos son capturados, muestran ejemplos de perversidad que se propongan a otros para ser imitados: se dice que Magmas está al oriente de Bet-avén. Por el oriente ciertamente vemos surgir la luz del sol. Pero la vida de los réprobos, aunque tenga la verdad de la obscuridad, quienes sin embargo siempre la apetecen por el vano deleite del siglo, ciertamente son engañados como por el esplendor de una falsa luz. De donde también por el bienaventurado Job se dice: Se quitará a los impíos su luz (Job 38, 15). Ahora ciertamente les place como lúcido el halago del siglo; pero cuando salen del siglo, sufrirán tinieblas perpetuas, que creyeron que eran luz. Entonces verán que no fue luz, cuando la prosperidad se cambie en adversidad, la luz en tinieblas, la risa en duelo, la dulzura en gusano, el decoro en deformidad, el honor en deshonor, los halagos en penas y tormentos eternos.

Estas cosas ciertamente, porque ahora los corazones de los impíos no las sienten, rehúyen imitar las costumbres de los buenos; y por el ejemplo de los perdidos, de ningún modo temen tomar lo que les plazca del siglo: porque imitan a aquellos que por la vida réproba se han convertido en habitáculos de demonios. De donde también con mérito son llamados casa inútil: porque a menudo reciben la predicación de los santos, pero la palabra que oyen de su boca, de ningún modo permiten que habite en ellos por el amor. Son pues casa inútil: porque no hacen en sí una habitación apta para Dios. La Verdad misma designa esta casa inútil en el Evangelio diciendo: Las zorras tienen madrigueras y las aves del cielo nidos; pero el Hijo del hombre no tiene donde reclinar su cabeza (Mt. 8, 20). De aquí otra vez está escrito: El Espíritu Santo de la disciplina huye del fingido, y no habita en el cuerpo sometido a los pecados (Sab. 1, 5). Bien pues se dice que la casa inútil tiene a Magmas en la parte del oriente: porque quienes desprecian la predicación de los santos, en el ejemplo de los réprobos que buscan lo ínfimo y terreno, se alegran como en el surgimiento de una gran luz. Pero mientras, hablando los misterios de la historia sagrada, se demuestra la conversación de los malos, cuán cauta sea la vida de los santos se muestra subsiguientemente.

Nam sequitur: (Vers. 6.) Quod cum viaissent viri Israel, se in arcto sitos, afflictus est populus, et absconderunt se in speluncis, et in abditis, in petris quoque, et in antris, et cisternis.

12. In arcto quidem sumus, quando ab immundis spiritibus intus tentamur, et foris malorum hominum exempla conspicimus. Contra internam ergo malorum spirituum tentationem bene dictum est: Afflictus est populus, et contra exteriora exempla impiorum hominum, Absconderunt se. Quia blanda et laeta nobis appetenda callidus adversarius suggerit, qui nunquam melius vincitur quam si tentati ad devotae orationis lamenta curramus. Et exempla pravorum vitare citius possumus, si ea etiam respicienda non esse judicemus. Abscondi ergo sanctorum, est reproba videre dedignari. Et quia quinque sensus corporis a reproborum imitatione custodiunt, quinque etiam latibulorum genera describuntur: speluncae scilicet, abdita, petrae, antra, et cisternae. Speluncae vero montium occulta sunt: quia vero alta in coelesti desiderio sunt corda sanctorum, et malignis spiritibus clausa et inaccessibilia sunt. Speluncas ergo ingredimur, quando ad mentium secreta recurrimus, ne vagantibus oculis foris concupiscenda videamus. In abditis abscondimur, quando clausi oris silentia occulta servamus. Petras ascendimus, quando actum corporis in robusta operatione locamus. Unde et de his absconditis per prophetam dicitur sub unius assignatione: Qui claudit oculos suos, ne videat malum, et obturat aures suas, ne audiat sanguinem, et excutit manus ab omni munere: in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus (Isa. XXXIII, 15). Antra et cisternas intramus, quando et olfactum ab obscoenitatibus mundi, et aures ab audiendis vaniloquiis custodimus. Cisternae namque aquarum sanctarum Scripturarum verba sunt. In cisternis ergo abscondimur, quando ad sacri eloquii aquas ingredimur, ut per aurium officium mentium prata rigemus. Bene autem in electorum typo Israelis latibula memorantur: quia qui sensus corporis a delectationum carnalium inquinamento non protegit, occultorum hostium gladium non evadit. Dicat ergo occultae illius congressionis victoriam, dicat: Afflictus est populus. Dicat aperte objecti extra certaminis triumphos: Absconderunt se. Afflictio quippe electae mentis, omnis diabolicae tentationis peremptorius mucro est. Nam dum profunde compungitur, in superni gaudii amorem sublevatur; et tanto jam fortius oblata mundi oblectamenta respuit, quanto jam coelestia ferventius diligit, ad quae flendo conscendit.

Pues sigue: (Vers. 6.) Lo cual, cuando vieron los varones de Israel, que estaban en aprietos, se afligió el pueblo, y se escondieron en cuevas y en lugares ocultos, también en peñascos, y en grutas y cisternas.

12. Ciertamente estamos en aprietos cuando somos tentados interiormente por espíritus inmundos y vemos exteriormente los ejemplos de los hombres malos. Por tanto, contra la tentación interna de los espíritus malignos, bien se ha dicho: 'Se afligió el pueblo', y contra los ejemplos exteriores de los hombres impíos: 'Se escondieron'. Pues el astuto adversario nos sugiere cosas halagüeñas y alegres para que las deseemos, el cual nunca es mejor vencido que si, siendo tentados, corremos a los lamentos de la oración devota. Y podemos evitar más rápidamente los ejemplos de los perversos si juzgamos que ni siquiera deben ser mirados. Por tanto, el esconderse de los santos es dignarse no ver las cosas réprobas. Y porque guardan los cinco sentidos del cuerpo de la imitación de los réprobos, también se describen cinco géneros de escondrijos: a saber, cuevas, lugares ocultos, peñascos, grutas y cisternas. Pues las cuevas de los montes son cosas ocultas: porque los corazones de los santos son altos en el deseo celestial, y están cerrados e inaccesibles para los espíritus malignos. Por tanto, entramos en las cuevas cuando recurrimos a los secretos de las mentes, para no ver con ojos errantes las cosas codiciables en el exterior. Nos escondemos en lugares ocultos cuando guardamos los silencios ocultos de la boca cerrada. Subimos a los peñascos cuando colocamos el acto del cuerpo en una operación robusta. De donde también se dice de estos lugares ocultos por el profeta bajo la designación de uno: 'El que cierra sus ojos para no ver el mal, y tapa sus oídos para no oír de sangre, y sacude sus manos de todo soborno: en las alturas habitará, las fortalezas de las rocas serán su alteza' (Is. 33, 15). Entramos en grutas y cisternas cuando guardamos tanto el olfato de las obscenidades del mundo como los oídos de oír vaniloquios. Pues las cisternas de las aguas son las palabras de las Sagradas Escrituras. Por tanto, nos escondemos en las cisternas cuando entramos en las aguas de la sagrada elocuencia, para que por el oficio de los oídos reguemos las praderas de las mentes. Pero bien se mencionan los escondrijos de Israel en tipo de los elegidos: porque quien no protege los sentidos del cuerpo del manchamiento de los deleites carnales, no escapa a la espada de los enemigos ocultos. Diga pues la victoria de aquel encuentro oculto, diga: 'Se afligió el pueblo'. Diga abiertamente los triunfos del certamen puesto delante: 'Se escondieron'. Pues la aflicción de la mente electa es el filo perentorio de toda tentación diabólica. Pues mientras se compunge profundamente, es elevada al amor del gozo superno; y tanto más fuertemente rechaza ya los ofrecidos deleites del mundo cuanto más fervientemente ama ya las cosas celestiales, a las que asciende llorando.

Doctor namque egregius dicit: Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei (Act. XIV, 21). Qui certe regni coelestis introitus sic speratur in fine temporum, ut in quotidiana sanctorum vita sentiatur. Tribulatio igitur nostra superni gaudii introitus est. Merito ergo quoties electa mens in afflictionis suae lamento compungitur, se tribulando, hoc obtinet, ut intret in contemplationem illius superni regni, in quo ineffabiliter gratuletur. Et dum sancti viri amatores mundi in flore transeuntis laetitiae videre refugiunt, dum corporeos sensus suos ab eorum imitatione abscondunt, eorum, quae cernitur non est fuga, sed gloriosa victoria. Actus quidem terrenos fugiunt, sed coelestes assequuntur; mundo delitescere videntur, sed coelesti gloriae revelantur. Fugiendo igitur noxia, hostes suos validius insequuntur, et valde nobilius triumphant, cum sic ad coelestia properant, ut eos adversariorum polluta saevitia non contingant. Sequitur:

(Vers. 7.) Hebraei autem transiere Jordonem ad terram Gad, et Galaad.

13. Hoc profecto si prius juxta litteram scire volumus, Hebraei isti et timore perterriti, et ad hostes suos confugisse sentiuntur. Nam non multo post in aperta Jonathae victoria scribitur: Hebraei, qui fuerant cum Philistiim heri et nudiustertius ascenderuntque cum eis in castra, reversi sunt ut essent cum Israel, qui erant cum Saul et Jonatha (I Reg. XIV, 21). Quid vero in hoc facto signatur, nisi quod quotidie in sancta Ecclesia fieri cernimus, bonorum esse tutam et cautissimam vitam, negligentium praecipitem impatientiam? Infirmi quidem et audaces sunt curiosi ad actiones saeculi; debiles ad tolerandum bellum tentationis. Et si in his nostra discutimus, in monasteriis plerique tales inveniuntur. Intra portus quidem tranquilla inhabitant, sed aperti pelagi procellas, et tempestatum turbines nequaquam pensant. Cumque foris quasi fortes agere se magna aestimant, ad gravissima tentationum praelia faciles exeunt; ad fortes adversarios, impotentes. Ratione quidem improvidi, robore infirmi, sicut astutae tentationis fraudes non intelligunt, ita et apertas blandimentorum decipulas non evadunt. Jordanem ergo transeunt, quia ad perpetranda carnis flagitia incurvantur. Jordanis quidem, descensus eorum interpretatur. Qui ergo justitiam deserunt, ab alto monte virtutum cadunt. Quia ergo infirmi quique libenter appetunt mundi blandimenta quae cernunt, in eorum typo Hebraei non trans Jordanem perlati, sed Jordanem transire perhibentur. Transire quidem volentis est. Jordanem itaque transeunt, qui ad carnales delectationes voluntaria et festina deliberatione flectuntur.

Pues el egregio doctor dice: 'Por muchas tribulaciones nos conviene entrar en el reino de Dios' (Hch. 14, 21). El cual ingreso del reino celestial ciertamente de tal modo se espera al fin de los tiempos que se sienta en la vida cotidiana de los santos. Por tanto, nuestra tribulación es el ingreso del gozo superno. Con mérito, pues, cuantas veces la mente electa se compunge en el lamento de su aflicción, atribulándose a sí misma obtiene esto: que entre en la contemplación de aquel reino superno, en el cual se alegre inefablemente. Y mientras los varones santos rehúyen ver a los amantes del mundo en la flor de la alegría pasajera, mientras esconden sus sentidos corporales de su imitación, no es huida de lo que se ve, sino una victoria gloriosa. Ciertamente huyen de los actos terrenos, pero alcanzan los celestiales; parecen ocultarse al mundo, pero se revelan a la gloria celestial. Huyendo, pues, de lo nocivo, persiguen a sus enemigos más válidamente, y triunfan con mucha más nobleza, cuando de tal modo se apresuran a lo celestial que la contaminada ferocidad de sus adversarios no los toque. Sigue:

(Vers. 7) Pero los hebreos pasaron el Jordán a la tierra de Gad y de Galaad.

13. Ciertamente si queremos saber esto primero según la letra, se siente que aquellos hebreos estaban tanto aterrorizados por el miedo como que habían huido hacia sus enemigos. Pues no mucho después, en la victoria abierta de Jonatán, se escribe: 'Los hebreos que habían estado con los filisteos ayer y anteayer, y subieron con ellos al campamento, regresaron para estar con Israel, que estaban con Saúl y Jonatán' (I Rey. XIV, 21). Pero ¿qué se significa en este hecho, sino lo que vemos suceder diariamente en la santa Iglesia, que la vida de los buenos es segura y cautísima, y la impaciencia precipitada de los negligentes? Ciertamente los enfermos y audaces son curiosos por las acciones del siglo; débiles para tolerar la guerra de la tentación. Y si discutimos nuestras cosas en estas, muchísimos tales se encuentran en los monasterios. Dentro de los puertos ciertamente habitan cosas tranquilas, pero de ningún modo sopesan las tormentas del mar abierto y los torbellinos de las tempestades. Y cuando piensan que actúan como fuertes en el exterior, salen fácilmente a las gravísimas batallas de las tentaciones; contra adversarios fuertes, son impotentes. Imprudentes ciertamente en la razón, débiles en la fuerza, así como no entienden los fraudes de la astuta tentación, así tampoco escapan a las trampas abiertas de los halagos. Pasan pues el Jordán, porque se inclinan a perpetrar las torpezas de la carne. Pues el Jordán se interpreta como el descenso de ellos. Por tanto, quienes desertan la justicia, caen del alto monte de las virtudes. Porque, pues, todos los débiles apetecen de buen grado los halagos del mundo que ven, en su tipo se relata que los hebreos no fueron llevados a través del Jordán, sino que pasan el Jordán. Pues el pasar es propio de quien quiere. Así pues pasan el Jordán quienes se inclinan a los deleites carnales por una deliberación voluntaria y apresurada.

Possunt autem intelligi Jordanem transire, qui noviter peccare incipiunt, sed aliorum peccatorum hominum nequitias peccando transcendunt. Ad descensum quippe eorum desinendo, non transeundo pertingerent, si aliis aequalia mala facerent, et non ea audendo superarent. Et quia in nequiori etiam vita pares suos inveniunt, bene ad terram Gad et Galaad, trans Jordanem pervenire memorantur. Velut enim trans Jordanem habitant, qui per peccandi usum malis pejores fiunt. Ab hoc descensu culpae erigere peccatores venerat ille, de quo scriptum est: Venit in omnem regionem Jordanis, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum (Luc. III, 3). Qui de omnibus culpis praedicare poenitentiam venerat, in omnes utique descensus regiones venisse praedicatur. Sequitur:

(Vers. 7-9.) Cumque adhuc esset Saul in Galgala, universus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Exspectavit autem septem diebus juxta placitum Samuelis, et non venit Samuel in Galgala, dilapsusque est populus ab eo. Ait ergo Saul: Afferte mihi holocaustum et pacifica: et obtulit holocaustum.

14. Hucusque quia de Saul, ut superius dictum est, electo et bono divinus sermo locutus est; rationabile visum est, ut quae de eo dicebantur, tam per historiam quam per moralitatem, in bonam partem acciperemus. Nunc vero, quia ad locum transgressionis ejus pervenimus, nimirum necesse est, ut in eo etiam, quae sunt vitanda, videamus. Sed quid unquam studiosius vitandum electis omnibus, quam superbiae et inobedientiae malum videri debuit? Haec quippe primi angeli sublimitatem deposuit, haec perditorum spirituum gloriam stravit. Haec primo homini felicitatem abstulit; haec captivitatis humanae perpetuas aerumnas invexit. Et ecce primo angelo, primo homini, electi populi per inobedientiam rex primus adjungitur, ut dum magna proruunt, minima erigantur. Bene quippe erigimur, si et illorum lapsus aspicimus, et vitamus. Ubi ergo Saul ceciderit, attente considerandum est. Superius namque ei dixerat Samuel: Descendas ante me in Galgala. Ego quidem descendam ad te, ut offeras holocaustum, et oblationem, et immoles victimas pacificas. Septem diebus exspectabis me, donec veniam ad te: et ostendam tibi, quae facias (I Reg. X, 20). Idcirco igitur per inobedientiam cecidit, quia integris septem diebus, sicut jussus fuerat, non exspectavit. Nam in eodem loco repente subjungitur:

Pero pueden entenderse que pasan el Jordán quienes comienzan a pecar recientemente, pero trascienden las maldades de otros hombres pecadores pecando. Pues llegarían a su descenso cesando, no pasando, si hicieran males iguales a otros y no los superaran atreviéndose a ellos. Y porque encuentran a sus iguales incluso en una vida más malvada, bien se menciona que llegan a la tierra de Gad y de Galaad, al otro lado del Jordán. Pues habitan como al otro lado del Jordán quienes por el uso de pecar se hacen peores que los malos. Para levantar a los pecadores de este descenso de la culpa había venido aquel de quien está escrito: 'Vino a toda la región del Jordán, predicando el bautismo de penitencia para la remisión de los pecados' (Lc. 3, 3). Aquel que había venido a predicar la penitencia de todas las culpas, se predica que ha venido a todas las regiones del descenso. Sigue:

(Vers. 7-9) Y como Saúl estuviera todavía en Gálgala, todo el pueblo que le seguía estaba aterrorizado. Esperó pues siete días según el concierto de Samuel, y no vino Samuel a Gálgala, y el pueblo se deslizó de él. Dijo pues Saúl: Traedme el holocausto y las víctimas pacíficas; y ofreció el holocausto.

14. Hasta aquí, como se ha dicho arriba, la palabra divina ha hablado de Saúl como elegido y bueno; pareció razonable que lo que de él se decía, tanto por la historia como por la moralidad, lo tomáramos en buena parte. Pero ahora, porque hemos llegado al lugar de su transgresión, ciertamente es necesario que veamos en él también las cosas que deben ser evitadas. Pero ¿qué debió parecer que debe ser evitado con más estudio por todos los elegidos que el mal de la soberbia y la inobediencia? Esta ciertamente depuso la sublimidad del primer ángel, esta abatió la gloria de los espíritus perdidos. Esta quitó la felicidad al primer hombre; esta trajo las perpetuas miserias del cautiverio humano. Y he aquí que al primer ángel y al primer hombre, se añade por la inobediencia el primer rey del pueblo elegido, para que mientras los grandes caen, los pequeños sean levantados. Pues bien somos levantados si tanto miramos sus caídas como las evitamos. Por tanto, debe considerarse atentamente dónde cayó Saúl. Pues arriba le había dicho Samuel: 'Bajarás delante de mí a Gálgala.' Yo ciertamente bajaré a ti, para que ofrezcas holocausto, y oblación, e inmoles víctimas pacíficas. Siete días me esperarás, hasta que yo venga a ti: y te mostraré lo que hagas (I Rey. X, 20). Por eso pues cayó por la inobediencia, porque no esperó los siete días íntegros, como se le había mandado. Pues en el mismo lugar de repente se añade:

(Vers. 10.) Cumque complesset offerens holocaustum, esse Samuel veniebat. 15. Quo in loco trementi corde considerandum est, quam brevissimi temporis exspectatione neglecta, repulsus sit. Cum complesset, inquit, holocaustum, ecce Samuel veniebat. Si ergo eum solo temporis brevissimo intervallo exspectaret, quo obtulit holocaustum, securus jam regni sui robur obtinere potuisset. Itaque si tanta poena est, quando propheta despicitur: quid putamus de pelago illo divinae animadversionis incurratur, cum ipsa divina praecepta dissipantur? Et quia in momento transit carnis delectatio, et omnis peccatorum commissio, et brevis quidem est hora transgressionis, non tamen brevis poena flagitii; quia dum ad momentum in nobis regnum peccati erigimus, illa regna perdimus omnium saeculorum. Statim enim post peccatum sermo propheticus venit, ut increpet: qui adesset, si non peccaremus, ut in bono roboraret. Polluta quidem conscientia habet jam divinum eloquium contra se; quae si pollui vitaret, ab eo adjuta, et relevata proprio vigore subsisteret. Quid enim nobis aliud spiritualiter designat, quod dicitur: Cumque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat? Et si non obtulisset holocaustum, nihilominus et Samuel venisset. Sic nimirum et cum tentamur, divina gratia juxta est, quae sustinentes adjuvet: juxta et divina justitia, quae deficientes damnet. Unde sacra Scriptura nos exspectare cohortans, ait: Si spiritus potestatem habens ascenderit super te, locum tuum cito non deseras (Eccle. X, 4). Hinc propheta testificans, ait: Dominus auxiliator meus, et ideo non sum confusus (Isai. L, 7). Hinc Psalmista vicina eadem auxilia respiciens, ait: Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear (Psal. XV, 8). Sed jam propheta quid non exspectanti dicat; quid is, qui exspectare noluit, respondeat, audiamus:

(Vers. 11.) Locutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti?

16. Sciebat quidem propheta quid fecerat, sed interrogando, inobedientiae factum reprobabat. Unde et ad peccantem Adam in paradiso a Domino dicitur: Adam ubi es? (Gen. III, 9). Potest etiam per hanc interrogationem magnitudo reatus intimari. Ac si aperte dicat: Parum tibi videtur, quod inobediendo deliqueris, sed a sublimi gloriae tuae culmine delinquendo cecidisti. Nunc ergo plerique intra sanctam Ecclesiam se flagitiis obruunt, et quasi qui nulla aut minima perdant, securi sunt. Dicatur ergo lapso, dicatur: Quid fecisti?

(Vers. 10) Y como hubiera acabado de ofrecer el holocausto, he aquí que venía Samuel. 15. En el cual lugar debe considerarse con corazón tembloroso cómo, despreciada la espera de un tiempo brevísimo, fue rechazado. 'Cuando hubo acabado', dice, 'de ofrecer el holocausto, he aquí que venía Samuel'. Si, pues, lo esperara solo por el brevísimo intervalo de tiempo en el que ofreció el holocausto, ya seguro habría podido obtener la fortaleza de su reino. Así pues, si hay tanta pena cuando se desprecia a un profeta: ¿qué pensamos que se incurre de aquel mar de la animadversión divina cuando se disipan los mismos preceptos divinos? Y porque en un momento pasa el deleite de la carne y toda comisión de pecados, y es ciertamente breve la hora de la transgresión, no es sin embargo breve la pena de la torpeza; porque mientras erigimos en nosotros por un momento el reino del pecado, perdemos aquellos reinos de todos los siglos. Pues inmediatamente después del pecado viene la palabra profética para reprender; la cual estaría presente si no pecáramos, para fortalecernos en el bien. Ciertamente la conciencia manchada tiene ya el elocuencia divina contra sí; la cual si evitara mancharse, ayudada y aliviada por ella, subsistiría en su propio vigor. Pues ¿qué otra cosa nos designa espiritualmente lo que se dice: 'Y como hubiera acabado de ofrecer el holocausto, he aquí que venía Samuel'? Y si no hubiera ofrecido el holocausto, de igual modo habría venido Samuel. Así ciertamente también cuando somos tentados, la gracia divina está cerca para ayudar a los que resisten: cerca también la justicia divina para condenar a los que desfallecen. De donde la Sagrada Escritura, exhortándonos a esperar, dice: 'Si el espíritu del que tiene poder subiere sobre ti, no dejes pronto tu lugar' (Ecl. X, 4). De aquí el profeta testificando dice: 'El Señor es mi ayudador, y por eso no soy confundido' (Is. L, 7). De aquí el Salmista, mirando aquellas mismas ayudas cercanas, dice: 'Preveía al Señor siempre en mi presencia, porque está a mi diestra para que no sea conmovido' (Sal. XV, 8). Pero oigamos ya lo que el profeta dice al que no espera; lo que responde aquel que no quiso esperar:

(Vers. 11) Y le habló Samuel: ¿Qué has hecho?

16. Sabía ciertamente el profeta qué había hecho, pero interrogando, reprobaba el hecho de la inobediencia. De donde también se dice por el Señor al Adán pecador en el paraíso: 'Adán, ¿dónde estás?' (Gén. III, 9). También puede intimarse por esta interrogación la magnitud del reato. Como si dijera abiertamente: Te parece poco que hayas delinquido desobedeciendo, sino que delinquiendo has caído del sublime culmen de tu gloria. Ahora pues muchísimos dentro de la santa Iglesia se abruman de torpezas, y están seguros como quienes pierden nada o cosas mínimas. Dígase pues al caído, dígase: '¿Qué has hecho?'

Parum tibi videtur, quod te peccati sorde pollueris, quia quam aeternitatis gloriam perdideris, quam gehennae poenam merueris, non attendis. Interrogatur quidem peccator quid fecerit, ut ad cor per lamenta perducatur, ut magna se incurrisse sciat, et parum non doleat. Sed quia ex radice superbiae ipsa culpa inobedientiae nascitur, solent inobedientes reatus sui magnitudinem objurgantibus doctoribus audire, sed non humiliter confitendo satisfacere. Nam cum sublimes videri appetunt, lapsus suos ostendere dedignantur; et ideo excusationes proferunt, justitiam praetendunt; quia apparere peccatores erubescunt. Bene ergo subjungitur:

(Vers. 11, 12.) Respondit Saul: Quia vidi, quod dilaberetur a me populus, et tu non veneras juxta placitos dies. Porro Philistiim congregati fuerant in Magmas. Dixique: Nunc descendent Philistiim ad me in Galgala, et faciem Domini non placavi. Necessitate compulsus obtuli holocaustum.

17. Ecce qui de magnae transgressionis temeritate arguitur, magnas causas justitiae asserere non veretur. Vidi, inquit, quod dilaberetur populus a me. Ecce hic asseritur destitutus a populo: Porro non veneras juxta placitos dies. Hic se ostendit prophetae promissione fraudatum. Porro Philistiim congregati fuerant in Magmas. Hic pariter objicit imminens periculum congressionis. Quare ex actione sua verbum subinferens, ait: Necessitate compulsus obtuli holocaustum. Quasi dicat: Tu me de magno reatu arguis, cum reatus tanto sit levior, quanto non temeritate constat, sed necessitate. Sed qualem eum cognoscat propheta, qui se cognoscere noluit, subjungens, ait:

(Vers. 13.) Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui.

18. Superbi quique, quia per tumorem supra homines se esse arbitrantur, competenter arguuntur, cum eis divina voluntas objicitur, quam offendunt. Saul ergo superborum more arguitur, qui Domini Dei sui mandata contempsisse perhibetur. Quod tale est, ac si superbientem et contemnentem terreat, dicens: Et si homines despicis, nunc non consilium hominum, sed Domini Dei tui mandata dissipasti. Recte ergo tuum reatum pensas, si illum, quem contemnis, trementi corde consideras. Et notandum, quia non ait: Non custodisti mandata Dei tui, aut, mandata Domini tui, sed: Non custodisti mandata Domini Dei tui. Ac si aperte dicat: Ausus magnae transgressionis esset, si ille, cujus mandata despicis, tantum Dominus tuus, non etiam Deus existeret. Quantum ergo est quod committitur, cum Dei et Domini mandata negliguntur? Quia item non dixit: Domini Dei mei, aut Domini Dei nostri, divinae familiaritatis gratiam eum offendisse redarguit.

Te parece poco que te hayas manchado con la suciedad del pecado, porque no atiendes qué gloria de la eternidad has perdido, qué pena de la gehena has merecido. Ciertamente se interroga al pecador qué ha hecho, para que sea conducido al corazón por los lamentos, para que sepa que ha incurrido en grandes cosas y no se duela poco. Pero porque de la raíz de la soberbia nace la misma culpa de la inobediencia, suelen los inobedientes oír la magnitud de su reato de los doctores que los reprenden, pero no satisfacer confesando humildemente. Pues cuando apetecen parecer sublimes, se dignan no mostrar sus caídas; y por eso presentan excusas, pretenden justicia; porque se avergüenzan de aparecer pecadores. Bien pues se añade:

(Vers. 11, 12) Respondió Saúl: Porque vi que el pueblo se deslizaba de mí, y tú no había venido según los días concertados. Además los filisteos se habían congregado en Magmas. Y dije: Ahora bajarán los filisteos a mí en Gálgala, y no he aplacado la faz del Señor. Compelido por la necesidad, ofreció el holocausto.

17. He aquí que quien es reprendido por la temeridad de una gran transgresión, no teme asertar grandes causas de justicia. 'Vi', dice, 'que el pueblo se deslizaba de mí'. He aquí que aquí se afirma destituido del pueblo: 'Además, tú no habías venido según los días concertados'. Aquí se muestra defraudado por la promesa del profeta. Además, los filisteos se habían congregado en Magmas. Aquí igualmente objeta el inminente peligro del encuentro. Por lo cual, infiriendo una palabra de su acción, dice: 'Compelido por la necesidad, ofreció el holocausto'. Como si dijera: Tú me reprendes por un gran reato, cuando el reato es tanto más leve cuanto que no consta de temeridad, sino de necesidad. Pero sepamos qué lo conoce el profeta, que no quiso conocerse a sí mismo, añadiendo:

(Vers. 13) Estúpidamente has obrado, ni has guardado los mandatos del Señor tu Dios.

18. Todos los soberbios, porque por el tumor se juzgan estar por encima de los hombres, son competentemente reprendidos cuando se les objeta la divina voluntad que ofenden. Saúl, pues, es reprendido al modo de los soberbios, quien se dice que despreció los mandatos del Señor su Dios. Lo cual es tal, como si aterrara al soberbio y despreciador diciendo: Aunque desprecies a los hombres, ahora no has disipado el consejo de los hombres, sino los mandatos del Señor tu Dios. Rectamente pues sopesas tu reato, si consideras con corazón tembloroso a aquel a quien desprecias. Y debe notarse que no dice: No has guardado los mandatos de tu Dios, o, los mandatos de tu Señor, sino: 'No has guardado los mandatos del Señor tu Dios'. Como si dijera abiertamente: Sería una osadía de gran transgresión si aquel cuyos mandatos desprecias fuera solamente tu Señor, y no existiera también como Dios. ¿Cuán grande es pues lo que se comete cuando se descuidan los mandatos de Dios y Señor? Porque asimismo no dijo: del Señor mi Dios, o del Señor nuestro Dios, le redarguye de haber ofendido la gracia de la familiaridad divina.

Quasi dicat: Ejus praecepta contempsisti, qui dum te de imo extulit, dum super alios te constituit, dum regem fecit, per impositionem tantorum munerum, velut specialiter tuus fuit. Adhuc quoque subjungitur, unde transgressionis ejus audacia major esse doceatur:

(Vers. 13.) Quae, inquit, praecepit tibi.

19. Quaedam denique Dei praecepta sunt communia omnium, non specialia aliquorum. Ut ergo audacem reum temeritatis suae patenti objectione convincat, non eum praecepta communia, sed propria et singularia contempsisse demonstrat. Quae, ait, praecepit tibi. Ac si dicat: Illa Dei et Domini tui mandata contempsisti, quae non velut communia omnibus, sed velut propria, et soli tibi singulariter credita observare debuisti. Sed quid mereatur, exponit, dicens:

(Vers. 13, 14.) Quod si non fecisses, jam praeparasset Dominus regnum tuum super Israel usque in sempiternum, sed nequaquam ultra consurget.

20. Ecce quam magna perdidit, qui, ut putabat, nulla contempsit. Ecce septem diebus prophetam sustinuit; sed dum praestolari eum in fine diei desiit, gloriam tantae dignitatis amisit. Unde et per prophetam dicitur: Vae iis qui perdiderunt sustinentiam (Eccli. II, 16). Sustinentiam quidem perdunt, qui bona, quae inchoant, non consummant. Quibus nimirum vae esse dicitur: quia non solum incoepti laboris mercedem perdunt, sed etiam apostatatus sui poena feriuntur. Poena autem superbi et inobedientis regis declaratur, cum dicitur: Quod si non fecisses, praeparasset jam Dominus regnum tuum super Israel amodo et usque in sempiternum; sed non consurget. Amodo et usque in sempiternum electum regnum paratur: quia qui temporalia bene ordinant, aeternae gloriae sibi sublimitatem parant. Modo quidem electorum regnum paratur, cum per divinam gratiam recte eorum ministeria dispensantur. Quod amodo et usque in sempiternum proficit: quia de sublimi actione hujus temporis, sublimiorem illam aeternitatis gloriam promerentur in coelis. In finem itaque reprobo regi dicitur: Regnum tuum nequaquam ultra consurget. Quasi dicat: Dum a temporali rectitudine deficit, ad aeternitatis celsitudinem non pertingit. Vel idcirco ad litteram non consurgere dicitur: quia cum ipso corruit, et post ipsum in ejus filiis non remansit. Sed, ut livoris poena feriatur, non solum repulsionem suam, sed etiam electionem alienam audire compellitur. Nam subjungens propheta ait:

(Vers. 14.) Quaesivit sibi Dominus virum juxta cor suum, et praecepit ei, ut esset dux super populum suum Israel.

Como si dijera: Despreciaste los preceptos de aquel que, mientras te elevó desde lo ínfimo, mientras te constituyó sobre otros, mientras te hizo rey, por la imposición de tantos dones, fue como si fuera especialmente tuyo. Todavía también se añade aquello por lo que se enseña que la audacia de su transgresión es mayor:

(Vers. 13) Los cuales, dice, te mandó a ti.

19. Finalmente, algunos preceptos de Dios son comunes de todos, no especiales de algunos. Para convencer pues al audaz reo de su temeridad con una patente objeción, demuestra que él ha despreciado no los preceptos comunes, sino los propios y singulares. 'Los cuales', dice, 'te mandó a ti'. Como si dijera: Despreciaste aquellos mandatos de tu Dios y Señor, que debiste observar no como comunes a todos, sino como propios, y singularmente confiados a ti solo. Pero qué merezca, lo expone diciendo:

(Vers. 13, 14) Lo cual si no hubieras hecho, ya habría preparado el Señor tu reino sobre Israel para siempre, pero de ningún modo surgirá más allá.

20. He aquí cuán grandes cosas perdió quien, como pensaba, nada despreció. He aquí que durante siete días soportó al profeta; pero cuando dejó de esperarlo al fin del día, perdió la gloria de tan gran dignidad. De donde también se dice por el profeta: '¡Ay de los que perdieron la paciencia!' (Ecli. II, 16). Pierden ciertamente la paciencia quienes no consuman las cosas buenas que comienzan. De los cuales ciertamente se dice que hay un 'ay': porque no solo pierden la merced del trabajo comenzado, sino que también son heridos por la pena de su apostasía. La pena pues del rey soberbio e inobediente se declara cuando se dice: 'Lo cual si no hubieras hecho, ya habría preparado el Señor tu reino sobre Israel desde ahora y para siempre; pero no surgirá'. Desde ahora y para siempre se prepara un reino elegido: porque quienes ordenan bien las cosas temporales, se preparan para sí la sublimidad de la gloria eterna. Ahora ciertamente se prepara el reino de los elegidos, cuando por la gracia divina se dispensan rectamente sus ministerios. Lo cual aprovecha desde ahora y para siempre: porque de la acción sublime de este tiempo, merecen aquella gloria más sublime de la eternidad en los cielos. Así pues, al fin se dice al rey réprobo: 'Tu reino de ningún modo surgirá más allá'. Como si dijera: Mientras desfallece de la rectitud temporal, no alcanza la celsitud de la eternidad. O por eso se dice que no surge según la letra: porque se derrumbó con él, y no permaneció en sus hijos después de él. Pero, para que sea herido por la pena de la envidia, es compelido a oír no solo su propia repulsa, sino también la elección ajena. Pues añadiendo el profeta dice:

(Vers. 14) Se ha buscado el Señor un varón según su corazón, y le ha mandado que sea jefe sobre su pueblo Israel.

21. Per omnia verba haec superbus eliditur: Quaesivit, inquit, virum juxta cor suum. Quasi dicat: Ideo eum quaesivit, quia tu juxta cor suum esse noluisti. Quasi dicat: Talem virum populi sui ducem constituit, qui praeceptum divini consilii exsequatur virtute devotionis. Quia enim corde ea quae agere volumus, deliberare solemus: dum usu nostrae locutionis cor Dei in sacro eloquio ponitur, per eum voluntas ejus intima designatur, quae a nobis tunc foris agnoscitur, quando inobedientiae praecepta revelantur. Juxta eam vero sumus, quando hanc, et per intellectum agnoscimus, et per amorem custodimus. Bene ergo de Domino propheta Samuel dicit: Quaesivit sibi virum juxta cor suum, et praecepit, ut esset dux super populum suum. Quia illo aliis utiliter praecipit, qui obedire Deo perfecte jam novit; qui solum hoc praecipit, quod ex consilio procedit intimae veritatis.

22. Sed quid est, quod quasi de praeterito dicitur: Quaesivit sibi Dominus virum, et praecepit ei, ut esset dux, cum non fuerit quaesitus, nec ei, ut populo suo praeesset, injunctum? Nam postquam Saul percussit Amalech, eidem prophetae Dominus ait: Imple cornu tuum oleo, et veni, mittam te ad Isai Bethlehemitem (I Reg. XVI, 1). Sed haec quaestio facile solvitur, si omnipotentis Dei praescientia, et praedestinatio videatur. Ei quidem praedestinare, facere est, et apud ipsum jam facta sunt, quae ab ipso fieri praeordinata sunt. Unde et de eo scriptum est: Fecit, quae futuro sunt (Isa. XLV, 11, sec. LXX).

Sed quaesisse virum Deus dicitur, ut eligendorum antistitum forma hominibus praebeatur. Quaerere enim solemus, quae aut praesentia non cognoscimus, aut absentia non videmus. Deus autem, cui nihil est absens, nihil latens, non dicitur quaesisse virum, ut absentem, aut absconditum: sed quaesisse dicitur, ut omnis, qui ad sanctae Ecclesiae culmen eligitur, discutiendus ab hominibus esse doceatur. Sed quaeri debet secundum cor Dei; ut videlicet non solum divinam voluntatem intelligat, sed bonis operibus ostendat. Quia item electi viri ad honorem primatus non ex ambitione veniunt, sed coacti perducuntur, bene dictum est: Et praecepit ei, ut esset dux: Quasi dicat: In honorem praelationis non per ambitionem subiit, sed coactus ascendit.

21. Por todas estas palabras el soberbio es abatido: 'Se ha buscado', dice, 'un varón según su corazón'. Como si dijera: Por eso lo buscó, porque tú no quisiste ser según su corazón. Como si dijera: Tal varón constituyó por jefe de su pueblo, que ejecute el precepto del consejo divino por la virtud de la devoción. Porque pues solemos deliberar en el corazón las cosas que queremos hacer: mientras por el uso de nuestra locución se pone el corazón de Dios en el sagrado elocuencia, por él se designa su voluntad íntima, la cual es reconocida por nosotros entonces en el exterior, cuando se revelan los preceptos de la inobediencia. Ciertamente estamos cerca de ella cuando tanto reconocemos ésta por el intelecto, como la guardamos por el amor. Bien pues del Señor dice el profeta Samuel: 'Se ha buscado un varón según su corazón, y le ha mandado que sea jefe sobre su pueblo'. Porque aquel manda a otros útilmente, que ya sabe obedecer a Dios perfectamente; quien solo manda esto que procede del consejo de la verdad íntima.

22. ¿Pero qué es lo que se dice casi de pasado: 'Se ha buscado el Señor un varón, y le ha mandado que sea jefe', cuando no había sido buscado, ni se le había mandado que presidiera sobre su pueblo? Porque después de que Saúl hirió a Amalec, el Señor dijo al mismo profeta: 'Llena tu cuerno de aceite, y ven, que te enviaré a Isaí de Belén' (I Rey. 16, 1). Pero esta cuestión se resuelve fácilmente si se considera la presciencia y la predestinación de Dios omnipotente. Para Él, ciertamente, predestinar es hacer, y ante Él ya están hechas las cosas que han sido preordinadas por Él para ser hechas. De donde también se ha escrito de Él: 'Hizo las cosas que han de venir' (Isa. 45, 11, según LXX).

Pero se dice que Dios buscó a un varón para que se ofrezca a los hombres el modelo de los prelados que han de ser elegidos. Pues solemos buscar las cosas que, o bien presentes no conocemos, o ausentes no vemos. Mas Dios, para quien nada está ausente, nada oculto, no se dice que haya buscado a un varón como a alguien ausente o escondido; sino que se dice que buscó para que todo aquel que es elegido a la cumbre de la santa Iglesia sea enseñado a ser examinado por los hombres. Pero debe buscarse según el corazón de Dios; para que, a saber, no solo entienda la voluntad divina, sino que la muestre con buenas obras. Porque asimismo los varones elegidos no llegan al honor del primado por ambición, sino que son conducidos forzados, bien se ha dicho: 'Y le mandó que sea jefe': Como si dijera: No entró en el honor de la prelatura por ambición, sino que ascendió forzado.

Potest etiam intelligi vir pro fortitudine; secundum cor Dei, pro interna charitate. Quando igitur necessitas exigit, ad curam sanctae Ecclesiae quaeratur vir, ut sit conversatione fortis; quaeratur secundum cor Dei, ut per effectum magni amoris, quasi unitus sit divinae voluntati: praecipiatur ei, ut sit dux; quatenus sublimitatis ordinem conscendere ex cupiditate non ambiat, sed ex humilitate pertimescat: sicque sibi humilis metuat, ut subdi praecepto Dei devotius agnoscat. Sed quia his verbis propheta lapsi regis vitam reprehenderat, sequitur:

(Vers. 15.) Surrexit autem Samuel, et ascendit de Galgalis in Gabaa Benjamin.

23. Quasi ab alto ad planum sanctae Ecclesiae doctor venit, quando peccatorum culpas redarguit, et status sui sublimitatem curvat, cum ad discutienda malorum crimina se per affectum charitatis humiliat. Bene ergo de eo, qui peccatorem arguerat, dicitur: Surrexit, et ascendit. Surgit quippe electus praedicator, quando ad altitudinem suae spiritualis conversationis se per intentionem erigit: ascendit autem, quando ad arduam ejusdem vitae suae celsitudinem per consuetum opus venit. Coelestia quidem desideria, spirituales virtutes, bona opera in sublimi sunt: affectus terreni, concupiscentiae saeculares, vitia et peccata in infimis. Doctor vero, ut lapsos bene corrigat, prius culpas discutiendo invenit, deinde inventas ferit. Ut ergo quae feriat, perspicue et aperte videat, mentis oculos ad videnda ima peccatorum vulnera curvat. Sed perspecta non ferit, si ad tangenda ea in infimis, non descendit.

Surgere ergo et ascendere propheta dicitur, quia electi doctores sic ad ima nostra videnda et emendanda plerumque veniunt, ut redire statim ad alta conversationis suae nunquam obliviscantur. Quibus etiam verbis sacerdotalis animi libertas asseritur. Nam plerique alios increpant, qui semetipsos validissimo irae bello perturbant. Post increpatas vero culpas surgere et ascendere nequeunt: quia in semetipsis turbidi, ad alta intimae quietis progredi nequaquam permittuntur. Quidem coercendas aliorum turpitudines audiunt; sed cum ad cogitanda ima descenderint, noxia eorum delectatione sordidantur. Infirmi quidem et tanti ministerii impares, dum solvere inferius aliorum nodos gestiunt, illos non liberant, sed semetipsos ligant. Quid ergo significat, quod de Samuele dicitur: Surrexit, et ascendit, nisi quod in perfectioribus viris aspicimus, qui sic nostra inquinamenta respiciunt, ut ab eis nequaquam sordidentur: sic nobis irascuntur, ut quietis intus secreti sui alta conscendere velociter possint? Fortes namque et potentes sunt, et qui magna et fortia sua leviter ferunt, nostris infirmitatibus non gravantur.

También puede entenderse 'varón' por la fortaleza; 'según el corazón de Dios', por la caridad interna. Cuando, por tanto, la necesidad lo exija, búsquese un varón para el cuidado de la santa Iglesia, que sea fuerte en su conducta; búsquese según el corazón de Dios, para que por el efecto de un gran amor, esté como unido a la voluntad divina: mándesele que sea jefe; a fin de que no pretenda ambiciosamente ascender al orden de la sublimidad por codicia, sino que lo tema grandemente por humildad: y así tema para sí como humilde, que reconozca con más devoción estar sometido al precepto de Dios. Pero porque con estas palabras el profeta había reprendido la vida del rey caído, sigue:

(Vers. 15.) Se levantó, pues, Samuel, y subió de Gálgala a Gabaa de Benjamín.

23. Como desde lo alto al llano viene el doctor de la santa Iglesia, cuando redarguye las culpas de los pecadores, y encorva la sublimidad de su estado, cuando para discutir los crímenes de los malos se humilla por el afecto de la caridad. Bien, pues, de aquel que había reprendido al pecador, se dice: 'Se levantó, y subió'. Pues surge el predicador elegido cuando se yergue por la intención hacia la altura de su conducta espiritual: pero sube cuando llega a la ardua celsitud de esa misma vida suya por la obra acostumbrada. Los deseos celestiales, ciertamente, las virtudes espirituales, las buenas obras están en lo sublime: los afectos terrenos, las concupiscencias seculares, los vicios y los pecados en lo más ínfimo. Mas el doctor, para corregir bien a los caídos, primero encuentra las culpas discutiéndolas, y luego hiere las encontradas. Por tanto, para que vea clara y abiertamente lo que ha de herir, encorva los ojos de la mente para ver las heridas más ínfimas de los pecadores. Pero no hiere las cosas percibidas si no desciende a tocarlas en lo más ínfimo.

Se dice, pues, que el profeta surge y sube, porque los doctores elegidos suelen venir así a ver y emendar nuestras cosas más ínfimas, de modo que nunca se olviden de volver inmediatamente a las alturas de su conducta. Con cuyas palabras también se aserta la libertad del ánimo sacerdotal. Pues muchísimos increpan a otros, perturbándose a sí mismos con una fortísima guerra de ira. Pero después de increpadas las culpas no pueden surgir y subir: porque, turbios en sí mismos, de ningún modo se les permite progresar hacia las alturas de la quietud íntima. Algunos, ciertamente, oyen las torpezas de otros para que sean coercidas; pero cuando han descendido a pensar en lo más ínfimo, se manchan con su nociva delectación. Los débiles, por cierto, y desiguales a tan gran ministerio, mientras ansían desatar más abajo los nudos de otros, no los liberan a ellos, sino que se ligan a sí mismos. ¿Qué significa, pues, lo que se dice de Samuel: 'Se levantó, y subió', sino lo que vemos en los varones más perfectos, que de tal modo miran nuestras inmundicias que de ningún modo se manchan con ellas: de tal modo se airan con nosotros, que pueden subir velozmente a las alturas de su quietud secreta interior? Pues son fuertes y potentes, y quienes llevan sus cosas grandes y fuertes con ligereza, no son gravados por nuestras debilidades.

Et quia in correctione nostra sanctae Scripturae testimonia proferunt, a Galgalis surgere, et ascendere perhibentur. Galgala quidem, ut plerumque jam dixi, rota nominatur. Testimonia vero Scripturarum, quia per diversos sensus in nostra eruditione volvuntur, velut rotae sunt. Et quia cum sancti praedicatores subditorum sollicitudinem deserunt, in aeternae vitae contemplatione sublimantur, in Gabaa Benjamin Samuel ascendere dicitur. Gabaa denique Benjamin, collis filii dextrae interpretatur. Quis ergo est filius dextrae, nisi quem sancta Evangelia confitentur ad coelos ascendere, et ad dextram Dei Patris sedere? Collis igitur filii dextrae, aeterna est celsitudo Redemptoris. Quando enim ima nostra sancti praedicatores deserunt, in alta illa divina Redemptoris per intentionem surgunt, et per visionem conscendunt.

24. Potest et secundum historicum sensum simplicius intelligi hoc, quod dicitur: Surrexit, et ascendit: quia videlicet in rege, quem arguerat, humilitatem poenitentiae, qua manere cogeretur, minime cognovit. Idem tamen rex in ministerio relinquitur, ut ipsa prophetae separatione corrigatur; quia plerumque quos praedicatoris verba non corrigunt, dividi a praedicatorum familiaritate, vel a sanctae Ecclesiae unitate pertimescunt. Juxta praedicatores duri sunt, sed separati resipiscunt; et qui inobediendo peccaverunt, obedire Deo, jam humiliter parant. Unde et rex Saul non multo post demoliri Amalechitas praecipitur: ut, si mandatum Domini ejusdem caede gentis perficeret, prioris inobedientiae nexus enodaret (I Reg. XV). Separatus quidem a propheta, ea agere visus est, ut ad agenda alia juberetur. Quare et subditur:

(Vers. 15.) Et reliqui populi ascenderunt post Saul obviam populo, qui expugnabat illos: venientes ex Galgala in Gabaa Benjamin.

25. Nonnulli sic in peccato corruunt, ut in nullo bono opere teneantur: nonnulli vero dum mala se perpetrasse recolunt, agere bona instantius conantur. Agendo quippe bona, mala quae relinquunt operiunt: ne ab aeterno judice detecta judicentur. Hoc nimirum si factum Saul in bonam partem deducimus, hoc invenimus; quia qui prius in sacrificio, metuens prophetae mandata contempsit, postea vero ad eos, quos metuerat, conterendos populi Dei adversarios festinavit. Quo in loco etiam hoc notandum est, quia quem propheta deseruit, ad experienda bella hostium de Galgalis ascendit.

Y porque en nuestra corrección presentan los testimonios de la Sagrada Escritura, se afirma que surgen de Gálgala y suben. Gálgala, ciertamente, como ya he dicho muchísimas veces, se denomina rueda. Pero los testimonios de las Escrituras, porque se revuelven en nuestra erudición por diversos sentidos, son como ruedas. Y porque cuando los santos predicadores desamparan la solicitud por los súbditos, son sublimados en la contemplación de la vida eterna, se dice que Samuel sube a Gabaa de Benjamín. Finalmente, Gabaa de Benjamín se interpreta como el collado del hijo de la diestra. ¿Quién es, pues, el hijo de la diestra, sino aquel a quien los santos Evangelios confiesan que sube a los cielos, y que se sienta a la diestra de Dios Padre? El collado del hijo de la diestra, por tanto, es la celsitud eterna del Redentor. Pues cuando los santos predicadores desamparan nuestras cosas más ínfimas, surgen por la intención hacia aquellas cosas divinas altas del Redentor, y suben por la visión.

24. También puede entenderse más simplemente según el sentido histórico esto que se dice: 'Se levantó, y subió': porque, a saber, reconoció muy poca humildad de penitencia en el rey a quien había reprendido, por la cual se viera compelido a permanecer. Sin embargo, el mismo rey es dejado en su ministerio, para que sea corregido por esa misma separación del profeta; porque muchísimos a quienes las palabras del predicador no corrigen, temen grandemente ser divididos de la familiaridad de los predicadores, o de la unidad de la santa Iglesia. Junto a los predicadores son duros, pero separados recapacitan; y quienes pecaron inobedeciendo, ya se preparan humildemente para obedecer a Dios. De donde también al rey Saúl, no mucho después, se le manda demoler a los amalecitas: para que, si cumpliera el mandato del Señor con la matanza de la misma nación, desatara los nudos de su anterior inobediencia (I Rey. 15). Separado, por cierto, del profeta, pareció hacer aquellas cosas, de modo que se le mandara hacer otras. Por lo cual también se añade:

(Vers. 15.) Y el resto del pueblo subió tras Saúl al encuentro del pueblo que los combatía: viniendo de Gálgala a Gabaa de Benjamín.

25. Algunos caen de tal modo en el pecado que no se mantienen en ninguna buena obra; otros, en cambio, mientras recuerdan que han perpetrado males, se esfuerzan más instantáneamente por obrar bienes. Al obrar bienes, ciertamente, cubren los males que dejan atrás, para que no sean juzgados como descubiertos por el juez eterno. Esto, sin duda, si llevamos el hecho de Saúl a la buena parte, esto encontramos: porque quien antes en el sacrificio, temiendo, despreció los mandatos del profeta, después en verdad se apresuró a triturar a aquellos a quienes había temido, los adversarios del pueblo de Dios. En este lugar también debe notarse esto: que aquel a quien el profeta desamparó, subió de Gálgala para experimentar las guerras de los enemigos.

Plerosque etenim peccatores justa praedicatorum severitas projicit, quos tamen divina memoria non relinquit. Solatia et adhortationes rectorum propter culpas amittunt: sed sacras Scripturas consulunt, propositum resumunt; et qui inobedientiae malo velut lapsi jacuerant, erecti per obedientiae fervorem ad occultorum hostium bella procedunt.

Bene ergo de Galgalis, id est de rotis venire memorantur: quia de sanctis Scripturis accipiunt, unde adversae partis militiam comprimere fortiter possint. Quia vero perditae conversationis altitudinem recuperare vincendo satagunt, in Gabaa Benjamin ascendere dicuntur. Quia item alii in latibulis se clauserant, alii ad hostes confugerant, reliqui populi vocantur, qui nullo sunt timore perterriti, sed cum rege suo ad locum festinant congressionis. Quod etiam nunc in Ecclesia videmus: quia videlicet plerique quasi parvuli proficere per privatae vitae studium proponunt, plerique fortes in expositis quoque maligni hostis certaminibus audaces sunt; ut aperte videant saeculi blandimenta, quae appetant, sed appetere visa contemnunt. Hi quidem non in latibulis, sed in aperti certaminis campo consistunt, expositi ad praelium, fortes ad triumphum, qui pugnare possunt, et nequeunt superari. Unde et per perfectum numerum designantur, cum subditur:

(Vers. 15.) Et recensuit Saul populum qui inventus fuerat cum eo, quasi sexcentos viros.

26. Septem quippe diebus hebdomada impletur, sed unus eorum ad operandum prohibitus est, sex vero in boni operis studio conceduntur. Centenarius autem numerus summam continet numerorum. In sexcentis ergo viris, qui alii designantur, nisi qui opere, et cordis deliberatione robusti sunt? Nam quidam fortia proponunt, sed quia quod proponunt, non faciunt, ad sexcentorum virorum numerum non pertingunt. In sexcentis ergo viris, fortes operarii sanctae Ecclesiae designantur, quia magna proponunt, et rigorem propositi, fortitudine complent bonae operationis. Qui bene cum rege inventi perhibentur, quia cum pastoribus sanctae Ecclesiae in bona voluntate, et pia actione conveniunt. Cum eis namque sunt, a quibus nec voluntate discrepant, nec operatione discordant. Qui sic convenire dicuntur, ut excellere praedicatorum dignitas sentiatur; quia etsi idem bonum subditi, quod praedicatores volunt, faciunt, illi tamen in eodem bono praecipui sunt, quorum, ut ordo est celsior, ita et ardentior virtus animi, et robustior nixus operationis. Quare et separatim de rege, et ejus filio dicitur:

Pues la justa severidad de los predicadores expulsa a muchísimos pecadores, a quienes sin embargo la memoria divina no abandona. Pierden los consuelos y exhortaciones de los rectores a causa de sus culpas, pero consultan las sagradas Escrituras, reasumen su propósito; y quienes por el mal de la inobediencia habían yacido como caídos, erguidos por el fervor de la obediencia proceden a las guerras de los enemigos ocultos.

Bien, pues, se menciona que vienen de Gálgala, esto es de las ruedas: porque reciben de las sagradas Escrituras aquello con lo que puedan reprimir fuertemente la milicia de la parte adversa. Pero porque se ocupan en recuperar venciendo la altura de su conducta perdida, se dice que suben a Gabaa de Benjamín. Porque asimismo otros se habían cerrado en escondrijos, otros habían huido a los enemigos, se llaman 'el resto del pueblo' quienes por ningún temor fueron aterrados, sino que con su rey se apresuran al lugar del encuentro. Lo cual vemos también ahora en la Iglesia: porque, a saber, muchos como pequeñuelos se proponen aprovechar por el estudio de la vida privada, muchos fuertes son audaces también en los certámenes expuestos del enemigo maligno; de modo que vean abiertamente los halagos del mundo que pudieran apetecer, pero desprecian lo que se ve que apetecen. Estos, ciertamente, no consisten en escondrijos, sino en el campo de certamen abierto, expuestos para la batalla, fuertes para el triunfo, que pueden luchar y no pueden ser superados. Por lo cual también son designados por un número perfecto, cuando se añade:

(Vers. 15.) Y contó Saúl el pueblo que había sido hallado con él, como seiscientos varones.

26. Por siete días se completa la semana, pero uno de ellos está prohibido para trabajar, y seis ciertamente se conceden en el estudio de la buena obra. Pero el número centenario contiene la suma de los números. En los seiscientos varones, ¿quiénes otros son designados sino quienes son robustos en la obra y en la deliberación del corazón? Pues algunos proponen cosas fuertes, pero porque no hacen lo que proponen, no alcanzan el número de seiscientos varones. En los seiscientos varones, por tanto, son designados los fuertes operarios de la santa Iglesia, porque proponen cosas grandes, y cumplen el rigor de su propósito con la fortaleza de la buena operación. Quienes bien se afirma que fueron hallados con el rey, porque convienen con los pastores de la santa Iglesia en la buena voluntad y la acción piadosa. Pues están con ellos aquellos de quienes ni discrepan en la voluntad, ni descuerdan en la operación. Quienes se dice que convienen de tal modo que se sienta que sobresale la dignidad de los predicadores; porque aunque los súbditos hagan el mismo bien que los predicadores quieren, sin embargo aquellos son excelentes en ese mismo bien cuya virtud del ánimo es tanto más ardiente, y el esfuerzo de la operación más robusto, cuanto su orden es más excelso. Por lo cual también se dice separadamente del rey y de su hijo:

(Vers. 16.) Et Saul, et Jonathas. Ut quid enim separatim rex, et ejus filius nominatur, nisi quia actio boni praesulis claret esse singularis? Et because omnium fidelium subditorum non est uniformis aequalitas, sequitur:

(Vers. 16.) Et populus, qui inventus in Gabaa Benjamin.

27. Satis replicatum est, quod Gabaa collis interpretatur. Collis vero non summitas, sed montium est altitudo summitati vicina. Quid vero in isto colle, nisi alta et perfecta vita intelligitur fidelium subditorum? Haec nimirum quamvis praedicatorum celsitudini aequa non sit, tamen ab aliorum meritis valde cernitur esse sublimis. Unde et de quibusdam praecipuis electis in Apocalypsi legitur: Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia (Apoc. XIV, 3). Quos et clarius demonstrans, ait: Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, et sequuntur agnum, quocunque ierit. Dum ergo spiritualia praelia describuntur, populus inventus in Gabaa Benjamin specialiter recensetur, quia virginum chorus contra immundorum spirituum ferocitatem tanto violentior est, quanto nullo eorum vulnere saucius, nulla eorum suggestionis sorde pollutus. Liber quippe et integer, expeditus est ad occursum, fortis ad ictum. An non in colle filii dextrae sunt, quos integritatis suae merito dilectus Jesu respicit, dicens: Vidi supra montem Sion agnum stantem, et cum eo centum quadraginta quatuor millia? (Apoc. XIV, 1.) Sed et nisi valde fortes essent, ad tantam celsitudinem fatigati ascendere nequaquam possent. Item nisi omnium cogitationum liberi essent, post agnum ubique currere non valerent. Quia ergo in occulti certaminis triumpho virgo quisque mirabilis est, dum ordo congressionis describitur, sub typo populi Gabaa, virginitatis specialis dignitas memoratur. Sequitur:

(Vers. 16-18.) Porro Philistiim conscenderant in Magmas. Et egressi sunt ad praeliandum de castris Philistiim tres cunei: unus cuneus pergebat contra viam Ephraim, ad terram Saul; porro alius ingrediebatur per viam Bethoron; tertius autem vertit se ad viam termini in terra Sabaa, imminenti valli Seboim, contra desertum.

28. Quid est, quod Philistaei tres cuneos faciunt nisi quia maligni spiritus cordi nostro, linguae, et operi inserere perversa moliuntur? Quia enim cogitando, vel loquendo, sive faciendo omne peccatum committitur, tres sunt Philistinorum cunei: quia maligni spiritus impellere ad peccandum animas satagunt, negligentia cordis, effrenatione oris, audacia perversi operis. Unde et primus cuneus contra viam Ephraim pergere dicitur, quia expugnare innocentiam a corde incipiunt. Via quippe Ephraim, id est fructiferi cordis, bona est cogitatio.

(Vers. 16.) Y Saúl, y Jonatán. ¿Pues para qué se nombra separadamente al rey y a su hijo, sino porque la acción del buen prelado se aclara que es singular? Y porque no es uniforme la igualdad de todos los fieles súbditos, sigue:

(Vers. 16.) Y el pueblo que fue hallado en Gabaa de Benjamín.

27. Se ha repetido suficientemente que Gabaa se interpreta como collado. Ahora bien, el collado no es la cima, sino que es la altitud de los montes cercana a la cima. ¿Qué se entiende en ese collado sino la alta y perfecta vida de los fieles súbditos? Ésta, sin duda, aunque no sea igual a la celsitud de los predicadores, sin embargo se percibe claramente que es sublime muy por encima de los méritos de los demás. De donde también de ciertos principales elegidos se lee en el Apocalipsis: 'Nadie podía decir el cántico, sino aquellos ciento cuarenta y cuatro mil' (Apoc. 14, 3). Mostrándolos más claramente, dice: 'Éstos son los que con mujeres no se mancharon, pues son vírgenes, y siguen al Cordero por dondequiera que vaya'. Mientras, pues, se describen las batallas espirituales, el pueblo hallado en Gabaa de Benjamín se cuenta especialmente, porque el coro de las vírgenes es tanto más violento contra la ferocidad de los espíritus inmundos, cuanto por ninguna herida de ellos ha sido llagado, por ninguna suciedad de su sugestión ha sido polucionado. Libre, pues, e íntegro, está expedito para el encuentro, fuerte para el golpe. ¿Acaso no están en el collado del hijo de la diestra aquellos a quienes el amado Jesús mira por el mérito de su integridad, diciendo: 'Vi sobre el monte Sión al Cordero en pie, y con él ciento cuarenta y cuatro mil'? (Apoc. 14, 1.) Pero también, si no fuesen muy fuertes, fatigados de ningún modo podrían ascender a tan gran celsitud. Asimismo, si no fuesen libres de todos los pensamientos, no valdrían para correr por todas partes tras el Cordero. Porque, por tanto, en el triunfo del certamen oculto cada virgen es admirable, mientras se describe el orden del encuentro, bajo el tipo del pueblo de Gabaa, se menciona la especial dignidad de la virginidad. Sigue:

(Vers. 16-18.) Por lo demás, los filisteos habían subido a Magmas. Y salieron a pelear del campamento de los filisteos tres escuadrones: un escuadrón iba por el camino que lleva a Efraín, hacia la tierra de Saúl; por lo demás, otro entraba por el camino de Bet-horón; el tercero, en cambio, se volvió al camino del término en la tierra de Sabá, que amenaza el valle de Seboím, contra el desierto.

28. ¿Por qué los filisteos forman tres escuadrones, sino porque los espíritus malignos se esfuerzan por insertar cosas perversas en nuestro corazón, lengua y obra? Porque pues todo pecado se comete pensando, o hablando, o haciendo, tres son los escuadrones de los filisteos: porque los espíritus malignos se ocupan en empujar a las almas a pecar por negligencia del corazón, desenfreno de la boca y audacia de la obra perversa. De donde también el primer escuadrón se dice que va contra el camino de Efraín, porque comienzan a atacar la inocencia desde el corazón. El camino de Efraín, a saber, del corazón fructífero, es el buen pensamiento.

Contra viam ergo Ephraim primus Philistinorum cuneus pergit: quia occulti adversarii, si prius usum bonae cogitationis a mente non auferunt, ad eradicandos virtutum ejus fructus pervenire non possunt. Contra Ephraim igitur viam veniunt, quando bonae cogitationi insidiantur, qua via ad terram Saul tendere dicitur. Quid enim est aliud mens electi discipuli, nisi fructifera valde terra doctoris? Unde et Dominus in Evangelio parabolam seminum exponens, ait: Quod cecidit in terram bonam hi sunt, qui in corde bono et optimo verbum excipiunt, et fructum afferunt in patientia (Luc. VIII, 15). Dicitur ergo de primo cuneo Philistinorum: Pergebant contra viam Ephraim: ut dum litterae sensum spiritualem percipimus, cogitationis aditum malignis spiritibus obstruamus.

Sed dum cor munimus, linguam pariter a superfluis locutionibus refrenare compellimur. Unde et secundus cuneus per viam Bethoron ingredi dicitur; Bethoron quippe, domus irae interpretatur. Domus vero irae, est mens usui serviens linguae litigiosae. Quam certe domum sapiens ille insinuat, qui ait: Ira requiescit in sinu stulti (Eccl. VII, 11). Per hanc quidem ad cor stulti hostes ingrediuntur, quia maligni spiritus, dum ad effrenata verba linguam solvunt, iras accendunt, et mutuam fidelium charitatem feriunt. Qui ergo cavere cogitationes noxias didicit, si oris custodiam tenere non novit, unius cunei impetum vicit, alterius non evasit. Tertius vero cuneus vertit se ad iter termini. Quis est terminus cogitationis et verbi, nisi consummatio boni operis? Nam idcirco bona cogitamus et loquimur, ut ea ad finem boni operis perducamus. Sed cum antiquus hostis verbis et cogitationibus nocere non praevalet, in finem laqueos tendit, et bonum opus fidelium evacuare, vel impedire appetit. Quod vero est iter termini, nisi studium bonae operationis? Quia ergo multis insidiis maligni spiritus nituntur, ut studium boni operis deseratur, ad iter termini tertius cuneus verti dicitur. Potest etiam in hoc termino, vitae nostrae finis intelligi. Ad iter vero termini cuneus vertitur, quia interrumpere hostis opus bonum nititur, ne usque ad vitae finem perducatur. Unde et Psalmista lapsorum fletus in se exprimens, ait: Funes extenderunt in laqueum pedibus meis, juxta iter scandalum posuerunt mihi (Psal. CXXXIX, 6). Juxta iter quidem scandalum ponitur, ut bona electorum opera ante hujus vitae consummationem deserantur.

Contra el camino de Efraín, por tanto, va el primer escuadrón de los filisteos: porque los adversarios ocultos, si antes no quitan de la mente el uso del buen pensamiento, no pueden llegar a erradicar los frutos de sus virtudes. Por tanto, vienen contra el camino de Efraín cuando acechan al buen pensamiento, por el cual se dice que el camino tiende hacia la tierra de Saúl. Pues ¿qué otra cosa es la mente del discípulo elegido sino la tierra muy fructífera del doctor? De donde también el Señor en el Evangelio, exponiendo la parábola de las semillas, dice: 'Lo que cayó en tierra buena son éstos que en un corazón bueno y óptimo reciben la palabra, y dan fruto en paciencia' (Luc. 8, 15). Se dice, pues, del primer escuadrón de los filisteos: 'Iban contra el camino de Efraín': para que mientras percibimos el sentido espiritual de la letra, obstruyamos a los espíritus malignos la entrada del pensamiento.

Pero mientras fortalecemos el corazón, nos vemos obligados asimismo a refrenar la lengua de las locuciones superfluas. De donde también el segundo escuadrón se dice que entra por el camino de Bet-horón; Bet-horón, ciertamente, se interpreta como casa de la ira. Ahora bien, la casa de la ira es la mente que sirve al uso de la lengua litigiosa. La cual casa ciertamente sugiere aquel sabio que dice: 'La ira descansa en el seno del necio' (Ecl. 7, 11). Por ella, ciertamente, los enemigos entran al corazón del necio, porque los espíritus malignos, mientras sueltan la lengua a las palabras desenfrenadas, encienden las iras y hieren la mutua caridad de los fieles. Aquel, pues, que aprendió a guardarse de los pensamientos nocivos, si no sabe tener la custodia de la boca, venció el ímpetu de un escuadrón, pero no escapó del otro. Pero el tercer escuadrón se vuelve al camino del término. ¿Cuál es el término del pensamiento y de la palabra, sino la consumación de la buena obra? Pues por eso pensamos y hablamos cosas buenas, para que las llevemos al fin de la buena obra. Pero cuando el antiguo enemigo no prevalece para dañar con palabras y pensamientos, tiende lazos al final, y apetece evacuar o impedir la buena obra de los fieles. ¿Y qué es el camino del término, sino el estudio de la buena operación? Porque, por tanto, con muchos lazos los espíritus malignos se esfuerzan para que se desampare el estudio de la buena obra, se dice que el tercer escuadrón se vuelve al camino del término. También en este término puede entenderse el fin de nuestra vida. Pues el escuadrón se vuelve al camino del término porque el enemigo se esfuerza por interrumpir la obra buena, para que no sea llevada hasta el fin de la vida. De donde también el Salmista, expresando en sí el llanto de los caídos, dice: 'Extendieron cuerdas para lazo a mis pies, junto al camino me pusieron escándalo' (Salm. 139, 6). Junto al camino, ciertamente, se pone el escándalo, para que las buenas obras de los elegidos sean desamparadas antes de la consumación de esta vida.

29. Quid est autem quod ait: In terra Sabaa, imminenti valli Seboim contra desertum? Sed haec nomina locorum ad designandum situm termini, quem dixerat, posita sunt. Sabaa vero in lingua nostra, captiva dicitur: Seboim, capreae nuncupantur. Quae est autem ista captiva, nisi humana natura, quae in paradiso fuit posita, et nunc ad perferendas hujus mortalitatis aerumnas in hoc saeculum est ligata? Quae est autem terra captivae hujus, nisi peregrinatio vitae temporalis? Bene igitur, dum verti cuneus dicitur terra captivae memoratur: quia maligni spiritus in hac terra peregrinationis nostrae praelia contra nos movere possunt; in illa vero vita nostra non possunt. Sed electorum praesens conversatio quamvis in hoc captivitatis exsilio posita sit, si iter termini perfecte custodit, post termini hujus angustias, ad altitudinem immortalitatis pervenit. Unde et termini hujus terrae valli Seboim, id est caprearum imminere perhibentur. Vallis quippe caprearum, est mors pretiosa sanctorum: quia unde moriendo deponuntur, inde ad gaudia aeterna sublevantur. Capreas quidem velocia animalia esse, et magnos saltus dare quis nesciat? Recte ergo sanctarum animarum dignitatem capreae designant, quae in morte corpora deserunt, sed quasi magnos saltus dantes, per ingentia merita ad superna regna conscendunt. Dicat ergo, quia terminus terrae captivae imminet valli Seboim: quia etsi damnata est humana conditio, sic tamen est in Dei filio exaltata, ut cum ad vitae temporalis terminum ducitur, in morte datur, ut in aeternae vitae celsitudinem sublevetur. Dicat ergo: Quia tertius cuneus ad iter se vertit termini in terra captivae, quae imminet valli caprearum: ut malignos spiritus ad hoc electorum extrema bona pervertere conari asserat, ut ad superna gaudia non conscendant. Quae etiam vallis sita contra desertum dicitur. Quid deserti nomine hoc loco, nisi infernum accipitur? Desertum quidem recte intelligitur, ubi electorum nullus invenitur. Desertum etiam dicitur, in quo aerumnarum solatia nulla sentiuntur. Vallis ergo caprearum contra desertum sita perhibetur: quia sanctorum mors diversum omne ab inferni meritis habet, et conveniens aliquid, et dignum inferni poenis non habet. Sequitur:

(Vers. 20, 21.) Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel. Caverant enim Philistiim ne forte facerent Hebraei gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israel ad Philistiim, ut exacueret unusquisque vomerem, aut ligonem, et securim, et sarculum.

29. ¿Pero qué es lo que dice: 'En la tierra de Sabá, que amenaza el valle de Seboím, contra el desierto'? Pero estos nombres de lugares han sido puestos para designar la situación del término que había dicho. Pues Sabá en nuestra lengua se llama 'cautiva'; Seboím se denominan las 'corzas'. ¿Y quién es esa cautiva sino la naturaleza humana, que fue puesta en el paraíso, y ahora está ligada a este siglo para sobrellevar las miserias de esta mortalidad? ¿Y qué es la tierra de esta cautiva sino la peregrinación de la vida temporal? Bien pues, mientras se dice que el escuadrón se vuelve, se menciona la tierra de la cautiva: porque los espíritus malignos pueden mover batallas contra nosotros en esta tierra de nuestra peregrinación; pero en aquella otra vida nuestra no pueden. Pero la presente conducta de los elegidos, aunque esté puesta en este exilio de cautividad, si guarda perfectamente el camino del término, tras las angosturas de este término, llega a la altura de la inmortalidad. De donde también se afirma que los términos de esta tierra amenazan el valle de Seboím, esto es, de las corzas. Pues el valle de las corzas es la muerte preciosa de los santos: porque de donde son depuestos al morir, de allí son elevados a los gozos eternos. ¿Quién ignore que las corzas son animales veloces y que dan grandes saltos? Rectamente, pues, las corzas designan la dignidad de las almas santas, que en la muerte desamparan los cuerpos, pero como dando grandes saltos, ascienden por ingentes méritos a los reinos celestiales. Diga, pues, que el término de la tierra de la cautiva amenaza al valle de Seboím: porque aunque la condición humana está condenada, de tal modo ha sido sin embargo exaltada en el Hijo de Dios, que cuando es llevada al término de la vida temporal, es entregada en la muerte para que sea elevada a la celsitud de la vida eterna. Diga, pues: 'Porque el tercer escuadrón se volvió al camino del término en la tierra de la cautiva, que amenaza al valle de las corzas': para que aserte que los espíritus malignos se esfuerzan por pervertir los bienes extremos de los elegidos para esto, para que no asciendan a los gozos celestiales. El cual valle también se dice situado 'contra el desierto'. ¿Qué se acepta por el nombre de 'desierto' en este lugar sino el infierno? El desierto ciertamente se entiende rectamente donde no se encuentra ninguno de los elegidos. También se llama desierto aquel en el que no se sienten ningunos consuelos de las miserias. El valle de las corzas, por tanto, se afirma situado contra el desierto: porque la muerte de los santos tiene todo diverso de los méritos del infierno, y no tiene nada conveniente o digno de las penas del infierno. Sigue:

(Vers. 20, 21.) Por lo demás, no se encontraba herrero en toda la tierra de Israel. Pues los filisteos se habían precavido, no fuera que los hebreos hicieran espada o lanza. Bajaba, pues, todo Israel a los filisteos para que cada uno aguzara su reja, o el azadón, y el hacha, y el rastro.

30. Haec profecto omnia describuntur, ut modus subsecuturae victoriae insinuetur. Armati quippe ab inermibus victi sunt, ut totum, quod vincitur, omnipotentis Dei laudibus tribuatur. Nos autem si more nostro spiritualiter ista prosequimur, mysteriis vacua non inveniemus. Quid est ergo, quod dicitur: Faber ferrarius non inveniebatur in Israel: nisi quia ad spiritualia bella non per saeculares litteras, sed per divinas instruimur. Faber quippe ferrarius in Israel non invenitur, quia fideles Domini videntes, arte saecularis scientiae contra malignos spiritus nequaquam praeliantur. Fabri namque arte adjuti vincerent, si saecularis eloquentiae jaculis, occultis hostibus praevalerent. Quae profecto saecularium librorum eruditio, et si per semetipsam ad spiritualem sanctorum conflictum non prodest, si divinae Scripturae conjungitur, ejusdem Scripturae scientia subtilius eruditur. Ad hoc quidem tantum liberales artes discendae sunt, ut per instructionem illarum divina eloquia subtilius intelligantur. A nonnullorum cordibus discendi desiderium maligni spiritus tollunt: ut et saecularia nesciant, et ad sublimitatem spiritalium non pertingant.

Bene ergo dicitur: Caverant Philistiim ne forte facerent Hebraei gladium, et lanceam. Aperte quidem daemones sciunt, quia dum saecularibus litteris instruimur, in spiritualibus adjuvamur. Cum ergo nos ea discere dissuadent, quid aliud, quam ne lanceam aut gladium faciamus praecavent? Dicat ergo historica, et studium electorum propheta insinuet, et exponat: Descendebat Israel ad Philistiim, ut exacueret unusquisque vomerem suum, aut ligonem. Ad Philistaeos descendimus, quando ad discendos saeculares libros animum inclinamus. Et descensus dicitur, quia Christiana simplicitas in alto est. Sed quid est, quod saeculares litterae dicuntur in plano esse, modus vero docendi sublimis? Quia cum coelestia nulla narrent, et miro dicendi ordine, quae proponuntur, explicant, et narrando sublimantur, et carnalia dicendo deponuntur. Quem profecto dicendi, sive intelligendi modum qui scire appetit, descendat ad Philistiim, vomerem et ligonem acuat, ut ad saecularium etiam carnalia audienda deponatur, qui eorum eloquentia instrui penitus nititur. Hanc quippe saecularem scientiam omnipotens Deus in plano anteposuit, ut nobis ascendendi gradum faceret, qui nos ad divinae Scripturae altitudinem levare debuisset. Idcirco eam praemittere voluit, ut in ipsa nos instrueret ad spiritualia transire. Unde et Moyses, qui nobis divinorum eloquiorum principia edidit, non prius divina didicit, sed ut capere, vel exprimere divina posset, in omni Aegyptiorum scientia rudem animum informavit. Isaias etiam prophetis aliis eloquentior extitit: quia nec, ut Jeremias Anathotites, nec, ut Amos armentarius, sed nobiliter instructus atque urbanus fuit.

30. Todas estas cosas ciertamente se describen para que se sugiera el modo de la victoria subsiguiente. Pues los armados fueron vencidos por los inermes, para que todo lo que es vencido se atribuya a las alabanzas de Dios omnipotente. Mas nosotros, si seguimos estas cosas espiritualmente según nuestra costumbre, no las encontraremos vacías de misterios. ¿Qué es, pues, lo que se dice: 'No se encontraba herrero en Israel', sino porque para las batallas espirituales somos instruidos no por las letras seculares, sino por las divinas? Pues el herrero no se encuentra en Israel porque los fieles que ven al Señor de ningún modo pelean contra los espíritus malignos por el arte de la ciencia secular. Pues ayudados por el arte del herrero vencerían si por los dardos de la elocuencia secular prevalecieran contra los enemigos ocultos. La cual erudición de los libros seculares, aunque por sí misma no aproveche para el conflicto espiritual de los santos, si se une a la divina Escritura, se aprende más sutilmente la ciencia de esa misma Escritura. Para esto solo se deben aprender las artes liberales: para que por la instrucción de ellas se entiendan más sutilmente los oráculos divinos. De los corazones de algunos los espíritus malignos quitan el deseo de aprender: para que ni sepan las cosas seculares, ni alcancen la sublimidad de las espirituales.

Bien, pues, se dice: 'Los filisteos se habían precavido, no fuera que los hebreos hicieran espada o lanza'. Claramente saben los demonios que mientras somos instruidos en las letras seculares, somos ayudados en las espirituales. Cuando, por tanto, nos disuaden de aprenderlas, ¿qué otra cosa hacen sino precaverse de que hagamos lanza o espada? Digan, pues, las cosas históricas, y sugiera el profeta y exponga el estudio de los elegidos: 'Bajaba Israel a los filisteos para que cada uno aguzara su reja o su azadón'. A los filisteos bajamos cuando inclinamos el ánimo a aprender los libros seculares. Y se llama descenso porque la simplicidad cristiana está en lo alto. ¿Pero qué es eso de que las letras seculares se dicen estar en el llano, mas el modo de enseñar es sublime? Porque como no narran ningunas cosas celestiales, explican con un admirable orden de decir las cosas que se proponen, y son sublimadas al narrar, y son depuestas al decir cosas carnales. El cual modo de decir o de entender, quien apetece saber, baje a los filisteos, aguze la reja y el azadón, para que sea depuesto incluso a oír las cosas carnales de los seculares aquel que se esfuerza por ser instruido íntimamente por su elocuencia. Esta ciencia secular ciertamente Dios omnipotente la antepuso en el llano para hacernos un peldaño de ascensión, que debiera levantarnos a la altitud de la divina Escritura. Por eso quiso enviarla delante, para instruirnos en ella a pasar a las cosas espirituales. De donde también Moisés, que nos publicó los principios de los oráculos divinos, no aprendió primero las cosas divinas, sino que para poder captar o expresar las cosas divinas, informó su ánimo rudo en toda la ciencia de los egipcios. Isaías también fue más elocuente que los otros profetas: porque no fue como Jeremías de Anatot, ni como Amós el vaquero, sino que fue noblemente instruido y urbano.

Paulus quoque vas electionis ante ad Gamalielis pedes instruitur, quam rapiatur in paradisum, vel ad coeli tertii altitudinem sublevetur (Act. XXII). Et ideo fortasse per doctrinam aliis apostolis excellit: quia futurus in coelestibus, terrena prius studiosus didicit.

Sed jam, ut arbitror, ruralium instrumentorum proprietates spiritualiter exquirendae sunt. Quid ergo in vomere, qui praeeuntibus bobus trahitur, nisi affectus geminae charitatis insinuatur? Et quid in ligone, quo solus quisque in agri cultura exercetur, nisi privatae vitae studium ostenditur? Quidam namque et dites et fortes ruricolae in bobus arant: quia et Dominum fortiter diligunt, et per fraternum amorem animarum lucris diligentius intendunt. Vomerem igitur apud Philistinorum fabros acuunt: quia sanctae praedicationis studium de saeculari eruditione componunt. Nonnulli vero, ut pauperes, ligone utuntur: quia qui ad lucrandas aliorum animas se non posse sufficere arbitrantur, sibi solis non desinunt praeparare de aeternitate quod possunt. Velut ligone quisque eorum utitur: quia agrum suae mentis divino cultui praeparare non desinunt. Et quia in hoc etiam privatae vitae studio valde sibi saecularis eruditio prodest, ligonem, dum docetur exacuit: quia in propriae vitae studio eruditus quaeque subtilius intendit. Securi autem non terram fodimus, sed ramos arborum detruncamus. Quid ergo aliud signat securis, nisi zelum bonae aemulationis? Nam quando ad imitanda meliorum exempla succendimur, velut ramos nobis incidimus, quibus ignem depellendis negligentiae nostrae frigoribus nutriamus. Hanc securem nos tenere Paulus apostolus praecipit, dicens: Bonum aemulamini in bono omnes (Gal. IV, 18). Quae nimirum securis acuitur: quia eruditi fideles, sicut melius agnoscunt exempla fidelium, ita et ferventius imitari concupiscunt. Sarculum sive tridens subtilius terram fodit; ita ut non tam fodere, quam scalpere, et glebas confringere cognoscatur. Quid per hoc tridens sarculum, nisi virtus discretionis exprimitur? Per quam certe dum acta, vel agenda subtili consideratione discutimus, velut serendae terrae nostrae glebas in tenuem pulverem complanamus. Quod profecto sarculum tridens asseritur, quia vis discretionis non solum agenda, sed etiam cogitanda, et loquenda componit.

(Vers. 21.) Retusae itaque erant acies vomerum, et ligonum, et securium, et tridentium, usque ad stimulum corrigendum.

Pablo también, vaso de elección, es instruido antes a los pies de Gamaliel que sea arrebatado al paraíso o elevado a la altitud del tercer cielo (Hech. 22). Y por eso tal vez descuella sobre los otros apóstoles por la doctrina: porque habiendo de estar en las cosas celestiales, aprendió primero estudiosamente las terrenas.

Pero ya, según pienso, se han de investigar espiritualmente las propiedades de los instrumentos rurales. ¿Qué se insinúa, pues, en el arado (vomer), que es arrastrado por los bueyes que van delante, sino el afecto de la doble caridad? ¿Qué se muestra en el azadón (ligo), en el cual cada uno se ejercita solo en el cultivo del campo, sino el estudio de la vida privada? Pues algunos labradores ricos y fuertes aran con bueyes: porque aman fuertemente al Señor, y por el amor fraterno atienden más diligentemente a las ganancias de las almas. Aguzan, por tanto, el arado ante los herreros de los filisteos: porque componen el estudio de la santa predicación a partir de la erudición secular. Pero algunos, como pobres, usan el azadón: porque quienes consideran que no pueden ser suficientes para ganar las almas de otros, no dejan de preparar para sí solos lo que pueden respecto a la eternidad. Cada uno de ellos usa como un azadón: porque no dejan de preparar el campo de su mente para el cultivo divino. Y porque también en este estudio de la vida privada les aprovecha mucho la erudición secular, aguza el azadón mientras es enseñado: porque el instruido en el estudio de la propia vida atiende más sutilmente a cada cosa. Pero con el hacha (securis) no cavamos la tierra, sino que truncamos las ramas de los árboles. ¿Qué otra cosa significa, pues, el hacha, sino el celo de la buena emulación (aemulatio)? Pues cuando nos encendemos para imitar los ejemplos de los mejores, nos cortamos como ramas, con las cuales nutramos el fuego para alejar los fríos de nuestra negligencia. El apóstol Pablo nos manda tener esta hacha, diciendo: Tened celo por lo bueno en lo bueno todos (Gál. 4, 18). La cual hacha ciertamente se aguza: porque los fieles instruidos, así como reconocen mejor los ejemplos de los fieles, así también desean imitarlos más fervientemente. El escardillo (sarculum) o tridente (tridens) cava la tierra más sutilmente; de modo que se reconoce no tanto por cavar, sino por raspar y quebrantar los terrones. ¿Qué se expresa por este escardillo tridente sino la virtud de la discreción? Por la cual ciertamente, mientras discutimos con sutil consideración lo hecho o lo que se ha de hacer, aplanamos como en fino polvo los terrones de nuestra tierra que ha de ser sembrada. El cual escardillo se afirma tridente, porque la fuerza de la discreción dispone no solo lo que se ha de hacer, sino también lo que se ha de pensar y hablar.

(Vers. 21.) Estaban, pues, embotados los filos de los arados, y de los azadones, y de las hachas, y de los tridentes, hasta corregir el aguijón.

Non dicuntur acies replicatae, aut attritae: sed retusae. Nam si replicatae essent, vel attritae, omnino nihil inciderent. Retusa vero acies, et si celeriter non incidit omnia, quaedam objecta in mora laboris secat. Sic nimirum sunt corda simplicium, quae si subtiliter spiritualia non intelligunt, dum tamen tarde quaedam intelligunt, acuitatem ingenii non acutam habent, sed retusam. Saepe enim discutere obscura volunt; sed dum vix diu cogitando ad ea etiam, quae sunt aperta, perveniunt, velut retusa acie morando incidunt. Quod certe non solum in occultis sacramentis Scripturarum ostenditur, sed etiam in latentibus suggestionibus daemonum. Depellere quippe a se hostem nequeunt, quem cognoscere cito non possunt. Dum ergo magna mora cogitationis, insidias malae suggestionis expellunt, velut retusa acie secant, quod per acuitatem ingenii abscindere velocius poterant. Quid est autem quod dicitur: Usque ad stimulum corrigendum? Stimulus dicitur increpatio praelatorum. Unde et scriptum est: Verba sapientum sunt quasi stimuli (Eccl. XII, 11). Stimulus quidem increpatio dicitur, quia dum culpas arguit, mentem pungit. Sed retusus est stimulus, quando praelati languet intellectus, ut subditorum culpas, nec cognoscendo reperiat, nec inveniendo reprehendat. Bene ergo increpatio rectoris stimulus asseritur, quia tumores vitiorum pungere non praevalet, si ejus mens erudita per scientiam, pungenda non videt. Unde et in typo eruditorum praelatorum bene subjungitur:

(Vers. 22.) Cumque venisset dies praelii, non est inventus ensis, et lancea in manu totius populi qui erat cum Saul et Jonatha, excepto Saul et Jonatha filio ejus.

33. Quid per lanceam, nisi sanctorum praedicatorum acuta providentia accipitur? Et quid per ensem, nisi eorum intelligentiae subtilitas demonstratur? Per lanceam quippe longe nobis ante objecta perfodimus. Per ensem vero vicini, et fere conjuncti nobis hostes trucidantur. Bene ergo in lancea, providentia electorum ostenditur, per quam occultos hostes percutiunt, antequam vicinum eorum impetum patiantur. Dum enim futuras daemonum insidias cavendo praeveniunt, velut a longe lancea feriunt, quorum vicinos excipere ictus nolunt.

No se dice filos doblados o desgastados, sino embotados. Pues si estuvieran doblados o desgastados, no cortarían nada en absoluto. Pero el filo embotado, aunque no corta todo rápidamente, corta algunos objetos con la demora del trabajo. Así son ciertamente los corazones de los simples, que si no entienden sutilmente las cosas espirituales, aunque entienden algunas cosas lentamente, tienen una agudeza de ingenio no aguda, sino embotada. Pues a menudo quieren discutir cosas oscuras; pero mientras apenas llegan a aquellas que son manifiestas, incluso pensando por largo tiempo, cortan como con un filo embotado por la demora. Lo cual ciertamente se muestra no solo en los sacramentos ocultos de las Escrituras, sino también en las sugerencias latentes de los demonios. Pues no pueden alejar de sí al enemigo al que no pueden reconocer pronto. Mientras, pues, con gran demora del pensamiento expulsan las insidias de la mala sugerencia, cortan como con un filo embotado lo que podrían haber cortado más velozmente por la agudeza del ingenio. ¿Pero qué es lo que se dice: Hasta corregir el aguijón? El aguijón (stimulus) se llama la increpación de los prelados. Por lo cual también está escrito: Las palabras de los sabios son como aguijones (Ecl. 12, 11). Ciertamente la increpación se llama aguijón porque, mientras arguye las culpas, punza la mente. Pero el aguijón está embotado cuando el intelecto del prelado languidece, de modo que no descubre por el reconocimiento las culpas de los súbditos, ni las reprende al encontrarlas. Bien, pues, se afirma que la increpación del rector es un aguijón, porque no prevalece para punzar los tumores de los vicios si su mente, instruida por la ciencia, no ve lo que ha de ser punzado. Por lo cual también, en el tipo de los prelados instruidos, bien se añade:

(Vers. 22.) Y cuando llegó el día de la batalla, no se halló espada ni lanza en mano de todo el pueblo que estaba con Saúl y Jonatán, excepto Saúl y Jonatán su hijo.

33. ¿Qué se entiende por la lanza sino la aguda providencia de los santos predicadores? ¿Y qué se demuestra por la espada sino la sutileza de su entendimiento? Ciertamente, por la lanza atravesamos lo que se nos opone lejos delante de nosotros. Mas por la espada son degollados los enemigos cercanos y casi unidos a nosotros. Bien, pues, en la lanza se muestra la providencia de los elegidos, por la cual hieren a los enemigos ocultos antes de sufrir su ataque cercano. Pues mientras previenen con cautela las futuras celadas de los demonios, hieren como desde lejos con la lanza a aquellos cuyos golpes cercanos no quieren recibir.

Unde et beatus Paulus apostolus dum a longe armatos fornicationis spiritus cerneret, conjugalem castimoniam quasi lanceam tenuit, et eos accedere propius non permisit, dicens: Propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat, et unaquaeque virum. Uxori vir debitum reddat, similiter autem uxor viro (I Cor. VII, 2). Et iterum: Revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram (Ibid. 5). Hinc etiam de semetipso ait: Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne praedicans aliis, reprobus efficiar (I Cor. IX, 27). Qui enim ne reprobus fieret, corpus castigaverat, nimirum lancea hostes suos longiuscule positos ante se perfodiebat. Providentia ergo abstinentiae pro edomanda carnis libidine quasi lancea accipitur, per quam venturi hostes feriuntur. Bene etiam per ensem intellectus exprimitur: quia qui pravas maligni spiritus suggestiones in praesenti tempore cognoscit et abjicit, velut vicinum, et juxta se positum hostem ferit. Qui etiam velut ense utraque parte acuto incidit: quia tam falsa bona, quam vera mala reprehendit. Quid vero est, quod in manu Saul et Jonathae ensis esse perhibetur? Sed in manu non sunt eorum, qui acute vicina et praesentia intelligunt, et futura praevident, et ad exstinguenda ea fortia non exercent. Aperte sciunt, quia antiquus hostis maximam partem humani generis per robur carnis in fornicationem praecipitat, qui tamen carnem per abstinentiam castigare non curant. Sic etiam nonnulli praesentia mala aperte conspiciunt, sed haec vitare minime conantur. Hi nimirum ensem et lanceam habent, sed in manu non habent. Bene ergo in die praelii in manu Saul et Jonathae ensis et lancea invenitur: quia solum electi viri sunt, qui et praesentia et futura mala intelligant, et ea cordis intentione vincere ardentius concupiscant. Quod tamen hoc loco ideo dicitur, ut populus nihil in manu tenuisse doceatur, qui vomeres, ligones, secures, et sarculos tenere ostenditur. His enim verbis non electi distinguuntur a reprobis, sed hebetes a peritis. Sed quia jam armatos viros ostendimus, modum certaminis explicemus. Sequitur.

Por lo cual también el bienaventurado apóstol Pablo, mientras divisaba desde lejos a los espíritus armados de la fornicación, mantuvo la castidad conyugal como una lanza y no les permitió acercarse más, diciendo: A causa de la fornicación, tenga cada uno su propia mujer, y cada una su propio marido. El marido rinda la deuda a la mujer, e igualmente también la mujer al marido (1 Cor. 7, 2). Y de nuevo: Volved a lo mismo, para que no os tiente Satanás a causa de vuestra incontinencia (Ibíd. 5). De aquí también dice de sí mismo: Castigo mi cuerpo y lo reduzco a servidumbre, no sea que predicando a otros, yo mismo sea hecho réprobo (1 Cor. 9, 27). Pues quien, para no ser réprobo, había castigado su cuerpo, ciertamente atravesaba con la lanza a sus enemigos puestos un poco lejos ante sí. Por tanto, la providencia de la abstinencia para domar la libido de la carne se toma como una lanza, por la cual son heridos los enemigos que han de venir. Bien también por la espada se expresa el entendimiento: porque quien reconoce y desecha las perversas sugestiones del espíritu maligno en el tiempo presente, hiere como a un enemigo cercano y puesto junto a sí. El cual también corta como con espada aguda por ambas partes: porque reprende tanto los falsos bienes como los verdaderos males. ¿Pero qué es que se refiere que la espada está en la mano de Saúl y de Jonatán? Pero no están en la mano de aquellos que entienden agudamente lo cercano y presente, y prevén lo futuro, y no ejercen obras fuertes para extinguirlos. Saben abiertamente que el antiguo enemigo precipita a la mayor parte del género humano en la fornicación por la fortaleza de la carne, los cuales, sin embargo, no cuidan de castigar la carne por la abstinencia. Así también algunos ven abiertamente los males presentes, pero mínimamente procuran evitarlos. Estos ciertamente tienen la espada y la lanza, pero no las tienen en la mano. Bien, pues, en el día de la batalla se encuentra la espada y la lanza en la mano de Saúl y de Jonatán: porque solo los elegidos son varones que entienden tanto los males presentes como los futuros, y desean más ardientemente vencerlos con la intención del corazón. Lo cual, sin embargo, se dice en este lugar por esta razón: para que se enseñe que el pueblo nada tuvo en la mano, el cual se muestra que tiene arados, azadones, hachas y escardillos. Pues por estas palabras no se distinguen los elegidos de los réprobos, sino los embotados de los peritos. Pero porque ya hemos mostrado a los varones armados, expliquemos el modo del certamen. Sigue.